



This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

- + *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
- + *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
- + *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
- + *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at <http://books.google.com/>

GOERTZ

287

LIBRARY OF PRINCETON UNIVERSITY



Conkrantur les Puge-
mens des chavans de
Baillé Tomme IV. part.
III. pag: 408. & chor-
hof in Polylistore
Tom: I. Pl: VII. Cap:
III. num: 15°.

OPERVVM POETICORVM

NICODEMI FRI-
SCHLINI, BALINGENSIS,
COM. PAL. CÆS. POET. LAVR.
Doct. Orat. & Philosophi clarissimi.

PARS EPICA:

CÖNTINENS SEDECIM HERO-
icorum carminum libros, partim ad imitati-
onem Virgilii, Ovidii, Valerii Flacci, partim
Statii, Claudiani, Lucani & similium scri-
ptos: qui nunc demum conjunctim in
φιλομέσων gratiam
eduntur

Operâ & studio

M. GEORGII PFLVEGERI, VLMANI.

His

DE TRIBVS MONARCHIIS ACCES-
serunt Elegia decem ante hac nunquam rite, et
alia quadam, quorum catalogus in fine li-
brorum occurret.

Cum Gratia & Priuilegio Cæs. Maiest.

ARGENTORATI.

Excudebant heredes Bernh. Iobini.

ANNO, CIO. ID. XCVIII.

SAPIENTIA M. CONSTANS.

ILLVSTRISSIMO ATQVE GE-
NEROSISSIMO PRINCIPI AC DOMINO
D. Augusto, Iuniori Brunsuicensium & Lunebur-
gensium Duci, &c. Domino suo cle-
mentissimo S.P.D.

DE causis calamitatum & miseria-
rum in Repub. infeliciq; ejus ad-
ministratione multum diuque,
AVGVSTVS, princeps illustrissime,
Domine clementissime quæsitum
fuit: nec immerito quæsitum fuit. Siquidem
illud inficiari nemo potest, tūm melius cum
privatis agi, cñm fortunata Respublica est: ea-
dem contra eversa & vacillante, singulorum
quoque bona everti & periclitari: adeoque in
illius salute, omnem subditorum incolumita-
tem esse positam. Cum autem multa egregia
ab iis, qui sapientiæ nomine claruerunt, hac de-
re sint disputata; tum haud scio, quicquam ne
excellentius, verius, melius & verisimilius sit
prolatum iis, quæ à duobus sapientiæ humanæ
syderibus, Platone & Aristotele dico, litera-
rum monumentis sunt consignata. Invenias
quosdam, qui ignoro quo superstitionis gene-
re fascinati, etiam nostra hac æstate, in tanta
omnium rerum luce & veritate, ad fictitium
Fortunæ numen recurrent: Invenias contra,
qui nescio, quod fatuum fatum ab omnibus
piis & orthodoxis mentibus duduexplosum,
ab inferis quasi revocant, omnesq; hominum
actiones & casus ad id, tanquam ad Marpesiam
cautem alligant. Reperiuntur etiam, & quod

(?) 2

D E D I C A T I O.

dolendum est, inter Christianos reperiuntur, qui in cœlum & astra hujus rei causas conficiunt: homines certe & in astra ipsa injarii, & in Deum Optimum Max. blasphemari, ipsisq; Ethnicis longè superstitiones.

Plato vero Philosophus post homines natos longè optimus, neque fortunam neque fatum, & astrorum positus, sed, τὴν τῶν ἀρχόντων ἀπαιθενσίαν omnium calamitatum & miseriariā in Republica causam: quemadmodum contra τὴν τῶν ἐξιώματι παιδειαν verum felicitatis fundamentum esse scribit, ut videre est lib. 5. & 6. de Repub. Et in Epist. Epistola 7. ubi pulcerimè divinus vir nos docet, non prius desitum humanum genus in malis versari, quam aut homines recte yereq; philosophantes gubernationem adepti fuerint, aut hi qui gubernant, divina quadam sorte verè philosophentur. Neq; ab hac sententia preceptoris sui alienus est Aristoteles in libris suis pollicitis, in quibus passim, præsertim vero lib. 8. cap. 2. multis demonstrat, eos qui aliquando ad Reipub. clavum sunt accessuri literas accurate cognoscere debere: utpote quibus & tyrannides auferri, & seditiones in Repub. averti, atque extingui possint ut est lib. 5. cap. 5. Possem hoc loco in eadem sententiā cōsimilia Isocratis, Plutarchi, Ciceronis aliorūmque sexcenta loca adducere nisi & hęc jam ante C. T. nota esse scirem, & verò ipsa experientia omniumque ætatum & seculorum exemplis jamdudum confirmatum esset

esset id, quod in Epistolis Seneca affirmat: philosophiam vitæ legem ac bonum consilium esse: huic acceptum ferendum quod bene vivamus. Pulcrum est, inquit poëta, eminere inter viros illustres:

*Consulere patria. parcere afflictis, fera
Cade abstinere, tempus atque ira dare
Orbi quietem, seculo pacem suo.*

At quomodo præstabit hoc is? qui à literis alienas, aversus à Musis, nulla humanitate imbatus, neque doctos fovet, neque ipse doctrinæ plurimarumque rerum scientia animū instrutum habet. Neminem plura scire quam ducem belli debet. Vegetius affirmat utpote cuius doctrina non uni sed omnibus profutura sit: quod si ego ad magistratus & Dynastas transstulero, non adeo, ut mēa quidem fert opio, aberrabo. Quantū enim damni dederint, non solum sibi ipsis, sed & totis regnis & imperiis, principes & Imper. ii, qui literarum ornamenti non exulti fuerunt, docent exempla Caracallæ, Licinii, Caroli VIII. Galliarum regis & aliorum. Quantum contra emolumenti iisdem attulerint principes qui vel ipsis docti fuerunt vel doctos & literatos in præcio & honore habuerunt testantur exempla Augusti, Trajani, Theodosii, Iustiniani, Caroli M. aliorum. Quod si itaque literæ tantam vim habent, utiis excoli homines ad humanitatem, ad sapientiam & justitiam erudiri, effungi ad fortitudinem possint, nemo opinor improba-

bit, quod eos qui aliquando ad Rem publicam gubernandam accessuri sunt, eandemque florentem expetuntē philosophorum schola perpoliri oportere pronunciavi. Quæ enim ejus iis non occuparet hominum animos immanitas? quæ non passim sese offerret audacia? Quæ non libidinum turpitudo nascetur? quæ non malorum lerna exsutzeret? Videlicet certè non inter rubore digna censuisse, vel celebratissimos reges & monarchas, philosophorum scholas frequentare, ab iisq; tum publicæ tum privatæ vitæ instituendæ ratione petere, crebroque cum iis de optima Reipub. forma sermonem conferre. Eat aliquis & tam Græcorum quam Romanorum historias percurrat, inveniet hercle quantum prisci illi heroes philosophiam amarint, quantos sumptus quantosque labores, in ipsa etiam senectute constituti, ut vel aliqua saltem ex parte fructū ejus perciperent, sustinuerint. De Dione Syracusano literis proditum est, eum quamvis sub Dionisio tyranno pessimis moribus imbutus erat, audita tamen Platonis doctrina animum ita mutasse ut præceptis ejus non solù ipse diligenter auscultarit verum etiam Dionisium permoverit ut per ocium Platonē admitteret & audiret. De Publio Scipione Pontanus ex Plutarcho refert, quod etiam in mediis difficilimi belli periculis bonarum artium studia non neglexerit. Quid de C. Pompejo dicam? qui ut autore est Gellius lib. 14. cap. 7. & Aelian.

D E D I C A T I O.

Aelian. 7. Variar. Historiarum consul jam designatus, Commentarium de administranda Repub. à M. Varrone emendicatus est: belloq; Mithridatico confecto Rhodum profectus omnes liberalium artium professores audivit: Singulis talentum dono dedit: Posidonium stoicę sectę philosophum ex morbo decumbētem visere non dubitavit. Sed ut ad propria accedamus, & ex recentioribus etiam aliquid adferamus: Quis est qui Caroli M. Caroli IV. Ludovici XII. Gallorum regis amorem in literas literatosq; nescit? Quis Frider. Ducis Saxonię assiduitatem in annotandis Gnomis & sententiis celebrioribus? Eduardi junioris Anglie regis, ingenii excellentiam, juditii dexteritatem, felicitatem intellectus ignorat? Omnes nimirum hi viderunt, quantum ad extirpandam molliciem, exuscitandam contra virtutis indolem philosophia, lectioque veterum sapientum conducat. Optimam & felicissimam Reipublicæ administrationis formam procul dubio omnes homines optant. At unde eam requirent? ubi inveniēt nisi in scholarū prytaneis & literarum monumentis? Hic tanquā in tabella videre licebit, Dinarchias deletas: imperia eversa aut mutata: principes vel insidiis aut aperte ē medio sublatos; bella infausto sidere suscepta: alia quæ latere & decipere eos solent qui nullam præteriorum rationem habentes præsentia solum norunt. Hic licebit differēre cum Catone & Themistocle de mo-

(?) 4

deratione civitatis cum Solone & Lycurgo de-
liberare de ferendis legibus : de frangendis
Antoniis & Catilinarum seditionibus dissipā-
dis loqui cum Cicerone : consulere Cæsarem
de belli administratione : de militari stratage-
mate audire Hannibalem : cum Socrate de do-
mandis affectibus conferre. Atque inde fere
est, cur doctorum non solum ingenio de rebus
gravissimis, sed etiā opera & consortio ad res
feliciter gerendas utamur. Sic Dio Platonis,
Athenodori Cato, Pericles Anaxagoræ, Pan-
tii Scipio, Iasonis I. C. Ludovicus XII. Galliæ
rex, alii aliorū consilio & institutione usi sunt.
Quod tanto magis hodie etiam necesse esse vi-
detur, quanto periculosiora sunt tempora, &
quanto plura, quæ illorum qui ad gubernacula
Reipub. sedent, molestias curas & labores au-
gent: quæ sanè esse plurima in tantis seditio-
num, tumultuū, bellorumq; procellis omnes
videmus. Neque tamen hæc eo AVGVSTE il-
lustriss. princeps clementiss. dispuo, tanquam
deessent Tibi elegantioris disciplinæ ornamē-
ta: sed potius ut hoc in genere C. T. admiran-
dam & cunctis penè seculis inauditam facul-
tatem efferam valdeq; prædicem. Eduardum
Anglię regem, cuius ante mentionem fecimus
tanto ingenio, tanta doctrina, & eruditione
fuisse scribunt, ut si diutius ipsi inter vivos a-
gere licuisset, ipsum Salomonem æquaturus
fuisset: Adolescens siquidem XVIII. annorum
quatuor linguis claruit, & in artiū & scientarū
cogni-

D E D I C A T I O .

cognitione eò progreslus fuit, ut cum Cardano de variis & non nisi subtilissimis Mathematicorum quæstionib. accuratissimè disputaret. Consimile quid Annales ja&tant de Impp. M Antonino qui ob Philosophiæ insignē cognitionem philosophus fuit appellatus: Alessandro Seuero , qui Mathematicarum sciétarum peritiissimus fuit; quæ quidem rara magnaq; sunt, & merito ab omnibus prædicātur. At non minor Tua, Illustris. princeps laus est: neq; dubito certè Te iis si non anteponere, at-tamen æquiparare. Excellis enim non modò feliciss. laude ingenii, sed multiplicis cognitione doctrinæ, ita profectò , ut in iis qui illustri familia natì sunt, & ejusmodi adhuc in ætate constituti, ampliorem nunquam cognoverim: Quod si me tacita cogitatione aliquis refellat, excitabo illi non pagum, non urbem, non regionem, sed universam Germaniam nostram, quę jam pridem laudum Tuarum cumulo intumescit. Excitabo illi celeberrimas Germaniæ nostræ Academias , in quibus C. T. ita ante hac versata est, ut infinitos doctrinæ & virtutis suæ testes reliquerit. De Homeri natalibus & patria septem nobiliss. Græciæ urbes olim certarunt. At quid de Te? quem duæ clarris. Germaniæ Academiæ Rectorem sibi unanimi omnium Professorum censensu advocarunt. Laudatnr ab Aenea Sylvio Carolus IV. Imp. quod philosophorum disputationib. interesse dignatus fuerit: Commendatur à Sue-

D I D I C A T I O.

tonio Iulius Cæsar quod composita civili seditione per M. Lepidum mota, Rhodum profectus, Apollonio Moloni, optimo tum dicendi magistro auscultavit. Celebratur à Pontano Alphonsus Calabriæ dux senior, quod licet arduis & gravissimis regni negotiis subinde interpellaretur, horam tamen lectioni bonorum autorum destinatam nunquam auferri sibi passus fuerit: ab aliis alii hoc nomine in cœlum extolluntur. Tuam igitur Cels. non laudemus? non commendemus? non in cœlum extollamus? quæ ita bonarum artium studiis addictæ est, ut nihil prius nihil antiquius habeat, quam iis disciplinis animum exornare, quæ, ut præclare Cicero, adolescentiam alunt, senectutem oblectant, secundas res ornant, adversis perfugium ac solatium præbent, delectant domi, nō impediunt foris, per noctem nobiscum, rustificantur peregrinatur: & omne id tempus quod nonnulli intempestivis conviviis, aleæ, pilæ, aliisq; rebus ludicris tribuunt, ad hæc sola recolenda sumere. Rara profecto hæc in viro principe merx: rara hæc in mediis ales intervallat aulis. Quare macte animi, Avgvstæ generosif. macte nova virtute perge ut cœpisti, illistris. generis splendori, doctrinæ, pietatis, certarumq; virtutum lucem adjungere. Patriæ & seculum Tibi contigit id, quod amplum ad exercendam virtutem campum, latum ad laudem & gloriam cursum habet. Quanquā quid opus est admonitione mea vel cujusq; alterius ei qui

D E D I C A T I O.

ei qui Ephoros Domesticos non minus nobilitate, quam omnium virtutum & disciplinarum cognitione clarissimos habet: quorum quasi *in sepius* quotidianæ hortationes accedunt. *in sepius* accedere dico, quia virtutibus omnibus iis quæ in sui amorem homines pelliciunt C. T. ornata, omnes admonitiones antevertit: sponte facit id, quod facere eam omnes boni & docti gaudent & admirantur. Quæ omnia dum ego tacite tecum perpendo, incredibile dictu, quantu^m afflictæ Germaniæ de tanto principe gratuler, quæ procul dubio si Deus Opt. Max. ardentissimis nostris precibus annuens, diuturnam Tibi vitam concesserit, fructus virtutu^m Tuarum percipiet uberrimos. Atq; hinc est etiam ut cum Epicæ huic operum poëticorum Nicodemi Frischlini, parti omnino præpotens patronus quærendus esset, sub Tui incliti nominis auspicio, lucem aspicere, eam voluerim. Quod eo libentius feci, ut non solum de lumine C. T. lumen aliquod mutuaretur suum: sed in primis ut observantiam meam erga C. T. hac qualicunque *προσφωνήσου* demonstrare: testatum publice redderem quid sibi patria nostra de Te polliceri deberet: alios etiam excitarem qui hæc omnia latius diducerent. Si enim Academiarum Rostochiensis & Tübingensis Professores (viri qui & quanti?) virtutem, eruditioⁿem, prudentiam, omniaq; in Te preter atatem vere augusta, Avgvstæ Augustissime admirantur & suspiciunt: quid me? quid

alios homunciones qui illis multis parasangis
 inferiores sumus, facere decet? Erunt fortassis
 & erunt proculdubio non pauci, qui meū hoc
 proposū sinistrè sunt interpretaturi, impro-
 batur id: quod ego homo novus nullis vel ge-
 neris vel literarum ornamentiis commendatus
 tantū Hera compellare ausus fuerim, qui mu-
 nera longe majore & prstantiore dignus fit.
 Quibus quidē ego non usq; adeo refragor sed
 ultra accedo. Enimvero sic Avgyste Princeps
 illustris statuo nullum esse posse donum quod
 virtutis Tuæ indoli respondere: nullius tan-
 tum flumen & vim orationis quæ C. T. laudes
 ex merito persequi queat. Quid igitur? num
 propterea resiliam? Ita sane videatur alii: mi-
 hi non item. Adeo enim me virtutes illæ Hero-
 icæ quas in T. C. instar splendidissimi sideris
 elucescere video, ceperunt ut factum hoc meū,
 licet audax fortassis & impudens, immutare
 tamen non possim. Et quid immutem? Si e-
 nim rex ille etiam de manu fustici vel paucas
 aquæ guttulas hilari fronte excepit: cur ego de
 T. C. clementia in hoc munusculo literario si-
 non meo at Frischlini nomine accipiendo ad-
 dubitem. Et quanquam omnino C. T. nobilioe-
 ri munere dignissimam judico: spero tamen
 nō plane nihil fore in isto libello quod aliquo
 modo eam oblectare valeat. Ut enim nihil di-
 cam de ipsius authoris, Frischlini sc: dignitate
 & doctrina, quem etiam illustris. C. T. parens,
 liberaliter dum licuit Brunsigæ fovit: non
 certe

D E D I C A T I O.

Certè omnino nihil sunt hoc in Opusculo
comprehensa, quæ tamen aut nullum aut ali-
um quam me laudatorem requirunt. Ea e-
nīm ego sic à summis viris approbari vidi ut
ad veterum laudem pervenirent. De boni-
tate vero & Celsitudinē Tuæ clementia eò
minus despero quo certior atque explorā-
tior ejus est naturæ & ingenii indoles & pje-
na humanitatis ac pietatis voluntas quæ tam
incredibili literarum studio & ardore flagrat.
Cum enim omnes artes & disciplinæ quæ ad
humanitatem pertinent, habeant quoddam
commune vinculum & quasi cognatione inter
se contineantur, non dubium est quin C. T.
cum in ceteris tanto amore versetur, etiā hanc
Poeticam dico singulari favore complecta-
tur, cujus nomen omnium seculorum tempo-
ribus sanctū & venerabile fuit: Et meritò cer-
te fuit cum, primò, ab ea penè omnium artium
fundamenta & mysteria manaverint. Quæ enim
est disciplina? quæ est scientia quam poëtæ non
primitus vel invenerint vel inventæ ad poste-
ros elegantissimis numerorum modulis trā-
miserint. Historica scripserunt: Prodigus Phoe-
beus, Polycritus, Homerus, Pisander Alexandrinus, Q. En-
nius, Hostilius, A. Licinius, Virgilinus, Lucanus, Clemens,
Silius. Physica: Pronopides, Xenophanes, Empedocles,
Eratosthenes Cyrenaeus, Heraclitus, Lucretius. Mathe-
matica: Thales Milesius, Aratus Solensis, M. Mamilius.
Medica: Musaus, Andromachus Cretensis, Nicander,
Aemylius Macer. Ethica: Orpheus, Draco Atheniensis,

D E D I C A T I O.

Pittatus Mityleneus, Solon, Hesiodus Pythagoras. Pasto-
ritia & ad Agriculturam remque familiarem
pertinentia: Hesiodus, Theocritus, Oppianus & alii.
Theologica: Moses, David, & multi ex recentioribus.
Deinde cum cæterarū rerum studia omnia, &
doctrinā & arte & præceptis constet: Soli poë-
tæ, ut à summis eruditissimisq; hominibus ac-
cepimus, natura ipsa valent & mentis viribus
excitantur & quasi divino Spiritu afflantur.
Quæ cum ita se habeant: non raro mirari cō-
tigit, fuisse, hodieq; esse nonnullos qui poësin
ejusque cultores parvi pendant, atque etiam si
Diis placet, nec in scholis iuventuti proponē-
dos nec in bene constituta Republ. ferendos
poëtas contendant. Ejiciemus ergo, quos
θεοπνεύστος & ερυνεῖς νέγκινηρέτας Deorum, sapien-
tes vocant? Damnabimus qui, Aut prodeesse
suis aut delectare Camenis: Aut jucunda volūt
& idonea dicere vitæ? Repudiabimus, & ad
Sauromatas remitteremus:

Quos non ambitio, quos non amor urget habendi,
Et quorum ad mores ars facit ipsa bonos
Quicq; ducum fuerant olim regumq; voluptas
Premiaq; antiqui magna tulere chori?

At fabulas, inquiunt, meras tradunt: fabu-
lis autem quid inanius? Nę autem hi intellige-
do faciunt ut nihil intelligent, dum ex suis in-
geniis betaceis, cæterorum ingenia metiuntur,
quæq; ipsis obscura sunt, etiam reliquos non
videre putant. Quanquam hęc suspicio meritò
à nostris poëtis abesse debebat, qui fabulis istis
magna

D E D I C A T I O.

magna ex parte suis autorib. relictis, nō nisi vera & utilia sacraq; tractant. Quin potius ita statuamus ut quēadmodum in vite, luxuriātibus foliis & palmitib. fructus occultātur: ita etiam in poēmatibus, luxuriantibus figuris & fabulis multa cognitu utilia occultari. Sed quid hęc apud Principem & Principem eum? qui veterū sapientum monumenta, & inter hęc cum primis poētarum, adeò diurna nocturnaq; manterit, ut hac in parte priscis illis Ptolomęis, Augustis, Scipionib. aliisq; comparari possit: cuius rei omnibus jndicio esse possunt disertissimę orationes illę ab ejus C. pr̄sterito semestri in publicum emissę, in quibus & ipsum Davidem inter poētas numerat & orationes illustriū poetarum sentētiis non secus atq; gēmis exornat. Nunc itaq; quod solū reliquū videtur, submisse, & qua par observantia C. T. Avgvste illustr. Domine clementiss. oro, obsecro, obtestor ut solita humanitate levidense hoc quidē & exigū si offerentem: Sia autorem vero & materiā respicias non adeò contēnendum munus accipere digneris. Deus Opt. Max. C. T. propicio suo numine in Nestoreos annos ad illustriss. paterni generis dignitatem & totius Reipubl. Christianę emolumentum clementer regat, tueatur, & conservet. Scripsi Argentorati 14. Calend. Septemb. Anno Christi 1598.

Illustriſſ. T. C.

Subjectiſſimus

M. Georg. Pfüegerus Vlmanns.

EPIGRAMMA IN POEMATA
NICODEMI FRISCHLINI POST
eius obitum edita.

Quem quondam INVIDIAE fera vis oppressit, & atro
Funere ad Elysias trusit iniqua plagas,
Ecce credit superas vates FRISCHLINVS adoras:
Vivit & ingenij per monumenta sui.
Frendeat impia ATE; ferrum mediretur & ignem:
Et moveat cultu bella cruenta librū:
Nil tamen efficiet, nova surget fama Poëta:
Is maiore sui parte superstes erit.
Vt vitam eripuit: non sic abolebit honorem
Ingenio nescit gloria parta mori.

Iosephus Langius Cæsa-
temontanus P. L.

RECTOR ACADEMIAE ARGEN-
TINENSIS MELCHIOR IVNIVS VVITE-
bergensis, Eloquentiae Professor Studiosis S. D.

Venit aliquot ante menses ad nos Clarissimus & do-
ctissimus vir, D. NICODEMVS FRISCHLINVS,
Rector quondam Schola Labacensis, qui, ut suum banc no-
stram in Academiam testarum amorem faceret, de Natali
IESV CHRISTI filij DEI carmen scripsit, quod cras
hora octava recitaturus est M. JOSEPHVS LANGIVS.
Itaq; omnes adolescentes Studiosos hortamur, huic recita-
tioni frequentes ut intersint propter Autorem, Poëtam in-
signem, propter carmen ipsum elegans & eruditum: pro-
pter deniq; recitatorem, qui suam hactenus diligentiam,
modestiam, eruditionem, industriam probavit. Valete.
30. Decemb. Anno M. D. XXCIV.

LIBER

L I B E R V N V S
DE NATALI IESV CHRISTI.

A Te principium mihi carminis huius, I E S V
CHRISTE, DEI proles, æterna parétis imago,
Qui verus sine matre DEVS, sine patre homo
Vnus homo nobis nascendo restituis rem. (verus,
Idem limes eris mihi carminis huius, & in te
Definet hoc nostrum cœptis melioribus orsum.
Namque tuos ortus iam dudum pandere, & omnem
Molem operum: ac primæ cunabula dicere vitæ,
Fert animus: placida nec mens contenta quiete est.
Siue, quod ingenij totas tibi debeo vires,
Si quæ sunt: gratamque vicem tua dona r e p o s c u n t:
Siue, quod hoc misero tua gloria carpitur æuo:
Heu varijs lacerata modis: quando vltima rerum
Linea fatales orbi denunciat horas:
Siue quod humano Diuūm præponere honorem
Fas est: nec plures vlla obdurabit in annos,
Quam tibi quæ C H R I S T I præscripsit pagina nomen:
Cætera, quæ vacuas demulcent carmina mentes,
Omnia iam vulgata. Quis aut Epicedia vatum
Nostrorum, thalamique faces, & Apolline dignos
Tot versus, laudesque & fortia facta virorum,
Aut tot Pierij nescit sacra numina montis?
Cui non dictus amor vagus, & vaga mater amorum:
Atque elegi molles, & plena Epigrammata nugis
Futilibus: tentanda via est, qua me quoque possim
Tollere humo, & longæ seniuni producere famæ.
Tu modò C H R I S T E faue cœptis, & flamme sacro
Confer opem: si grata canam, si parua rependam
Pro magnis meritis, sine te nihil inchoat altum
Mens mea: tu pelago da vela secunda patenti.

At vos, hunc quotquot cætum celebratis amænum:
Seu genere illustres, seu nobilitate potentes:

A

Seu

Seu clari ingenij: & qui studia alma iuuentæ
 Dirigitis, colitisque ahimos pia castra sequentes
 Musarum, & doctas quicunque addisçitis artes:
 Ore fauete omnes, totasque aduertite mentes,
 Carmine dum meditor sacratae lucis honores:
 Et C H R I S T I aggredior cunabula dicere versu,
 Oppositosque hostes: longa est iniuria, longæ
 Anibages: sed summa sequat fastigia rerum.

Omnis spes hominum, & primæ fiducia vita
 Auxilio Diuūm semper stetit, impius ex quo
 Adamus, sed enim peccatique Eua repertrix,
 Fatale aggressi decerpere ab arbore pomum,
 Corripuere sacras vetitis è frondibus escas,
 Heu mala mala malis ausi contingere malis:
 Ex illo fluere, & retrò sublapsa referri
 Spes hominum, ruptæ leges, aduersa D E I mens.
 Nec dubiæ tum signa dedit D E V S arbiter iræ.
 Vix pomum auulsum fuit arbore: cum D E V S horto
 Emicuit, pœnamque ferens, gladiumque trementem.
 Conscius hic tetri sceleris, tactusque pudore
 Vir fugit: & nudum fculha se arbore velat,
 Ac folijs cingit corpus: simul vxor eadem
 Veste tegit, nudamque pudet præstare marito.

Iamque metu trepidi iuuenis, virgoque marita
 Terribilem metuunt offensi numinis iram;
 Et quos iam dudum toto nihil orbe mouebat:
 Nunc omnes terrent auræ: sonus excitat omnis,
 Ut cum fortè lupos circum stabula alta frementes
 Audit ouis, aut vepre latens lepor hostica cernit
 Ora canum: nullosque audet dare corpore motus.
 Tum D E V S horribilem meritò succensus ad iram,
 Sæuis aggreditur dictis, atque increpat vltrò:
 Hem, quid agis? quo deinde ruis? quò proripis amens?
 Siste gradum: aspectu nescis subducere nostro.
 Vix ea satus erat, cum talia reddit Adamus:

Da

Da veniam: puduit tibi nudum occurrere Patri.
 Huic D E V S: Vnde tibi pudor. hic? an ab arbore pomum
 Carpisti vetita? aut quis te furor impulit amens?
 Iusque piumque manu violare, & frangere morsu?
 Ille refert contra: mulier quam pronubus ipse
 Fœdere iungebas stabili, propriamque dicabas:
 Hæc prægustata mihi carpsit ab arbore fructum.
 Nec plura. Illa solo fixos pudibunda tenebat
 Infoelix oculos, gemitusque auersa trahebat.
 Cui D E V S, ergo tuo iussin' dare verba marito?
 Et seruire gulæ? quid postquam criminis esses
 Facta nocens iussin' secreta in sede latentem
 Occuleres tete, atque in hortis inuisa sederes?
 Dissimulare etiam sperasti perfida tantum
 Posse nefas? mulier contrà sic farier infit.
 Nulla mea hic culpa est Pater: iste nefarius anguis
 Verba dedit, mentemque in fraudes impulit ægram.

Hæc mulier paucis: at non D E V S arbiter æquus
 Paucia refert: oculosque ferum contorquet ad anguem,
 Parte sua media hic stabant surrectus amœno,
 Vultu, atque auratam gestans in fronte coronam,
 Fellis adhuc expers atri, & sine tabe veneni.
 Huic D E V S: Ergo nefas quia tam crudele patrasti,
 Ut, cui te Domino iussi parere, tuumque
 In terris parua reuereri in imagine numen,
 Hunc decepturus verbis fallacibus, atro
 Turpe ministerium exhibeas, draco perfide, Diti:
 Nunc pecudes inter, vastæque animalia terræ
 Dirus eris, dirum miseris mortalibus omen,
 Teleo, te tigris, te tetricus odérerit vrsus.
 Iamque supinato terræ sola pectore rades:
 Pronus humili reptans. Tum qui crudelior in te
 Æstuat & stygia vibratur sibilus aura,
 Hostem fœmineo de semine semen habebit;
 Cui licet admorsu calces atque ore trisulco

Impetat & rabidas posthac exasperet iras:
Hic immane tamen colubri caput atteret Heros:
Atque vnde erepsit, stygias detrudet in vndas.

Dixerat: ille oculos suffectus sanguine & ira
Labitur in pectus: caput arrigit acre, iubasque
Sanguineas tollit, sinuatque volumina tergi,
Anfractu laterum: tumidi stant ora veneni:
Spuma recens: ter lingua vibrat; ter lambit apricem
Aera: & inuisæ iamdudum assibilat Euæ.
Tum subitò attonitam monstro D E V S aspicit, ira
Percitus: & magno miseræ terrore profatur:
At tu iussa tuo dudum parere marito,
Non agere in fraudem, non vanis ducere hiantem
Pollicitis, non blandiloquæ dulcedine lingue
Decipere: has diro meritas pro crimine pñnas
Accipe: te morbi expectant, tristisque senectus;
Te pauor & luctus, te plurima mortis imago,
Duraque fata manent, ærumnosique labores:
Te dolor, & miseri manet inclemencia partus
Imperiumque viri: cui dein summittere frontem
Cogeris & monitis, atque ægra capescere iussa.
Dixit: & ad trepidum vultus conuertit Adamum:
Occupat obseflos huic sudor frigidus artus,
Humentesque cadunt toto de pectore guttae:
Nil animæ misero, sed totis ossibus horror,
Nullus in ore color: Qualis cum cerua cruentis
Circumuenta lupis: nullum cui pectore molli
Robur, & in celeri posita est fiducia cursu,
Per sylvas saltusque fugit, iam iamque teneri
Credit: & extenso stringi vestigia rostro.
Accensi sed iusta D E I violentia gliscit:
Impatiensque moræ, & iam duduæ pectore moto
Igneæ corda fremunt; acuit mens numinis iram.
Tum sic alloquitur iuuensem, atque ira percitus infit:
Stulte vir incautum quæ te dementia iussit;

Coniugis

Coniugis insano tantum indulgere fauori:
 Illecebrisque capi vetitis: & ab arbore fructum
 Carpere non licitum: ac Diuūm contemnere legem?
 Dira tibi tellus, inclemens incubet æther:
 Aspera surgat hyems: pro lœtis frugibus agri
 Infoelix lolium, & steriles dominantur auenæ.
 Pro mólli viola, pro purpureo Narciso
 Carduus & spinis crescat paliurus acutis.
 Nec tua iam pomum, sed erit tua pabula gramen:
 Concussaque famem posthac soláberé querèrū:
 Victu infelici, & vulsibus radicibus herbæ.
 Tum labor accedit, socioque molestia passū:
 Algebisque gelu, & medio sudabis in æstu:
 Donec in antiquam resoluto corpore glebam
 Rursus eas, puluis glebae de pulueré factus.

Sic ait: ingemuit tellus: & tristior aér
 Dirigit: subitoque Aquilonis inhorruit ala:
 Et iam frigoribus medijs perijset vterque
 Nudus homo nullo circumuelatus amictu,
 Ni D E V S hanc hominum sortem miseratus acerbam
 Pelliceis nudos texisset vestibus artus.
 Tunc iuuenem aspiciens tali velamine cinctum:
 Egregium veri tu numen, & vnum es inquit
 Ex nobis: D E V S est: salve: D E V S alter Adame
 Magne per insidias colubri. Sic scilicet astra
 Conscendenda tibi & regnum cœlestē petendum.

His dictis ambos viridi procul ejicit horto:
 Atque locum solidæ tutum munimine molis
 Fecit inaccessum: gladiisque vibrantibus oram
 Cinxit: & angelicos illa statione ministros
 Æternūm posuit: ne quisquam eripere furtim
 Posset: & ut prisci extarent vestigia facti.
 Tempore post longo, cum cœlitus obruta tellus
 Vndis tota foret: iamque essent omnia pontus,
 Eruit hunc etiam Lymphis vtricibus hortum,

Disiecitque locum, fontesque euertit, & omnes,
Diluuio absorpsit pomos: nemus obruit omne.

Et iam deseruit tam culta rosaria luci
Tristis homo, tristi exilio multatus: humumque
Incultam, hospitiumque nouum, & sylvestre subtrivit
Multa gemens, & inœsta retrò sua lumina flectens
Regumque aspectans, vnde olim exceferat alnum.
Continuò offensi coière repagula cœli,
Iminissæque homini pœnæ: quas omnis ab illo
Posteritas lueret, lucis ventura sub auras
Et nati natorum, & qui nascuntur ab illis.
Deseruere omnes hominem, pecudesque feræque;
Participes operum terra cessere leones:
Diffugere lupi, matremque virumque perosi:
Sola canis dextræ cauda adblanditur herili,
Obseruatque pedum gressus, & limina tecti.
Tum primuni tellus scelere est imbuta nefando,
Ac subito omne malum circa, velut agmine facto
Ingruit: & venæ irrupit peioris in æuum.
Ante sacram nullo terram vertebat aratro:
Nec ferri rigor: aut argutæ lamina ferræ
Prompta erat: arboreo pascebat corpora fœtu,
Vrgentemque sitim fons extinguebat aquarum.
Haustus aquæ tum Nectar erat: lapsum arbore pomum
Ambrosia: & succo Panacæ & melle refertum,
Nunc miseri noua forna viri, miserandaque cultu,
Hinc puteos fodit, hinc presso sub vomere terram
Exercet dira illuuiæ, immissaque barba,
Consertum tegmen spinis: velamen honestu
Verticis, agresti raptus de subcre cortex,
Ante quidem nullo tecti velamine corpus
Nudi ambo: scelerumque rudes, sine labo pudoris.
At nunc filia trahit, fracta de cannabe, mater
Eua manu carpens æternum ritè laborem,
Atque colo vitam tolerans, tenuique Minerua.

Noctem

Noctem adqens operi: natasque ad lumina longo
 Exercet penso, castum vt seruare cubile
 Coniugis, & possit paruos educere natos.
 Tunc & frumento labor additus: vt mala culmi
 Eset rubigo, segnisque horreret in aruis
 Carduus: intereunt segetes, subit aspera sylua,
 Lappæque tribulique, interque nitentia culta
 Infoelix lolium & steriles dominantur auenæ.
 Hinc male suada fames, hinc tristis surgit egestas,
 Victum infœlicem, baccas, lapidosaque corna.
 Dant rami, & vulsæ pascunt radicibus herbæ.
 Ante nemus tutum præbebat ab imbribus hortum:
 Nil tectis opus, aut duri munimine valli,
 Nulla feræ rabies homini naetuenda, nec ira,
 Ira expers vrsus, quauis leo mollior agna,
 Dente lupus rapido, saeuo tigris vngue carebat:
 Nunc subito excidit rupem, manibusque cauauit
 Firma domus latera, & duro de robore postes
 Extruxit, fultosque emuniit obice saxi,
 Et musco teustum, & fastigia cespite viuo
 Instruit pluuias contra, & spiramina Cori
 Immanesque feras terræ. Nam crimen ob vnum
 Ipse D E V S virus serpentibus addidit atris.
 Iram vrsi, dentes apri, vnguesque leoni,
 Prædarique lupos iussit: tum vacca leonem
 Fugit: opemque hominis poscunt armenta, gregesque,
 Tum parat insidias ouibus, perque oinnia campi
 Arua fugat lupus: ille hominis balatibus orant
 Auxiliū; has caulis custos inclusit Adamus.
 Et quondam nato curam commendat Abelo:
 Vnde sibi puras detenso vellere vestes
 Præparet, & crocea medicorum tegmina luto:
 Opilioque famem candenti lacte repellat.
 Tum pauidæ fugiunt Aquila veniente columbae:
 Gallinæque domus adeunt, quas milius acri

Immanis rostro infequitur, perque aëra versat.
 Has vxor stabulis indit. Sic omnia fatis
 In peius ruere, & priscas amittere vires.
 Ante vigor membris, nullo violabilis æstu :
 Nulla lues, non vlla mali contagia morbi.
 Nunc subito infecto crudescunt aëre pestes
 Pallentesque adsunt morbi: nunc tabida membris
 Arboribusque satisque lues: nunc lethifer annus.
 Hinc mors subsequitur, vultuque armenta cruento,
 Imminet & diris contristat secula fatis,
 Quam multa in syluis autumni tempore primo
 Lapsa cadunt folia, aut deiecta ex ilice glandes:
 Matres atque viri, pueri, innuptæque puellæ,
 Impositique rogis iuuenes, ante ora parentum,
 Infantumque animæ, quos martis ab vberे raptos.
 Aufert atra dies, & funere mergit acerbo :
 Hinc fera sanguineo sequitur Bellona flagello
 Iram atauumque ferens, & diri prælia Martis.
 Causa mali tanti primorum noxa parentum,
 Adde lues animi, & vitij peioris amorem
 Tot scelerum facies, tot diræ crimina mentis.
 Quippe vbi fas versum atque nefas, vbi fædera rupta;
 Ilicet ambitio nasci, discedere rectum :
 Ilicet improbitas dominari; animique profanus
 Error, & insano præceps audacia motu,
 Auri sacra fames, & amor sceleratus habendi:
 Turpeque adulterium, fædique libidinis ækus,
 Et pauor & nutrix saui discordia belli,
 Hinc furor armorum, atque acies mucrone corusco
 Stricta parata neci: & luctus crudelis in orbe:
 Primaque fraterno tellus madefacta crnore.
 Iam placet & stygijs inuadere nubibus astra,
 Et superare polos, turrimque educere cœlo
 Præsidium terris. Soboles hinc nata Gigantum,
 Qui solidam cocto cumularunt aggere molem.

Hinc

Hinc vbi surgebant muri Babylonis: & altam
 Iufferat imperij caput esse Semiramis vrbem.
 Quid loquar, aut patro, respersos sanguine natos:
 Et quæ priuigni miscent aconita nouercæ?
 Quid matrem scelerasfe toros, & crimine fratres
 Progenuisse suos? quid Martis castra secutos
 Impia, nec veritas dominorum fallere dextras?
 Quid thalamum natæ, v etitumque inuadere lectum
 Ausos (proh immane nefas) aisoque potitos?
 Quid mentem oblitam regis terræque, polique,
 Tot sibi commentam diuos, quo in orbe figuræ?
 Pars Solem & Lunam, & fictum venerantur Osirim,
 Atque Isin: pars magna colit per inane volucres,
 Pars hominum statuas, & mutum numen adorant:
 Sunt quibus aut tellus, aut ignis, & aëris alni
 Aura D E V S, terræue animal, aut gramen in horto
 Aut serpens, tantum mortalia pectora cæcæ
 Noctis habent: tantum falsi potuere pauores,
 Et quo non aliis mentis auertere veris
 Aptior est opifex, nec tam bonus omnia credi
 Cæca supersticio: nil mentem ducere cœlo:
 Nil caput erexisse iuuat: sunt cætheris omnes
 Obliti, & pecudum ritu sternuntur in aluum.
 Hinc aliud maius miseris, multoque tremendum
 Obijcitur magis, & mortalia pectora turbat:
 Ultrices animo diræ, mala gaudia mentis,
 Conscia quæ scelerum admisiæ pallescere culpa
 Infœlix agitur: latitant in pectore curæ:
 Donec mors instat, tunc conglomerantur in vnum
 Innumeræ pestes Erebi, quæscunque sinistro
 Nox genuit fœtu, gelidos tremor occupat artus,
 Mentem præcipitat terror: stupet ægra dolore
 Conscia mens diri sceleris: premit horrida vultus
 Peccati facies, pallaque accincta cruentâ,
 Vipereum tabem, virusque inspirat Erinnys.

A 5

Intus flamma furit: penitusque in viscera lapsum
 Serpentis furiale malum: totumque pererrat
 Cor miseri: mors atra caua circumuolat vmbra.
 Iam spes nulla fugæ, nihil est opis: ipse frementi
 Instat agens Satanæ ira: stygioque tumultu
 Vtitur infrendens: vt cum Massyla per arua
 Armenti prædam magno leo frangit hiatu.
 Aut nigra cum nocte lupi, quos improba ventris
 Exegit rabies: penitus mentemque, dolosque
 Dissimulant: humilesque meant: ne nunciet hostes.
 Cura canum: donec quæsitæ cubilia prædæ
 Inueniant: râbido hâc animo stimulante, fameque
 Exercent fauces: homini haud secus miminet ægro
 Tartareus Satanæ, tabulaque animatus & atro
 Chirographo exercet mentes: subigitque fateri,
 Quæ quis in hoc æuo, furto lætatus inani.
 Distulit in sacram conimissa piacula mortem.
 Huic furiæ comites, nec iam dignoscere promptum,
 Quæ magis armæ premant, quo plus eat hasta lacerto:
 Donec mens expers furiarum tracta catenis
 Indirum ruat exitium, præcepique feratur
 In Baratum, & tristespendat pro criminè pœnas.
 Tum demum horrisono stridentes cardine portæ,
 Et stygiæ fauces furui panduntur auerni.
 Hinc exaudiri gemitus, & sœua sonare
 Verbera, dum stridor dentis tractæque catenæ,
 Horrendaque fremens, vastaque voragine raptus
 Cocytus, tristisque palus inamabilis vnda.
 Hic vbi pro scelere admisso, pro turpibus ausis
 Supplicia expanduat æternis ignibus vmbrae.
 Quis gemitus illos, quis luctum & tristia fando
 Explicit: aut posset verbis æquare dolores?
 Tantæ animis pro morsu uno cœlestibus iræ.
 Et iam nullus erat mortali stirpe creatus,
 Qui miseris afferret openi, sœuamque tonantis

Placaret

Placaret mentem, & facinus tam triste piaret,
 Nulla hic arma virum, nullæ valuere cohortes,
 Non aurum, non argentum, non lamina ferri,
 Non bos maestatus, non hirci victima cæsi.
 Solius innocuo C H R I S T I de vulnere sanguis,
 Et mors vnigeni iratum placare parentem
 Sustinuit nati: solus reparare salutem
 Agnus cœlestis peccato alienus ab omni.
 Cui nullus fuit ore dolus, fraus pectore nulla.
 Sed serò venit ille tamen post multa suorum
 Funera, post varios hominumque orbisque labores,
 Post tot raptorum crudelia fata nepotum.
 Primus Adas socia cum coniuge lætior ipso
 Hauserat in luco solamen. Namque futuro
 Progeniem seculo muliebri à semine duci
 Audierat, stygias olim quæ verterat arces:
 Et centum gemini monstrum ferale draconis
 Contereret, furuoque caput damnaret auerna.
 Hos ille horrendos casus, tristeque ruinas
 Solatus: fatis contraria fata rependens:
 Erexit animum; spe finis dura ferentem,
 Atque eadem seros docuit meminisse nepotes:
 Et populum antiqua sub religione tueri.
 Eua autem fatis aperit præsaga futuris
 Ora D. E. I iussu: non vnquam auditæ Caino.
 Non vnquam infidæ Chananaeum creditæ genti.
 Nec prius antiquæ renouauit fædera pacis,
 Omnipotens genitor: quæ totus hic obrutus vndis
 Fatales dederat pœnas pro crimine mundus.
 Tum data primæuo repetit promissa parenti:
 Atque Abræ auxilium diuino numine firmat,
 Pollicitis credenti homini, voluentibus annis
 Affore magnanimum Abrahami de semine Regem;
 Qui gentes omnes miseris è faucibus Orci
 Eriperet: stygijsq; iterum subducet antris.

Infelix mortale genus: veramque salutem,
Redderet, & terras omni ditione teneret.

Hæc eadem Iudæ dederat promissâ nepoti,
Non prius imperium Iudæa à gente remotum
Transferri, aut alijs transcribi sceptra colonis:
Quàm noua progenies cælo descendat ab alto
Ænea. Quid loquar, ingentis simulachra Draconis
Suspensa à ligno, populumque huc lumiina iussum
Dirigere: & diras obtutu auertere pestes?
Quid tot sacrorum cultus, tot præscia vatum
Pectora, tot ritus veteres, pecudumque cruores?
Omnia quæ CHRISTI quondam venientis imago.
O quoties Mosen, quoties Arona DEI vox
De CHRISTI admonuit nece, Messiamque futurum
Gentibus, & toti dixit dare fæderâ mundō?
O quoties DEVS ille modis solatus amicis
Daudem: stirpis Iessæ à semine dixit
Affore, qui grauidam impatio sceptroque potentem
Iudæam regeret: genus alto à sanguine Iessæ
Proderet: ac totum sub leges mitteret orbem?
Quid referam veterum tot clara oracula vatum
Nullis inuolucris, non ylla ambage loquentum
Obscura? hic Iessæ deductam à stirpe parentem,
Et puerum Emmanuela canit de virginè natum,
Mirandum ingenio, diuino pectore fortem,
Consilijque ducem atque DEM, patremque futuri
Temporis, & regem firmo cum fædere pacis.
Hic dominatorem vocat Israëlitidos oræ,
Designatque locum natalem, atque indice monstrat
Tecta manu: paruæque Ephrætia mœnia Bethle.
Hic asino vectum magna stipante caterua
Inducit Solymæ portis, regemque salutat
Mansuetum ac iustum, parto qui ex hoste triumpho
Imperium terris famam determinat astris,
Qui casus hominum leuat, & fata aspera mundo

Eximat,

Eximat, vnde furor mitescat & ira Tonantis.
 Sed iam penè quater reuolutis cursibus anni
 Mille ierant, cum prima dedit promissa parenti
 Adamo D E V S , & toties iterata nouauit.
 Nec tamen auxilij spes toto apparuit orbe,
 Nec promissa fides, & non indebita reddi
 Visa DEI populo, cum iam sine numine dextro
 Sceptra loci, & rerum moderamina Cæsar haberet
 Augustus, Latiasque inferret in arua secures
 Iudea, atque Italo parerent omnia freno,
 Sceptraque Romanis essent transcripta colonis.
 Nam tunc Sulpitia natus de gente Quirinus
 Nomine, qui Syrio fertur Cyrenius, illis
 Iura locis, legesque dabat, subiectaque terræ
 Arua Palestinæ Latia ditione premebat:
 Consulis imperium postquam seuaque secures
 Gessisset, trabea insignis, cinctuque Gabino.
 At satus Antipatro Herodes Galilæa tenebat
 Sceptra manu, Solymæque urbis tractabat habenas,
 Contemptor Diuûm, debellatorque piorum
 Lazarus antiqua Leui de stirpe creatus
 Tunc erat Antistes templi, Salymæque sacerdos
 Insula, cui sacra redimbat tempora vita,
 Totus collucens diuino Aharonis amictu.
 Sed legem Domini, veterumque oracula vatuum
 Vana supersticio dudum obscurarat, & atro
 Diluui errorum, & cæcis immerserat vmbbris.
 Ceu quando Amonide sceptrum regale tenente,
 Victa situ, prisci latuere volumina Mosis.
 Heu tenebris submersa nigris, vbi in æde sacerdos
 Amissum Helcias reperit sub puluere librum;
 Nam scribz & populi doctores, cæca furore
 Turba, Deique parum memor, atque ignara sacrorum
 Partiri in sectas (quia iam sic fata ferebant)
 Mortales animas ipso cum corpore lethum

Oppetere aiebant, & vitæ lumina cassas
 Haud vñquam redūces in corpora posse reuerti:
 Nec vitæ restare aliud, nec præmia cœli,
 Insontes animas hōminum super astra manere:
 Nec sōtēni vrgeri pænis, veterumq; malorum
 Supplicia infernis expendere sedibus Orci,
 Nec curare D E V M mortalia fata, nec vlos
 Æthereos sensus, nec conscia numina veri:
 Resq; omnes hominum densa caligine volui,
 Vndiq;, & incerto ferri mortalia casu.

His alij aduersis pugnabant comminus armis,
 Omnia qui certo fatorum limite duci,
 Et lege immota statuebait, & sine casu
 Consilio firmata D E I, stultumq; precando
 Flectere velle D E V M, menti tamen esse putabant
 Arbitrium quoddam, libertatemq; relictam.
 Sed nimis elumbem & certa ratione ligatam:
 Nec cœlo mentes, nec numen inesse negabant,
 Functorumq; animas hominum, manesq; solutos
 Corpore in æternum mittebant desuper æuum.
 Sed nimis angusto finitum tramite cœli,
 Monstrabant iter, & nimis inuia tesaqua viarum.
 Queis conferre gradum superasq; euadere ad auras
 Concessum foret: occlusi tum ianua cœli.
 Heu paucis adeò mortalibus æqua patebat,
 Nam legem Mosis non vi, non pondere rerum,
 Sed nudo vocum dimensi murmure, inanem
 Ceu strepitum, & sine mente sonum, sine numine Diuūm
 Cœci enarrabant: ac tum se deniq; iustos
 Perfectos omni numero rebantur, honesta
 Si specie possent oculos satiare tuentum.
 Noctem peccatis, & fraudi obducere nubem:
 Introrsum turpes, speciosi pelle decora:
 Si consulta patrum: si trādita iura priorum
 Mosaicæ adijcerent legi: si sacra prophanis

Miscrent

Miserent: Nam iustitiam cœlestibus æquam
Credebant stolidi, cæde abstinuisse, rapinas
Vitare: & nullum furti committere crimen.
Luce sacra, & festis nihil exercere diebus:
Bis iejunare, & decimas persoluere frugum:
Coniugium in rebus vetitis numerare: nec vlos
Transire in thalamos: summis accumbere mensis:
Nec prius attractare cibos, quæm flumine viuo
Abluerent sese, & lustrarent corpus in vndis:
Sidoniam picto chlamydem circumdare limbo,
Qæm duplici circum Meandro purpura currat
Legiferas inscripta notas, & numina Mosi
Tum capito obſtipo defigere lumina terræ:
Murmura verborum & rabiosa silentia secum
Rodere, & angelici nomen captare Magistri.
Hi viduas precibus tunc venabantur auaris,
Mulcebantq; senes: quos in viuaria captos
Mittebant: tumulos ijdem cineresque sepultos
Floribus ornabant; sanctorum corpora vatum.
Quid multis? omnem diuini numinis auram,
Turbabant operum nebulis, hominumq; repertis
Nec sibi Messiam cœlesti semine natum,
Affore credebant, qui Diuūm fortibus armis,
Stipatus, Satanæ erueret plorabile regnum:
Et genus hoc hominum, placatâ numinis irâ
Eriperet tenebris, manesq; inferret Olympo.
Sed qui Romuleas Hebræa à gente secures
Demeret, & veteres regni instauraret honores.

At templi custos & lectus sorte sacerdos
Zacharias consorsq; tori, iam grandior annis
Helisabe, & Simeo illius iustissimus æui,
Et Ioachimus, & Anna parens, Phanuelq; piusq;
Iosephus, quorum melior sententia menti,
Assiduis precibus numen cœleste rogabant,
Mitteret in terras C H R I S T V M de virginē natum.

Iessæ: toties promissum patribus, æui
 Antiqui, optatum toties votisque petitum.
 Hic senior templi præses, Abiæque creatus
 Sanguine Zacharias, dum sacras inchoat aras,
 Et solita imponit taurorum viscera flammis,
 Pingue superque oleum fundens, ardentibus extis.
 Dicitur ante focos mediæ in penetralibus ædis
 Multa D E V M manibus supplex orasse supinis.
 O qui res hominum Diuîmque æterna potestas,
 Æternis regis imperijs, & numine torques.
 (Namque aliud quid sit, quod iam implorare queamus?)
 Cernis ut insultet Satanæ, prolesque feratur
 Impia pér medias vrbes, & honore superbi
 Romulidæ his aquilas vñtrices postibus addant?
 Aspicis hœc genitor? nec te telluris amatæ
 Oppressisque laris miseret? nunquam ne leuari
 Ærumnis Hebræa fines delubra, fodosque?
 Quis modus, aut quem das finem Rex magne laborum?
 Nil super imperium moueor, sperauimus ista
 Dum fortuna fuit, vincant quos vincere cœli
 Fata volunt, quo sacra iamen ritusque peremptæ
 Gentis, & insano, yatum monimenta tumultu
 Perdita? quo leges (hœc intentata manebat
 Sors hominum) & votis sacræ, ac responsa vetustis.
 Quæ patribus natisque dabas? cur nunc tua quisquam
 Flectere fata potest, aut nunc noua condere iura?
 Certè equide[m] tu progeniem voluentibus annis
 Affore Thariadæ reuocatum à sanguine Iessæ:
 Quæ mare, quæ terras, quæ totum temperet orbem:
 Quæ seruetque animas, & reddat corpora vitæ
 Pollicitus: quæ te genitor fors dura moratur?
 Saltem si quæ mihi proles suscepta fuisset
 E conforte tori, quæ me recrearet aili
 Decrepitum senio, seroisque superstes in annos
 Venturi quondam aspiceret miracula C H R I S T I.

Sed

Sed mihi victa situ, proliſq; effæta ſene&tus
 Coniugis æquæuæ ſpes intercludit inanes.
Quòd te per caſta venturum è virgine C H R I S T V M
 Per miserae vaſtæq; exhausta pericula vitæ:
 Perq; fidem non vanam oro, miferere laborum
 Tantorum, miferere hominum non digna ferentum.

Talibus orantem dictis arasq; tenentem
 Audiſt omniptens: nam miſſus ab æthere ſummo
 Aliger exemplè peniſis radiantibus aræ
 Aſtitit, & trepidum verbiſ affatur amicis.

Ne timeas, ne Zacharia diuine Sacerdos
 Expauēas, D E V S ille preces & verba, fidemq;
 Supplicis audiuit, meq; ad ſacra limina miſit.
 Ecce tua Helisabe pulchra te prole parentem
 Iam faciet, quam tu Ioah̄nem nomine dices.
 Ille tuæ requies erit optatumq; ſene&tæ
 Præſidium, & charæ genetrici ſera voluptas.
 Fœlix prole tua genitor. Nam pluribus illa
 Afferet optatae pronuncia verba ſalutis.
 Nec puer Hebrae quisquam de gente yetuſta
 In tantum ſpe tollit auos, nec patria quondam
 Vlo fe tantum tellus iactabit alumno.
 Ille etiam materno vtero cœleſtibus auris
 Accipietq; D E V M, vitamq; abſtemius omnem
 In ſyluis ægrè trahet inter luſtra ferarum.
 Huic tenuem victum baccas & candida rami
 Mella dabunt: liquidi præbebunt pocula fontes.
 O quantos puer ille viros ad priſca reducet
 Secula, quam caſto Superum inflammabit amore
 Auersas hominum mentes: Nam præuius ipſe
 Indice monſtrabit digito C H R I S T I ora loquentis.
 Heliam referens virtute, & robore mentis
 Infraetæ, legumq; armis fera corda ferorum
 Inuertet: facietq; pijs mansueſcere dictis.
 Namq; animos hominum distractos colliget ille,

Coniungeret cum prole patrem, mentesq; rebelles
 Vi subigit verbi, monitus audire piorum,
 Discere iustitiam, sanctosq; capescere iussus.
 Ut populum Domino perfectum & labe carétem
 Præparet, ac manes cœlestibus inferat aulis.

Dixerat, at senior contra sic farier orsus,
 Vnde hoc cognoscam, quo certus pignore credam?
 Nempe ego consenui, dudumq; effæta senectus,
 Et steriles prôlem mihi denegat vxor, & ipsa
 Æuo deorepita, & iam fessa senilibus annis.
 Da certum augurium, puer, atq; hæc omnia firma.
 Sic ait: illex irum castigat & increpat vtrò.
 Quæ te, quænam incredulitas, quis lubrica corda
 Error agit? Gabriel ego sum sacer ales & aptus
 Interpres superum tibi cælite missus ab ipso
 Ipse hæc ferre iubet tam nuncia læta per auras
 Et malè tu dubitas? En augurium, & tibi pignus
 Esto dehinc mutus, nec quicquam affarier ante
 Possis Zacharia, quintum quâm luna bis orbem
 Impleat, & partum Elisabe tua prodat in auras.
 His dictis cœli sursum se librat in axem.
 Continuò obtricuit pressoq; obmutuit ore
 Zacharias, steteruntq; comæ, & vox faucibus hæsit.
 Inde domum è sacræ properat penetralibus ædis
 Speq; metuq; auditus, dextram coniungere dextræ,
 Omnia narrasset, sed & os & lingua volenti
 Dicere non aderant, nec quo loqueretur habebat
 Signa tamen manifesta dedit, tabulaq; prehensa,
 Quæ fari nequijt manibus pro voce notauit.
 Luna insumebat quinto noua cornua mense
 Cum grauida Elisabe tectis obscura vetustis
 Nusquam egressa domo, tandem sic fatur, & ambas
 Ad cœlum palmas & candida lumina tendit.

Alme D E V S Diuînusq; hominumq; æterna potestas,
 Tu me respectas oculis Pater alme benignis,

Tu so-

Tu sobolem donas, maculamq; abstergis, & aluum
 Tu fæcundam aperis, tibi laus & gloria soli:
 Sic Saræ quondam prolem, Pater alme dedisti
 Isaacum seræ columen requicmq; senectæ.
 Sic Hannam sterilem nato Samuele beasti.
 His dicitis cæcis iterum sese abdidit antris
 Et gratas ineditata DEO præconia cantar.

Panditur interea stellati regia cœli,
 Et Pater omnipotens terræq; hominumq; misertus
 Alloquitur natum ac tales dat pectore voces.
 Nate meæ vires, mea magna potentia solus:
 Nate D E I sōboles, lumen de lumine Patris:
 Ut genus hoc hominum terræ nunc omnia circum
 Climata iactetur, furij Acherontis iniqui
 Nota tibi, & nostro doluisti sèpè dolore.
 Nalla fides orbi, nulla est reuerentia veri
 Numinis: ætherea iam dudum desuperarce
 Prospicio mare veliuolum, terrasq; iacentes
 An iustum videam de tot modò millibus vnum,
 Qui superos cùret, quem non de tramite recto
 Impia sacrilegæ flectat contagio turbæ.
 Sed nullum inuenio, non de tot millibus vnum
 Indoleo & casus hominum, miferetq; pigetq;,
 Tot multare animas, tot corpora plectere letho.
 Nam cui tanta quies irarum? aut sanguinis usus
 Parcer humani? videt axis & ista per ævum
 Mecum æterna domus, quoties inuita resumam
 Fulmina, quam tardè detrudam ad tartara fontes.
 Viuo ego nolo mori quenquam aut succumbere fati
 Nolo Erèbi sedes & pallida regna subire:
 Sed conuerso animo venerari numen, & ægram
 Tollere humo mentem, cœliq; redire sub axem.
 Hebræos verò Iudæq; è stirpe nepotes
 Tardum abolere mihi. Scis ipse ut criminam mittam
 Sæpius & iusto non laxem frena furori.

Nunc etiam ille dies, & incluctabile tempus
 Venit Iudæis : cum duris scepta colonis
 Transcripta æthereum poscunt succedere Silo.
 Et iam septenæ hebdomades abiére duxq;
 Et sexaginta, mundi cum Cyrus habenas
 Accepit summas, rerum sceptroq; potitus
 Mèdorum, domitis Chaldææ gentibus oræ
 Postulat hic fati series & temporis ordo,
 Diruta vti Solymæ reparentur mœnia lapsæ.
 Quare age Nate tuum præsta mortalibus ægris
 Auxilium, & rebus propera succurrere lapsis:
 Tu requies miseris, tu spes nunc vna salutis,
 Amissum terræ decus imperiumq; polorum:
 Te penes, in te vno res inclinata recumbit.
 Qua verò facere id possis nostram accipe mentem.
 Est virgo Maria antiquo de stemmate Iesiz
 Nota tibi, ante alias virgo iustissima natas
 Incola Nazarij Galilæi in limite tecti.
 Illius subeas tu castam virginis alvum
 Nate DEO, humanosq; puer nunc indue vultus,
 Ut fias caro patris inenarrabile verbum,
 Et mundum eripias tenebris, & spiculæ morti
 Morte tua demas: roget hoc tellusq; polusq;
 Et pietas, & prisca fides, naturaq; & ipsa
 Fatorum series, & primi fœdera pacti.
 Dixerat omnipotens genitor, paulumq; quieuit.
 Filius hunc contrà: tuus ô Pater alme quid optas
 Explorare labor, mihi iusta capessere fas est.
 Nam tua progenies te Patrem voce coœua
 Agnosco, venerorq; lubens, & iam prece vicitus.
 Vicitus amore tui, mortali sanguine vicitus
 Cedo, nec angustis memet concludere septis,
 Virginemq; infans vterum subijisse recuso.
 Est hic, est animus mortis contemptor: & istam
 Qui vita benè credat emi, quo tendo salutem

Humani

Humani generis nec me furor omnis auernī
 Territat, vt solum me in tanta pericula mittam;
 Dum placeam tibi, magne Pater, labemq; repellam.
 Et mortale nefas profuso sanguine soluam.

Sic ait, & gremio Patris omnipotente resedit,
 Tum stygij tremuere lacus, tum ianitor orci
 Territus, & lernæ turbatus constitit anguis,
 Infrendensq; ira Satanas mouet orbe tumultum:
 Quaq; nocere potest genti nocet arte, fremitq;;
 Arua iugo Ausonio premere atq; abducere prædas,
 Attulit ergo pijs vel tandem optantibus ætas
 Auxilium, aduentumq; DEI. Namq; æthere ab alto
 Respiciens mortale genus Pater atq; precantum
 Excipiens gemitus, oculos ad moenia torsit
 Nazaria & Solymæ defixit lumina templo.
 Tunc sic affatur Gabrielem ex alite cœtu
 Insignem, magnumq; ducem fœlicibus ausis.
 Vade age magne puer, rapidoq; elabere saltu
 Nazarias super vsq; domus, vbi regia virgo
 Iam despensa viro Maria optatos hymenæos
 Expectat, seruans castum intemerata pudorem:
 Huic loquere & celeres defer mea dicta per auras
 Ne paueat, summo virgo optatissima Patri
 Eijciatq; metus omnes, namque ordine fati
 Appetuisse diem sacro cum flamine mater
 Imprægnata, D E V M pariat (mirabile dictu)
 Exors ipsa viri nullum perpesta cubile,
 Quem populi columen Seruatoremq; futurum
 Terrarum proprio cognomine dicat I E S V M.
 Hunc fore qui solio fultus Dauidis auito
 Solis ab occasu, solis dominetur ad ortus:
 Huic ego nec metas rerum, nec tempora pono.

Dixerat: ille Patris magni parere laborat
 Imperio: & celeri super astat culmina lapsu
 Nazaria, inc; domum pennis radiantibus intrat.

Fortè Nurus, paruum ad lumen data pensa trahebat,
Et patrio longum Psalmo solata laborem
Iessæ faciles tractabat pectine telas.

Continuò alloquitur: pauidos exclude timores
Chara patri virgo cœlesti, atq; vna voluptas,
Ipse D E V S tibi me claro demittit Olympo
Ipse hæc ferre iubet celeres mandata per auras
Appetit illa dies sacro cum flamine mater
Imprægnata D E V M paries, & nomine vero
I E S V M appellabis. Namq; ipse salutifer orbi
Adueniet, populosq; suos à labe reducit:
Vera D E I soboles, expressa parentis imago.
Omnipotens verbum, fortisq; & originis expers
Quo mare, quo tellus, quo constat maximus æther
Ille patris magna Dauidis sede potitus,
Et Solymæ sceptro cunctis dominabitur oris,
Imperioq; premet populos, gentesq; superbæs.

Sic ait. At virgo conspectu obmutuit illo
Arrectæq; horrore comæ: tum subiicit ægræ
Pauca hæc qua verò poterit ratione, quod inquis,
Confieri, nulli cum sim sociata marito
Nec thalami, nec coniugij sacra præmia norim?
Angelus huic contrà. Superi regnator Olympi
Te propiore D E I afflabit iam numine, & aura
Cœlesti, quo solo afflatu, deinde sine ullis
Coniugijs, grauida æthereum (mihi crede) vigorem
Concipes, partumq; edes, qui filius alti
Progeniesq; DEI, votisq; vocabitur æquis.
En etiam Elisabe consanguinitate propinqua
Iuncta tibi, sterili iam dudum effeta senecta
Fert uterum, & sextæ redeunt iam cornua lunæ,
Ex quo grandævam distentant pondera matrem.
Omnia quippè D E V S potis est facere, omnia subsunt
Illius imperio, vis huic non vlla resiftit.
Sic puer: at virgo contrà. Tibi maxima rerum

Verborumq;

Verborumq; fides: sequimur, quocunq; iubemur.
 Namq; DE I sum serua: DEO me trado potenti.
 Dixerat: & Gabriel vibratis aëre pennis
 Mortales viſus medio ſermone reliquit,
 Et procul in tenuem ex oculis euanuit auram.

Cum ſubito ventis agitatus inhorruit aér,
 Afflatoq; nouum, per virginis oſſa vigorem
 Inſinuat DEVS, & mortali ſanguine cretam
 Expurgat inaffam, vitioq; emendat ab omni,
 Ne terreni artus pollutaq; criminē membra
 Æthereos hebetent ſenſus, ac numina tardent.
 Ceu quondam figulus ſamio de puluere teſtam
 Cum fingit: prium manibus ſubigitq; rotatq;,
 Et quamcunque lubet docta induit arte figuram,
 Poſt igni coquit, & rapidis fornacibus vrit.

Protinus æterna veniens ab origine Patris
 Filius æternus patrio de pectore verbum
 Mente DEI conceptus, & omnis corporis expers:
 Numen idem cum patre DEO, DEVS arbiter orbis
 Virginis angustam ſeſe concludit in aluum
 Et fit homo DEVS: illud inenarrabile verbum
 Fit caro: ſeruilemq; pio induit ore figurani,
 Et totum extenuans ſe ſortis ad infima mittit.
 Nam pius imminens, quem tota hæc machina mundi
 Non capiebat, angusta latet abditus aluo
 Virginis, & magni iam non regnator Olympi.
 Infans imperium deponit & orbis habenas,
 Nec minus аſſumptam muliebri èſemine carnem
 Conſortem legit imperij, cœloq; receptat
 Atq; patris dextram momento collocat vno
 Ut ſimul imenso regnet iam CHRIS TVS in orbe
 Factus homo: ſimul angusta ſit clausus in aluo
 Nam qua ſe extenuat, qua vult naſciq; moriq;
 Nondum ille ad dextram Patris omnipotentis Olympo
 Conſidet: at qua hominem diuis cœlestibus æquet

Consortemq; facit, maiestatumq; potentem.
 Iam non ille vtero grauido est inclusus, vt infans
 Mortali de stirpe satus, mortalis & ipse,
 Peccatiq; reus puer, hic è flammine sacro
 Conceptus sine labe hominum, sine criminè matrem
 Intrat & immenso, quem suscipit æthere donat:
 Participemque facit summæ Deitatis, & omnes
 Extollit supra cœlos, super omnia regna.
 Namq; aliud quid sit superos cōscendere ad axes
 Quām terræ partes sese demittere ad imas.
 Sic verbum caro fit, verbum de cœlī natum
 Patre DĒO, sic factus Homo DĒVS æthere lapsus,
 Virgineo postquam assūmisit de semine carnem.

O larvæ, ô intemperiaz, quibus inscia veri
 Terretur ratio, cæcoq; furore resistit.
 Et verbum insanis cerebri præponderet ausis
 Nescia cœlestum veris accredere dictis.
 Ille puer puerum Helisabe, mouet abditus aluo
 Ipsum etiam cæco matris sub ventre latenter.
 Ille puer matris puero impenetrabile corpus
 Illæsum penetrare potest, nec virgine læsa,
 Nec concusso vtero scit luminis ire sub auræ,
 Seque docet Dominum, quanquam serui ora gerebat,
 Sic olim yicta rediens à morte sepulchri
 Immotum transit lapidem, clausosq; domorum
 Verus homo penetrat, non moto cardine postes.
 At grauidam aspiciens Mariam sibi iure iugali
 Deuinctam, varias agitabat pectorē curas
 Iosephus, metuens ne sacri fædera lecti
 Non bene seruasset, facies, ætasq; iubebant
 Credere, virginei prohibebant credere mores:
 Et queritur crimen, scissaq; à pectorē veste
 Heu dolet infelix tanquam de pellice vera.
 Quid faciat? casusné suos iam proferat ipse
 Seq; simul, sponsamq; premat fortassis acerbas

Hausurum

Hausurum pœnas? An læſæ virginis ora
 Ambiat affatu? quæ prima exordia sumat?
 Hæc alternanti potior sententia vifa est:
 Parcere criminibus miseræ, nec spargere voces
 In vulgum ambiguas, sed clam discedere tecto
 Virginis, & quæ sit rebus tum causa nouandis
 Dissimularé, pium ne rumpi credat amorem.

Nox erat, & duras hominum miserata labores
 Fundebat placidum per segnia membra soporem
 Iosephus patrij angusto sub culmine tecti
 Carpebat somnos, oblitus & ipse laborum.
 Huic forma aligeri vultu redeuntis eodem,
 Quò Mariæ primum in tectis apparuit altis,
 Obtulit in somno iuuenemq; ita vifa monere est.
 Nata domo regis Iosephe, Dauidica proles
 Ne connubia virginis incepitosq; Hymenæos
 Desere, fatali non hæc sine numine Diuūm
 Eueniunt, nec te Mariam se iungere tectis
 Fas: haud ille sinit superi regnator Olympi.
 Parce pio generi, & propius rem dispice, & ipsam
 Desine nuptiam istis incendere, teq; querelis.
 Non ea, quod reris, thalami pia iura fefellit,
 Non male virgineum violauit sponsa pudorem.
 Criminis est expers, expertem criminis alto
 Afflavit D E V S ipse polo, ventremq; repleuit
 Numine: quippe D E I partu lætissima prolem
 Mox dabit, auspicio cuius Iesæa propago;
 Imperium terris animos æquabit imago
 Hanc tu progeniem dices cognomine I E S V M.
 Nam populi amissam reddet puer ille salutem,
 Et quæ mortifero fuit olim perdita ligno
 Vita, salutiferi reparabit arbore ligni.
 Tum stygijs imbuta dolis, qæ fœmina fecit
 Vulnera, fœlici sanabit fœmina partu.
 Hæc ait, & tenues abiit ceu funius in auras,

Tum verò subitis Iosephus territus vmbbris
 Corripit è somno corpus, Mariamq; reuisit,
 Et vita sociam casus sibi iungit in omnes:
 Concubitu abstinuit solo, intactamq; reliquit.

Iamq; dies alterq; dies processerat, illa
 Tectis egrediens antiqua moenia liquit
 Nazariæ, & paruam Iudæ contendit ad urbem
 Montibus impositam celsis, & structa vetusto
 Templa D E I saxo venerans, cognata frequentat
 Limina: quæ tum Zacharias, coniunxq; tenebant
 Iungunt hospitio dextras, pacemq; precantur.
 His puer Helisabe (dictum mirabile) in ipso
 Clausus adhuc vtero, Mariæ pia verba precantis
 Audit, & in solido testatur gaudia motu.

Tum prior Helisabe, magnis exterrita monstris
 Labitur, & iam plena D E O sic ore profatur:

O felix vna ante alias Iesseia virgo,

Tuq; tuiq; vteri non enarrabile pondus.

O quam te memorem virgo? namq; haud tibi vultus
 Mortalis, noua mi facies inopinaq; surgit.

Tum genetrix ades illa D E I, tum cœlica mater,
 Quæ mundi regem puro sub pectore gestas.

Vnde mihi superuni hæc affulget gratia matrem,
 Ut mihi fas vidisse D E I coramq; tueri

Dignantem has humiles cognatæ inuisere sedes?

Nam quod inauditum & cunctis memorabile seclis

Ventre tuo clausum infantem meus inspicit infans

Clausus & ipse vtero. Quænam hæc portenta? quod omē?

Qnid latet hoc vtero? D E V S est, D E V S arbiter orbis,

Quem meus hic infans manifesto in lumine vidit.

Namq; vt prima mihi vox est audita precantis.

Lucis adhuc expers, atq; intra viscera clausus

Exiliit, cœliq; D E V M prænuncius ipse

Exprimit, & magni numen genitoris adorat.

Fœlix virgo animi, felix qui credere veris

Noe

Non dubitas: immota manent promissa parentis
 Quæq; ales cœlo puer attulit omnia cernes.

Accepit vocem cognatæ regia virgo.
 Et iam plena D E O sic fatis ora resoluít:
 Magnifico aggredior cœlestia numina cantu
 Dicere, iamq; sacro exultant præcordia motu
 Lætitiaq; tumet mea mens: quando æthere ab alto
 Lux optata diu affulxit mortalibus ægris
 Auxilium cœleste ferens certaniq; salutem.
 Namq; suam miti respexit numine seruam
 Indignam atq; humilem, seruam DEVS optimus æui
 Arbiter: ex illo felicem tempore dicent
 Omnes me populi cœli quicunq; sub æxem
 Venturi, latas habitabunt vndiq; terras,
 Magna D E V S fecit, cui summa potentia rerum,
 Cœliq; imperium, & sanctum ac venerabile nomen.
 Illius in seros clementia tanta nepotes,
 Progeniemq; omnem se transfundit, & æqua
 Mente fouet casta sub religione manentes,
 Et quæcunque D E I verbum cœleste sequuntur.
 Ille etiam vires summas, dextramq; coruscans
 Exercens tumido prægnantia pectora fastu
 Contudit, & valida domuit virtute superbos.
 Idem præcipites alta de sede potentes
 Traxit, & ex humili magna ad fastigia rerum
 Erexit tenui prius in statione locatos.
 Ille pios homines, paupertatemq; famemq;
 Expertos, largæ cumulauit munere dextræ,
 Inpletuitq; bonis: at grandi fœnere aductos,
 Turgentesq; opibus meritò dimisit inanes.
 In primis veteri Genus Israële profectum
 Ceu sobolem DEVS ille suam prospexit Olympo,
 Sermonum metnor, & promissi muneris olim
 Quæ dederat patribus Tharæque è semine nato.
 Abramo, & stirpi longæua in seclu nepotum.

Hæc virgo: Attonitus grauida cum coniuge vocem
 Zacharias hausit, nec tempore maluit villo
 Posse loqui, & meritis testari gaudia dictis:
 Prosequitur gestu tamen & probat omnia vultu.
 Tres adeò menses paruæ sub moenibus urbis
 Hospitio fruitur cognatæ regia virgo,
 Et serè tandem repetit, sua lumina gressu:
 Cum iam mater anus fatali proxima partu
 Omnia venturæ numeraret nomina lucis.

Vix egressa domo Mariæ montana propinqua
 Liquerat Helysabes, & iam sua testa tenebat,
 Cum puerum illa parit, grandæuæ grandia matri
 Delitiasq; patri annoso: vicinia tota
 Plaudit, & hanc sobolem senibus gratatur amicis.
 Iamq; dies octaua aderat, qua mascula membra
 Lex pueri testa præcidere mandat acuta.
 Sic patrio agnati puerum cognomine dicunt
 Zachariam, sed mater anus memor alitis, ipsum
 Iohannem vocat: illi instant rogitantq; parentem
 Annuat an renuat, certo caret indice yoti
 Os mutum, rebusq; nouis solertia prudens
 Sebuenit, accepta nomen notat ille tabella,
 Iohannemq; vocat: tum longa silentia linguae
 Rupta viro, atq; iterum fandi concessa potestas,
 Continuò laudes domini sancto ore sacerdos
 Concelebrat, veterum monumenta securus auorum
 Et miro eloquio modulatur amabile carmen.

Quæ meritas cœlo possit vix tollere laudes,
 Quæ satis ora D E V M celebrent, mitemq;, bonumq;;
 Ifacidum patrem, cœli terræq; potentem?
 Hæc est illa dies magni quæ conscia partus
 Attulit optatam fato meliore salutem.
 Cum populo affulget cœlestis gratia Patris.
 Nam veræ cornu posuit cœlestè salutis:
 Inq; domo D E V S erexit Dauidis, vt olim

Dixerat

Dixerat & veterum referunt oracula vatum.
 Et iam tempus adest, cum nos è faucibus Orci
 Eripit & nostros defendit ab hoste penates,
 Eluditque odia ac vanas sine viribus iras:
 Mansuetamq; aperit mentem: peccusq; benignum
 Accipit in feros Iudea à stirpe nepotes:
 Polliciti memor & pacti olim fæderis, & quæ
 Conscia iurauit conceptis numina verbis:
 Davidæ nullam perituram tempore prolem:
 Et stabilem regni mansuram in secula sedem.
 Ille dat vt manicis exempti hostilibus, æqua
 Mente D E I iussis, nulla formidine capti,
 Adsimus, sanctisque animis iustamque piamque
 Degamus reliquam fœdo sine criminè vitam.
 At tu parue puer vates prænuncius ibis
 Messiae, præcoque D E I cœlestè salutis
 Commonstriabis iter, paci veniæq; paratus,
 Et natos ducés veterum ad documenta parentum.
 Immunes scelerum natos noxaq; solutos
 Per numen placidum, per mitis viscera CHRISTI
 Scilicet vna D E V M pietas & gratia mitis
 Impulit: vt celæ veniens è sedibus arcis
 Sol C H R I S T V S, sol iustitiae nunc surgat Olympos
 Et totum ratijs illustret comminus orbem,
 Discutiatque Erebi tenebras & cæca resignet
 Lumina nocte atra: & densa caligine mortis
 Liberet inferno conclusas carcere mentes:
 Ille pedes etiam felici tramite nostros
 Sistet, vt optato figant vestigia passu.

Hæc vates: mistoque ingens exorta tremore
 Lætitia, attonitisque hærebant mentibus omnes
 Suspiciuntque senem, & pueri sancta ora tuentur,
 Ignari quæ fatâ paret DEVS arbiter æui.

Creuerat interea cœlesti virginis alio
 Flamine conceptum sacro, mirabile pondus

Paulatimq; dies, serpebat, & ordine fati,
Iam prope tempus erat, cum maturescere partus
Incipit, & decimo laxantur viscera mense.

• Fortè recognoscens populos viresq; potentis
Imperiū pater Augustus, numerumq; referri,
In capita & totum censeri iussferat orbem.
Cum iam ferratas belli gens Romula postes
Vectibus, & duro clausisset robore Ianum
Atq; orbi æternam sponderent secula pacem:
Tum iuuenis grauida linquens cum virgine lectum
Nazarium: antiquæ repetit sub mœnia Bethle:
Illic ut Latij nomen, de more genusq;
Ederet & iussum Romanis penderet aurum.
Hæ patriæ sedes: hinc Zorobabelius ortus
Dauidesq; pater genus à quo principe surgit.

Nam Mariam accipitrus loachimo patre creatam
Helia, cui domus addiderat cognomen, at illi
Mathates genitor, Mathatæ Leuius acri
Progenitus Malcho, qui dum pater vrbis habenas
Tractabat, regno incolumis regnumq; vigebat
Isaidum: ipse etiam clarum nomenq; decusq;
Gesserat: Antiochi sed postquam territus armis
Ductor Iohannes superis concessit ab otis:
Ille misér vitam in tenebris, luctuq; trahebat.
Nam pater huic Iannes fuerat, cognomine noto
Hircanus: patriæ qui præfuit vltimus oræ:
Pulsus ab Antiodro, gentisq; reliquit habenas
Stirpi Asmoneæ: desperataq; salute
In ferrum ruit, & dara vitæ stamina rupit.
Iannem Iosephus, Iosephum Mathatias dux
Procreat: huic genitor fuit Amos, auusq; Nahumus
Elias proauus, serie Naggeus eadem
Mathatiæ huic atauus, tritaus fuit ore Mahates
Insignis quem Mathatias sub luminis auras
Edidit, huic Semeus, Semeum Iosephus, Iudas

Quem

Quem creat: isq; patrem Ioannem iactat: at istum
 Progenerat Rhesus, Rhesi sanguinis author
 Zorobabel: populi sumptis dux strenuus armis,
 Salathiele satus: patrios qui carcere ciues
 Exemit Syrio: Solymæque in regna reduxit,
 Belli reliquias trucis, Assyriisque Tyranni.
 Egregius princeps, animi plenissimus æqui:
 Qui cineres Solymæ, collapsaq; mœnia primus
 Restituit, templiq; sacri instaurauit honores.
 Ter quintque hic reges Iessæ à sanguine, prisæ
 Fulcræ domus, & auos retrò numerabat auorum
 Usque ad Dauidem: folio qui primus eburno
 Subnixus, gentem firmauit legibus æquis
 Rex populi: & Bethlæ caulis & paupere terra
 Missus in im perium magnum Samuele vocante:
 Atque idem hic tanta dux Zorobabelius ortum
 Stirpe trahens, Rheso fratrem generauit Abium:
 Hic Eliacimum, genus à quo duxit Asoras:
 Isq; Sadoce tibi pater est, subit ore Sadocum
 Achimus pulchro, pietatis idoneus autor.
 Hinc Eliuda satus: trahit à quo Eleazarus ortum
 Mathanes post hunc: multo qui membra labore
 Dura exercebat, dum victimum quæreret arte
 Iosephum creat, hic Mariæ comitemq; virumq;
 Ars cui Syluestres secuisse bipennibus ornos
 Et struxisse domos, & limina ponere tectis.
 Sic genus amborum scindit sic sanguine ab uno.
 Ergo ubi iam Bethlæ successit mœnibus hospes
 Lenis Iosephus, grauida comitatus amica,
 Ut nomen daret Ausonio, censumq; Tyranno:
 Primùm tecta petit, patriæ vetus incola sedis
 Hospita, pro se, proque sua consorte viarum
 Quærenti; & vicibus orbis sine fine vaganti
 Ianua nulla patet, nulli tota yrbe penates.
 Heu quid non adfert æui inuidiosa vetustas

Et fati series, atque inconstantia rerum?
 Quò ferimur? fuit illa dies cum virginis huius
 Magnanimi patres ius, imperiumque tenerent
 Finibus his terræ, & Bethlæm ditione potenti
 Antiquam premerent: nunc illa à stirpe nepotes
 Hospitio exclusi, tectis prohibentur autis.
 Frigida rnox cœlo gelidas adduxerat vmbras,
 Obruitur niuibus, tellus glacieque rigescunt
 Amnes, extremoque irrorat Aquarius anno.
 Tunc & Hyperboreis Aquilo incumbebat ab oris
 Inducens Scythiaeque hyemes, atq; arida secum
 Nubila. Succedit paruo Iosephus ouili
 Virgine cum granida, succincti pellibus albis,
 Et pecudum densis velati corpora setis.
 Huc locat ille suam sponsam, filicumq; maniplis
 Subter humum aternit, glacies ne frigida lædat
 Virgineos' artus, aut fætæ incommodet alio.

Tempus erat, quo prima quies mortalibus ægris
 Incipit: & dono Diuūm gratissima serpit:
 Maturum hic vtero fœtum (mirabile) clauso
 Virgo edit: plenis quando stata tempora metis
 Attulit, & partus index Lucina resolut:
 Ipse sibi Lucina D E V S : D E V S ipse benigna
 Obstetricis ope, & mirando munere functus
 Non hic ille vterum referat, non membra resoluit,
 Non ventrem violat, saluo sed corpore matris
 Nascitur, & clausam pertransit virginis alum.
 Ac veluti Ætherea Titan penetrare fenestram
 Luce potest, radijsque vitrum transire: nec illud
 Perfringit: sic ille vterum sine labe: sine omni
 Pertransit noxa: sic olim saxa, foresque
 Occlusas penetrat: sic saluus inambulat vndis:
 Et pede calcat aquas, nec spissis tenuia cedunt.
 Omirum infantem, quis verbis explicet ortum
 Hunc pueri? quis secreti mysteria cœli

Abdita

Abdita rimetur, terrenæ haud obuia menti?
 Non mihi si centum lingue sint, oraq; centum
 Alitis ætherei vox, hæc mysteria fando
 Consequar, aut vlo possim comprehendere sensu.
 Cæca vale ratio, quæ visibus omnia lustras
 Humanis: acies animi comprehendere nescit:
 Quem natura negat. Namq; immortalia sensu
 Absona mortali: mentiq; imperuia nostræ
 Sola fides oculis benefidi peccoris haurit.
 Et quid erat tandem C H R I S T O ad præsepi a nato
 Externi cultus? quid opis? quid in orbe paratus?
 Quæ nutrix? quæ tractantes cunabula seruæ?
 Qui lecti ornatus? quæ picto linteal filo?
 Mater inops hominum, nullis instructa suorum,
 Auxilijs fœtum inuoluit lodicis adesæ
 Fragminibus: laceroq; artus circumdat amictu.
 Poscit opem iuuenis, cunasq; requirit ab urbis
 Hospite: sed tota frustratus nocte laborem
 Algidus in stabulum redit: illi membra rigebant
 Horrida: & vrebant glacies hirsuta capillos
 Longaq; canentem duplicabat styria barbam,
 Tum mater pum præsepi imponit, & altum
 Præparat ante torum: non hic Milesia cunis
 Vellera substernit, Tyrios incocta colores,
 Non trabram gemmis pretiosam, auroq; micantem
 Non bullam, non prætextam, Serumq; labores:
 Sed stipulam culmosq; leues filicumq; maniplos
 Hos infans recubat Tyrio diuinus in Ostro:
 Hæc prætexta D E O, teneroq; monilia C H R I S T O
 Hæc palla, hoc croceo pictum velamen acanto,
 Caula illi nutrix, non aula: crepundia fœnum:
 Bulla filix: culmus lodix: præsepi cunæ.
 Turpe pavimentum pecuino stercore fœdum
 Ingratusq; fimi fœtor, postesq; saligni,
 Hæc asorata domus, hæc marmona secta, trabesq;

Hoc laquear testi regale, hi thuris odores:
 Hæc sumnum in terris exceptit Regia regem.
 Non illi plumæ, non stragula pistra soporem
 Conciliant, non versicolor stat lectulus: inter
 Dura iacet pernox in strato saxa cubili:
 Frondibus hirsutis & carice rectus acuta;
 O pueri, & quorum mentes celestium inanes,
 Huc acies animi, hue oculos intendite vestros;
 Aspiceret has cunas, hæc duri stragula testa.
 Hic est ille DEVS cumis qui dormie in illis
 Quo verbum dicente unum per irante coacta
 Semina, terrarumque animæq; marisq; fuerunt,
 Et liquidi simul ignis, & hæc vaga machina mundi.
 Quo mandante solum duravit, & æquor terræ
 Disclusa: & volucris aer, mare mobile pisces
 Accepit, tellus animalia, sydera cœlum.
 Hic est ille D E V S, misero qui vagit ouili:
 Quo duce sydereo disiecta à culmine monstra
 Anguipedum, æternas Erebi dant carcere penas.
 Quo duce participem lecti suscepit Adamus
 Inque hortum venit: Stygioque ille suis ab angue
 Seminis ipsius audiuit de semine vocem.
 Hic DEVS ille iacet: qui quando vtricibus vndis
 Ira DEI mundum volvit submergere ponto,
 Lamechidem docuit puppim fabricare, domumque
 Innocuam, toto seruauit in orbe natantem.
 Qui patri Abrahamo, Chaldaeæ finibus oræ
 Educto, promissa dedit, ac fœdere certo
 In fidei signum pellem, genitalia circum,
 Murice præcepit maribus præcidere acuto.
 Qui Lothum è rapido Sodomorum sustulit igne:
 Quando pater toto iaculatus sulphura cœlo,
 Disiecitque vrbes, euertitque omnia flammis.
 Qui paruos Abræ subiit cuni patre penates
 Summissoque humiles intravit vertice postes,

Et con-

Et coniuia homini menis assedit acernis.
 Hic cubat in stabulo, palea suffultus & vlaſis
 Ille D E V S, clara qui ſeſe in luce videndum
 Obtulit Ifacidæ, vultuque refulſit eodem
 Quo nunc in cunis recubat, qualisque videri
 Inter mortales voluit, quid demoror? hic eſt
 In cunis DEVS ille Gigas? qui noctis in umbra
 Fortia membra viro oppofuit: duraque palæſtra
 Congreſſius, modò colla manu, modò brachia captans,
 Nunc frontem, nunc ceruicem, nunc crura laceſſens
 Non priùs abſtinuit lucta, quām nocte fugata
 Exortoque die, victoris crura Iacobi
 Obliqua percufſa manu, laſſataque ceruix,
 Et femur infractæ luxatur robore pilæ,
 Fecerunt Ixo magnum & memorabile nomen.
 Hic eſt ille D E V S, qui tristi è ſede Canopi
 Eduxit populum Canapæ ad moenia terræ,
 Cum rubra in montis faciem circumſtetit vnda
 Accepitque ſinu populos, miſitque per amnem.
 Hic rubus ille ardens, hic Iosua verus & ipsa
 Ex re nomen habens, inuito hic robore Simſon,
 Mille viros qui olim maxilla fudit Afellæ.
 Hic ille Hebræa rex Melchisēdecus in ora.
 Idem rex hominum CHRISTVS, Superumque ſacerdos
 Rege pio Dauide ſatus, rex ipſe futurus
 Et populi ductor, qui atri Babylonia Ditis
 Vincula confringet: veteresque vocabit honores
 Et gentem primos ducet pietatis ad viſus.
 Hic eſt ille puer, muliebri è ſemine natus,
 Nunc vili recubans caula, nunc paruulus infans:
 Qui centum gemini caput exiſtale Draconis
 Tundet, & hand facilem viſtu ſubuertet auernum.
 Hic agnus foedō iacet immaculatus ouili
 Qui primo aspersam nobis ab origine labem
 Abſterget: qui morte ſua ſcelus omne piabit.

O cæcæ mentes quidam hinc dubitantis de agro
 Creditis: insane si quidam iniquis iniuriantur et impuniti
 Dictamen negat: aut deuenient natura repellere bluſas
 Mens hominum densis iam sudoribus insondæ tenebris
 Lucis inaccessæ radios; eadiq; scotis amniorum in uulnus
 Ferre nequit lumine. Nec quoniam quicquid ab orbe remotum est;
 Inq; poli regiōne latet, ratio aqua prehendit.
 Non ea vis animo; non tanta potētia meatiq; emittit.
 Sola fides, Domini qua gaudet credore vestro
 Omnia comprehendit, superat facile omnia vincit.
 Omnia: cumq; D E O luctatur, & uice potitur
 Ætheria, victrixq; polos supereminet omnes.
 Si tamen antè femur cæcæ rationis iniquum
 Luxauit, diffusa vni fibi, credula soli
 Verbo, & in obsequium C H R I S T I captiuus potētia.
 Quippe hoc iste tener præsepibus exigit infans:
 Dum culpos pecudumq; super canabula vagit.
 Namq; humiles, fidosq; fibi puer eligit iste:
 Factus & ipse humilis, quia non potat esse rapinam
 Occultaſte D E V M, & serui sumptuſſe figuram.
 Utq; recens natus, sub luminis exiit auræ
 Non Solymis puer iste suos magnatibus ortus
 Ostendit, non nobibus, non indele claris,
 Non rerum dominis: vocat ille è ture colones
 Pastoresq; grægis, piz peitora, credula verbis
 Simplice nixa fide, non paſſerantia ecclum.
 His se aperit D E M 6 atq; vito videntibus offert.
 Ipse bonus pastor, sparsos qui colligat agnos
 Israële satos: vniq; includat ouili
 Hebræos firmi, & reliquæ gentibus ortos
 Sic pescatores socios fibi portat legit;
 Præconesque suos fecit, summæq; locauit
 In statione viros. Nam quod iacet erigit ipse,
 Et vehit ex humili magna ad fastigia rerum.
 Iure suos igitur primum pastoribus ortus

Indicat.

Indicat: unde ille mulierib[us] semina traxit: & traxit
 Pastorem sese esse docens p[ro]positis optimum.
 Nam quid ego Isaqide pueri c[on]tra m[al]is tribus uniuersitatis
 Proloquar & Iesse Davidem stirpe creatum
 Huius aum pueri: nonne ambos eidimus dicit
 Janigeros paucis e[st] reges hirtasque capellae?
 Vix equidem tenetum ediderat virgo innata festum,
 Intonuere polia crebris tricat ignibus æther.
 Sensit humus Bethlæ, latata est dines Amone
 Hierichus, palma que ferax resiliuit Idome,
 Et cedro florens libanus respondebat, & zita
 Consonuit Sione raucum concussa fragoreta.
 Cum subito alitumq[ue] costus delabitur alto
 Æthere præpetibusq[ue] mouet liquidum aera pennis,
 Et claro esfulget nimbo, simili incipit oros.

Solute corde mecum pastores: En ego costi
 Vertice delapsus uoda mancia porto: salutis,
 Nuncia que superant totius gaudia mundi.
 Editus est hodie habis o virginis aluo.
 Intactæ, puer Hebrato de sanguine, rerum
 Seruator, populiq[ue] salus, columnenq[ue] suorum:
C H R I S T V S in antiquis Iesseæ sedibus vrbis,
 Qui durum præsepe tehet, Vos omnis filius
 Accipite augurium, totasq[ue] aduertite mentes.
 Bethlæ ipsum medijs in moenibus vrbis ouile
 Excipit infante in duris præsepibus illis
 Accubat, attrita contectus fragmitæ panni
 Et stipula, & euignis, & carice fultus acuta.
 Dixit: & huic ingens exercitus astitit alto
 Culmine deueniens cæli, latumque frequentat
 Nascenti peana D E O. Sit gloria coelo,
 Pax terræ humano, sit pectore casta voluntas.
 Nec mora: pastores paruæ succedere Bethlæ
 Festinat: caulamq[ue] adeunt: puerumq[ue] piamq[ue]
 Inueniunt matrem, & prono præsepia vultu

Deuenerati, olidis desigunt oscula cunis.
 Ea agite hic quotquot nomen de nomine C H R I S T I
 Ducitis, ite ciri mecum, rapidisque secuti
 Passibus agricolam turbam, pecudumque magistros.
 Quærite virginæ generatum semine C H R I S T V M:
 Intrate hanc caulam, & prono præsepio vultu
 Ac pastoricijs puerum veneramini ocellis.
 Viderit hunc quisquis puerum mortalibus istis
 Luminibus stupidæque oculo rationis acuto:
 Illum maiestas pueri occæcabit, & ingens
 Ætheris igniti fulgor, nimbiique micantes
 Offundent menti tenebras: ne cernere verum
 Possit in his numen caulis, hominemq; potestem.
 Ea agite hunc C H R I S T V M vera pietate prehensum
 Accipite atque animis spe certa includite vestris:
 Tum mecum aligeri cætus Pæana secuti
 Vnanimi cantate choro. Sit gloria cœlo,
 Pax terræ, humano fit pectore casta voluntas:
 Omnes mecum iterate simul, Sit gloria cœlo,
 Pax terræ, humano fit pectore casta voluntas.
 Ter mecum ingeminate omnes: Sit gloria cœlo,
 Pax terræ, humano fit pectore casta voluntas.



LIBER

Præfite: qui capitis seruent canis ora periclo.
 Ecquid enim potuit celsa canis æreus æde
 Spectatum montuisse oculos, dum vulnera lambit?
 Nos Pelicahus ausi, C H R I S T I prælustris imago,
 Admonet effuso passi de sanguine C H R I S T I:
 Et simul impostum prono fert corpore cœlum:
 Præripit & veteri diuinitum titulus Atlanti.

D V A S O T E C V M R E G U L A
 immobili.

Sed qui sunt illi rubicundis orbibus orbes
 Impliciti, & numeris diuersis coloribus atcti:
 Plurima quos æquis distinguit linea metis,
 Erectisque adyti paries sub lumina profert?
 Prima suo denos complectitur orbita recto
 Axe pedes, instar canthi circumque rotatur
 Quoque anni spacio semel à leuaque Borei
 Parte axis Libicum tardo pede vergit ad Austrum.
 Huc menses annique vices numerique dierum
 Depicti, quos illa suo certissima motu
 Explicat, & totum metitur leniter annum.
 Stant gemini circum, proles Latonia, Phœbus,
 Et Phœbi Diana soror: præsignis uterque
 Virgineo vultu, & telis clypeoque decoro
 Hinc atque hinc pictus. telo, de parte sinistra
 Orbis; Apollodiem quemuis toro indicat anno.
 Oppositam digito Phœbe notat aurea noctem
 Indice: quæ medium post antium tarda sequetur.
 Sic tibi totius mirabile munus hic orbis
 Præstat Ephemeridis: mensisque diesq; revoluta
 Omnes, quos in se totus complectitur annus.
 Huic inserta rotæ numeris est altera pictis
 Orbita: lata pedes à vertice ad ima nouenos,
 Multiplici descripta nota, varijsque figuris,
 Tota rubens, nisi quos numeri peperere colores.

Diuersos, teretesq; arcus & linea sectrix.
 Hectardo motu segnes se vertit ad Arctos:
 Et semel in centum tacita detinuitur annis.
 Aureus hic fulget numerus, cycloque notantur
 Solares: Christiq; insunt & qualiter anni,
 Et quem Bissexturn proprio cognomine dicunt.
 Festaque mobilia & spacijs distantia certis.
 Internalla, quibus concurrens additur annus,
 Et quicquid magnis par est committere fastis.
 O superi, quantæ artis opus? quam fabrica docti
 Astronomi: in longum qui tam procul aspiciat ævum?
 Quid? quod in hac etiam Solis super æthere metu
 Insunt diuersæ: quibus ille hyemalibus horis
 Imminet his propior terris, aut altior ijsdem
 Extat, vbi æstiuos spatioibus exigit ignes:
 Aut etiam noctes præequat síté diebus?
 Has namque oculi variat trepidatio cœli,
 Immutatque vias Solis: punctaque dierum
 Nocti æquatorum, & moto cum cardine vertit
 Solstitia. Ille suum motus tardissimus orbem
 Voluit ab Austriacis gelidos Aquilonis ad axes.
 Absolutique gradum, centum annis circiter, vnam:
 Ut veterum quidam studio solerte notarunt.
 Cumque duz fuerint mediataq; Myrias actæ
 Annorum: & tacitis ierint iam passibus octo
 Secula, sexque decem primæuo à tempore mæses:
 Tunc liquidi hunc totum cœli conuersio gyrum
 Finiet: ut numeri docuit Copernicus arte.
 Tunc annus veniet (si vera est fama) Platonis,
 Et veterum rediuiua hominum gens sedibus Orci
 Surget ab Elysij ad pristina lumina vitæ.
 Alter erit tum Tiphys, & altera, quæ vehet Argo
 Delectos heroas: erunt etiam altera bella:
 Atque iterum ad Troiam magnus mittetur Achilles:
 Denique totius facies reparabitur æni,

Pristinaque

Pristinaq; antiquam renouabunt secula cursum.
 Sed quò digredior? quæc ad mendacia labor?
 Vera placent Superis: veris de fœbus agamus.
 Et quoniam verum est, Solis super æthere metas,
 Sidereosque polos haud cardinalē semper eodem,
 Solstitij nee stare loco vestigia fixo:
 Nonne decus magnum hic parsē tandemque meretur,
 Ritè quòd has nobis pūnctorant ardentis Olympi
 Orbe vices picto, ad certam demonstrat amissim?
 Hactenus exposui geminos tibi carmine circos:
 Nunc extrema operi succedit cornibus altis
 Orbitas quæ reliquis, centrum haud, informe duabus
 Insistit, tres lata pedes, viridiq; colore
 Conspicua, & geminis superans extrema rotarum
 Cornibus, hæc intra diametrum tibi prōditur anni;
 A prima elapsi morientis origine mundi,
 Aque D E O nato & numeris spacio aureus & quo,
 Solarisque cyclus, quodvis & mobile festum,
 Et quicquid eentam brumatum continent orbis.
 Tum, ne quod spaciem sit forte coloribus orbum,
 In viridi plano Germanam habebit oram;
 Finitimaque plagas, & mīcenia clara vetilli
A R G E N T O R A T I, & celsse milieula turris,
 Tectaque magna urbis viuo depicta colore!
 Præterea in laterum muri compagine firma
 Hinc aq; de hinc Læte tenebre, Solisque latēbris
 Sunt scriptæ, pagies quoquo comprehendere circum
 Angustus potuit: nam si comprehendete centum
 Annorum Eclipses spaciū potuisse inane:
 Omnes appicte dīgito soleste fluissent.
 Et quæ sunt inibi sex ultra lustra noctæ,
 Haec tibi principium & medium, finemq; moramque
 Cuiusque ostendunt, & certo limite signant.
 Quæ superant aliz, has geminæ cepere tabellæ:
 Quarum post multos usus cum venerit annos,

Hæc adytæ poterunt depicta ad limina figi.
Vsque adeo nihil est, quod quisquam carpere possit:
Neglectumque queri, aut vincere suspendere nato.

PLA N E T A R V M M O T V S
hebdomadarius.

Hæc supra, clari tectum profulget Olympi.
Cœruleum, & stellis radiant noua culmina æcli.
Hinc atque hinc geminæ panduntur an æthere valuz:
E quarum læua, sinuato tramite ad Austrum
Qualibet vna die curuis erratica bigis.
Prouehitur stella, & nitida se ostendat in æura.
Cùmque dies Solis supremo lumine montes
Contigerit: tum primum alto se limite tollunt
Solis equi, elatis efflantes naribus ignem.
In curru Phœbus, claris lucente sinaragdis
Considet, & leuibus per cœlum fertur habenis:
Dextra manus sceptro, caput est diademate fultum
Læuaque fert almi radiantem lampada Solis.
Aureus ipse axis, temo aureus, aurea summa
Curuatura rotæ radiorum argenteus ordo:
Inde vbi clara dies Lunæ mortalibus alnum
Extulit os terris: tum fulgida Cynthia curru
Inuehitur bijugo, pharetram, celerisque sagittas
Venatrix, arcumque gerens, sinuatique Lunæ
Cornua habens læua. Ceruz subiere ingales.
Temonem, & sociq; ducent ceruice Dianam.
Tertia, sed clara cum lustrat lampade terram
Orta dies: foribus prodit Mars asper atrocis
Inuestus curru, manibus molitur habenas,
Quæ consanguineo ductat Bellonæ flagello
Ipse enseni, clypeumque, & rubæ cornua crista,
Loricamq; humeris gerit, & furit asper in armis.
Vt cum Turca ferox gelidi prope littora Ponti
Bella mouens, immittit equos atq; agmina curru

Proterit

Proterit, & raptas fugientibus ingerit hastas.
 Postera cum veniet tenebris Aurora fugatis:
 Tum graue Mercurius cœcis caput efficeret umbris,
 Alatosque pedes quatiet, virgāmque leuabit
 Sominferam dextra, geminus quam circuit anguis,
 Tegmen erit capiti fulua de parte galerus:
 Mira DE Ofacies, & quam decet alitis esse:
 Qui data per terras, & per mare nuncia portet
 Ibides hunc vestant iunctis per inania pennis,
 Ibides Ægypti volucrum genus, ibides acri
 Aduersæ rostro serpentibus, & propè nullis
 Expositæ morbis, nec fœdæ sordibus, & quæ
 Lurida non inquam laedunt aconita veneni.
 Hinc ubi se quintus sustolleret ab æquore Titan,
 Mercuriusque iterum noctis successerit umbris.
 Protinus è soribus solio sublimis eburne
 Jupiter egreditur Pisæa qualis illædo
 Phidæo stabat torno cælatus, & auro
 Vndiq; munitus. namq; aureæ fronte corona
 Emicat, & digitis sceptrum regale coruscis
 Ipse gerit, trabeaque leuat succinctus habens:
 Currum aquilæ ducunt socia ceruice fugales,
 Reginæ volucrum, sicut rex Jupiter omnes
 Æternis regit imperijs hominésque Deosque.
 Hunc Venus insequitur, lucem cum prouehit aliam
 Sexta dies, Ioue nata Venus, pia mater Amorum,
 Perque leues auras inunctis innecta columbis
 Aduolat, inque sui durat statione diei.
 Huic decor, & nullis facies obnoxia mendis,
 Auricomumque caput, flauique in vertice crines,
 Sidereique oculi, & vultus sine labe pudicus,
 Et planè humano diuina in corpore forma.
 Ut meritò huic cedant Gnidæ sacra marmora Diux;
 Praxiteles olim tanta quam fecerat arte:
 Ut multorum hominum in sece conuerterit ora,

Vide AElian. E.
 20. de animad.
 cap. 29.

Plin. lib. 36. cap. 4.

Accieritque procul Gnidon, in iuuenemque procacem
 Ignibus à fictis veros immiserit ignes.
 Tandem vbi iam summo nitidus se ostendet ab ortu
 Lucifer: hebdomadique addet lux septima finem:
 Horridus exhibit vultu Saturnus atroci,
 Pilento inuectus. Socio lea iuncta draconi
 Temonem ducit: dextra ipse immanis acerba
 Infantem prensum crudeliter admouet ori,
 Ut voret, & tepidos discerpatur dentibus artus.
 Læuo humero falcem gerit: hac mortalibus annos
 Absecat, & tristem properat per funera mortem.
 Dira seni facies, & lurida mortis imago:
 Terribilésque oculi, & sicca caua lumina fronte.
 O securi homines, cœcum qui degetis æuum,
 Imthemores lethi, huc oculos conuertite vestros;
 Et spectate grauis simulacrum fleibile mortis:
 Nam quid te Clarias animum coluisse per artes?
 Quid syluis agitasse feras? quid bella ciere?
 Quid linguam eloquio iuuat informare diserto?
 Regna quid & totum patrijs ditionibus orbem
 Addere? quid Veneris prodest decerpere fructus?
 Omnia debentur morti: mors omnia tollit.
 Nec tua te redimet multi doctrina laboris,
 Nec validum robur membrorum, aut Martia virtus,
 Nec dulce eloquium, nec regnum aut munera Cresci,
 Nec te blandus amor, Venerisque tenerrimus visus
 Eripiunt mortis, quæ dissipat omnia, falci.

INDEX QVARTARVM HORÆ

ET MINUTORVM CVM DVOBVS

Angelis duobusque leonibus.

Proxima nunc se offert supra ipsum Regula cœlum
 Aurea, quæ quartas horarum tramite certo
 Metitur partes, & quaque revoluitur hora,

Ostenditque

Ostenditque oculis stella fulgente minuta,
 Huic gemini appositi dextra lœuaque coruscant
 Aligeri infantes, formosi crinibus anib⁹,
 Sidereisque oculis, & lucida membra decori,
 Vt, quæ nudorum tabula pinguntur Amorū.
 Gratus in ore vigor: facies, quam dicere possit,
 Angelicam in pueris, certix, humerūsq;, manūsq;
 Lacteolæ, impubēsq; genæ, quis plurimus ignem
 Affudit rubor, & formosa per ora cucurrit.
 Indum sanguineo veluti violauerit ostro
 Si quis ebatur, uel mixta rosis vbi lilia fulgent.
 Horum alter, cùm lapsa sonos dedit hora suprēmos,
 Sceptra manu mouet, & totidem ciet aliger ictus!
 Vt, cum forte noctem modulantur carmina Musæ,
 In medio Phœbus tactāmq; modosq; gubernat;
 Alter, vbi sinēm dederit mors atra sonando,
 Desieritq; horæ pulsus (mirabile visu)
 Inuertit vitrum lœua, inuersumque tuetur.
 Est geminum vitrum artifici sub pollice factum,
 Lignoque inchusum tereti, circūmq; columnis
 Distinctum exiguis, fandōque capacius imo
 Ac supero. In mēdio certuix vtriusque tenaci
 Aptatur cera, & nodum coit æqua sub vnum.
 Pars sapientia reliquam tenues deuoluit arenas,
 Metiturque horæ labenti puluere tempus,
 Lamina quem paruo ferrata foramine mittit.
 Qualis apud veteres erat olim Clepsydra Graio,
 Defluxu tempus quæ mensurabat aquarum,
 Gacropijsq; viris lucem signabat & horas:
 Tale manu, quoties cursum definijt horæ,
 Aliger à dextro conuertit limite vitrum.
 Obvia turba hominum vultus ad sidera tollit,
 Miraturque manus pueri, causasque requirit.
 Sunt qui numen inesse putent: pars viuere credunt:
 Plerique occultas puerili in corpore vires

D

Permixtas dicunt: homines stupor arripit omnes.
 Nec sane immerito: quis enim prius audijt vñquam
 Talia Lyssippi coelo, tornoue Myronis,
 Praxitelisue exculta manu? quis vedit in orbe
 Tale quid huic opere compar, simileme laborem,
 Seu totam aspicias fabricam, seu singula membra?
 Nam quid ego hic malum menorem? quid torta colubris
 Pectora, & antiqui simulacra hic fixa Draconis,
 Ut tabulæ immineant, Ade testantia lapsum
 Atque Euæ, primorum hominum, quos perfida adegit
 Fraus anguis vettitos decerpere ab arbore fructus?
 Quid dicam infantes alios? quid torua leonum
 Ora, trucesque vngues, quibus illi insignia gestant
ARGENTORATI, & galeam cristasque comantes?
 Quid multis? nihil est, quod quis desideret vñquam,
 Quando nihil deficit, nihil villa in parte redundant:

A S T R O L A B I U M . C V M S E P T E M P E R
 netarum indicibus & Dracone.

Sed qua laude canam? quo denique persequar orbem?
 Insignem viginti horis & quattuor arcum,
 Et septem indicibus clarum, medioque Dracone.
 Axequis signifero, & ductis à vertice gyris?
 Mirum opus ingenij, mirandæ hæc machina dextra,
 Qua melsus nullum, qua nec perfectius vñquam
 Extitit artis opus, veterum nec docta virorum
 Plenius ingenio monimenta labore pararunt.
 Heu quod non apta est numeris hæc fabrica nostris,
 Et fugiunt molles desueta vocabula versus.
 Nam quo hanc appellem, quoque apto nomine digner?
 Dicam Astrolabium, quamuis mihi curta repugnet
 Syllaba, quando parum, quo dicam nomine, refert.
 Ornari res ipsa negat, contenta doceri.
 Et si qua externa referantur nomina lingua,
 Hoc operis, non vatis erit. non omnia flecti

Possunt,

Possunt, & propria melius sub voce notantur,
 Ceu veterum quidam cecinit cultissimus augur,
 Sed tamen vnde mei capiam primordia versus?
 Vnde hic incipiam, tanta est vbi copia rerum?
 Exterior limbus (quid enim vetat inde moueri?)
 Quattuor & viginti aptè discriminat horas,
 Temporibusque dies & noctes terminat æquis,
 Interior varijs depicta est ærea gyris,
 Orba omni motu pars horum circinat arcus,
 Pars flexu incedit transuerso, & dissecat orbes.
 In medio punctum est (nostri de vertice nomen
 Illi indunt, Arabum dixit vox barbara Zenith.)
 Quod capiti insistens quauis regione locorum
 Et quaq; vrbe suūm, populis haud omnibus vnum est.
 Hoc aliqui cingunt arcus, instarque coronæ
 Circumeunt, Arabes quos Almicanara dicunt
 Atque hi surgentes vasto de gurgite flamas
 Monstrant, quotque gradus quævis peragrârit. Eorum
 Maximus, obliquo qui dicit fila meatu,
 Arcus Finitor, tertamque & sidera mutat,
 Ostenditque aliud tibi cœlum, aliudque relinquit.
 Ipsum aliqui punctum dirimunt, mediumque pererrant
 Transuersum ductum sublimi à vertice gyri.
 AZimuth hos Arabum vox barbara nomine dicit.
 Sunt tres præterea diuerso tramite picti,
 Distantes spacijs inter se æqualibus orbes,
 Alter ad octipedis deflectens brachia Cancri,
 Æstiuumque trahens medio sibi nomen ab æstu,
 In quo producit Titan lucemque moramque
 Feruidus, & longus metitur tardior horas:
 Alter Hyperborei vergens ad sidera Capri,
 Ultima designat redeuntis lumina Phœbi,
 Attingitque oram paruo discrimine limbis:
 Tertius in media fabricæ regione locatus
 Componit spatio æquali noctemque diemque,

Signiferumque pari distinguit limite circum,
 Lanigeri signo & lato curamne Libra.
 Sunt orbes etiam biformes, haec parte domorum,
 Omnia qui ostendunt totius limina coeli
 Inferius picti, facies qua lata patefecit
 Astrolabi, his reliqui iuncti sunt ordine gyri,
 Quorquot inaequales monstrant mortalibus horas.
 Hos super, incubent Reti sua fila retorquet
 Signifer ingenti stellarum cinctus amictu,
 Sideraque ostentat tacito labentia motu
 Leniter, & varijs animantia picta figuris.
 Laniger hic Aries, aduersaque Libra resurgent:
 Hic Taurus, Tauroque aduersus Scorpium ictu,
 Hic gemini, appositaque minax Iaculatorius arcu:
 Hic Cancer micat, & vultu Capricornus atrocis:
 Hic Leo, & obliqua fuluinalis Aquarius urna:
 Hic Virgo, & Pisces aduersi virginis astro,
 Omnia reflexi plano signa addita gyri,
 Aethereas per quas Phœbus moderatur habendas.
 Isque ferè totidem Circus conuertitur horis,
 Et duodenæ suo circumfert signa meatus;
 Extima diuidit quo denotat orbita limbi:
 Sed neque carminibus centrum sublime tacebo,
 Indicibus septem constructum atrocque Dracone.
 Quos inter primus labentis tempora Solis
 Indicat, & lucem spacijs determinat æquis,
 Et quibus in vita communibus utimur horis
 Noctes atque dies, digito circum indice monstrat.
 Tum quod signiferi teneat Sol aureus astrum
 Quoque die, quauisque hora: quamque altis ab vndis
 Oceani exierit: quo insistat vertice cœli:
 Quamq; domum intrarit. (sunt limina plura domorum)
 At reliqui reliquos demonstrant orbe Planetas
 Signifero circum errantes, mediumq; loquuntur
 Cuiusvis motum, quo signo quisque moretur

Zodiaci,

Zodiaci, quæ quisque domus cœlestia seruet
 Limina, quo celsi consistat vertice cœli:
 Quantum hinc Hesperio, quantum illinc absit Eoa
 Falcifer, aut surgens felici Jupiter ortu,
 Gradiuſue fero minitans immania vultu,
 Aut Veneris fidus, Maiāue Atlantide natus,
 Aut quæ noctiuagis Luna implet cornibus orbem.
 His Draco terribilis, squamisque ingentibus horrens
 Additur indicibus, sinuatque volumina tergo
 Immenſa, & moto cum signis circuit axe.
 Ille vias Lunæ monstrat, Solisque labores,
 Condit ubi ardentes atra caligine currus,
 Inuoluítque orbem tenebris. Ille ora Dianæ
 Luce orbanda notat, quoties fraterna sorori
 In capite & caudis opponit lumina Phœbus:
 Quid tibi opus post hac numeratis arte tabellis,
 Ut ventura notes obscuri lumina Solis,
 Stelliarumque faces longè latèque requiras,
 Et quantum à media distent erraticæ meta
 Sidera Signiféri, & coeant quo rursus in axe,
 Atque iterum oppositis opponant ignibus ignes?
 Hic proprius cernis, quos dant yaga sidera, vultus
 Cernis congressus varios, & mutua nexu
 Corpora iuncta suo, & socio concordia motu,
 Cernis & oppositos, quos præbent desuper, ignea.
 Hic media sub nocte vides argentea Solis
 Lumina fulgere, & media sub luce Dianam
 Splendere, & cœlum noctuque diéque coruscum,
 Stellarumque faces seu clara lampade Phœbus.
 Illustrat cœlum, seu nubilus ingruat æther,
 Cum neq; sunt astrorum ignes, nec lucidus aura
 Siderea polus, obscuro sed nubila cœlo,
 Et Lunam in nimbo nox intempesta recondit.
 O mirandum opus, & quisquam satis omnia versu
 Explicit, aut possit verbis æquare laborem?

Eheu, cur numeris volui committere tantum
 Pondus, & insuetos cœcus perrepere saltus,
 Perque vias nostris mortalibus ire negatas?
 Nam quis sat dignis possit comprehendere verbis
 Omnia, quæ miris hæc præstat machina normis?
 O vates Lucane, & tu sublimis Arate,
 Tuque potens numeris & mente sagace Manili,
 Hoc debebatis iam primum viuere seculo,
 Ut vestri ornarent opus hoc mirabile versus,
 Quando hodie pauci celestia sidera vates
 Rimati ætherios celebrarunt carmine motus.
 Sed quia nunc vobis, fato poscente, carendum,
 Esto satis, nostræ quod tentauere Camœnæ.

LVNÆ ILLVMINATIOnES.

Ecce autem interea stellati limen Olympi
 Panditur, & faciem Lunæ mortalibus offert.
 Qualis enim vero profulget menstrua cœlo
 Dictynna, alternaque vices, & lumina quondam
 Exerit, aut faciem obscuræ caligine mergit,
 Nunc nouâ, nunc pleno complens sua cornua vultu,
 Nunc medium sinuans diuiso lumine gyrum:
 Talis in hoc etiam varia micat æthere formæ
 Cynthia, nec faciem retinet sibi semper eandem:
 Interdumque micat, lumenque obscura vicissim
 Deprimit, obtusis interdum cornibus errat.
 Sæpe reuertentes sinuata recolligit ignes,
 Sæpe coit pleno completis cornibus orbe,
 Et solida humentes prospectat imagine terras.
 Regula quin etiam, parili circumflua motu,
 Ætatem illius telo demonstrat acuto,
 Lumine seu crescat, medium seu contrahat orbein.
 Vtque rota inferior totum tibi denotat annum,
 Astrolabiumque dies quoquis designat & horas:
 Sic ista exactum commonstrat regula mensem.

Quis

MORO DIO GLO ARGENT.

55

Quis furor, Æxo deductam carmine Lunam
 Credere, Medeæ olim pollutibus herbis
 Detractum summo cœli de vertice Solem?
 Carmina nil cœlo possunt inferre, perenni.
 Quid lege innocuum manibus non subiacet istis,
 Nec patitur gelidi violenta aconita veneni.
 Sola ars, quæ cœli motus ruminatur, & ortus
 Occasusque notat, longoque examinat anno,
 Est Medea sagax, est Solis filia Circe.
 Sed mihi vos causam interea memorate Camœnz,
 Cur, modò cum totum compleuit lumine gyrum,
 Decrescat rursum, & sinuet noua cornua Luna,
 Donec in obscuras mergatur tota tenebras.
 An, quia pars sui media globus ipse nitorem
 Fert proprium, & varias splendor soleat edere formas,
 At parte ex reliqua nitidi stat luminis expers,
 Dimidiūmque globi obscura caligine mersum est?
 Ut cum forte pilam candenti lunine pictor
 Ornauit parte ex media, mediisque reliquit
 Obscuram, & nulla fulgentem luce coloris.
 Cumque globum profert lucentem ex æthere Luna
 Orbe voluta suo, paulatim cornua sumit,
 Et lucem ostendit, donec pars fulgida totam
 Extulerit faciem, & plenum compleuerit orbem.
 Inde minutatim lumen Lunare recedit,
 Hincque aliquid de lucifera parte abditur, illinc
 Obscuræ quiddam partis succedit in orbem,
 Velato donec fiat noua lumine Luna?
 Nam sic Astrologi veteri Babylone docebant,
 Culta ut sublimis testantur scripta Lucreti:
 An verò, quia fraternis obnoxia Phœbæ
 Stat radijs, Solisque micat perculta nitore,
 Luce carens omni, nisi quam de sole receptani
 Spargit, & in fuscas per noctem proiecit umbras:
 Utque rei in speculo repræsentatur imago,

Inque acies nostras ab eodem missa recurrat,
 Sic Solis nocturna capit Diana figuram,
 Lucemq; & radios, quibus illustrata resurit.
 Mortales oculos, & noctis frumenta cumbrae,
 Longius hinc quanto solis fecedit ab orbis:
 Tanto eadem semper maiori lumine crescit,
 Donec eum aduersa mundi prospectat ab ora,
 Exoriensque visit labentis lumina Solis,
 Et plenis effert completam cornibus orbem:
 Inde reuersa, suique petens primordia signis
 Qua noua deserto natalia cornua Phœbo
 Sumserat, ex alio signorum tramine cursus.
 Dirigit, & quanto propius iam Solis ad ignes,
 Accedit, tanto magis ac magis aurea condit
 Lumen, fitq; minor, donec iam proxima Soli
 Iungitur, ostenditque nouum mortalibus orbem.
 Sed quo progredior? vos haec memorate potestis.
 Aptius Astrologi, qui, qua natura negavit
 Visibus humanis, oculis ea mentis aditis,
 Nunc aliò me vela vocant: fatorum quoque magno,
 Et longum mihi restat iter, circumque tuenti.
 Multa noua occurunt versu memoranda recenti.
 Nam quocunque oculos, fabrica visq; ad culmina vertas,
 Obvia semper ibi, que demureris, habebis.

IMAGINES QVATVOR HORÆ PAR-

tiuum, seu Quartarum.

Iamq; adeò numeris veniunt celebranda, lebetes
 Quæ circum assiduo volitanti simulacra meatu,
 Et sese pariter fugient pariterque sequuntur,
 Quadrupliciisque horæ pulsant discrimine partes,
 Quattuor omnino. (tot enim distinguitur hora
 Partibus, ut solers veterum doctrina probauit.)
 Hęc nostrę petagunt sculptis imitamina membris
 Quadrifidae etatis, nostros mentita coloros.

Jamque

Iamq; vbi prima horæ delapsa est quarta, sonumq;
 Poscit, ibi paruus, puerique simillimus æuo;
 Infans progeries, flauentique ærea malo
 Tintinnabla ferit, sonitumque dat acriter vnum.
 Egregius forma puer, & florentibus annis,
 Succinctus Tyriam chlamydem, cultaque superbus,
 Quo paruos regum possit præcedere natos.
 Laudaret faciem, & vor quoque, nam decor oris
 Integer, & nigri formosæ frontis ocelli,
 Et malæ impubes, & eburnea colla, matisque
 Laetolæ, & Phryno crines & Apolline dignæ.
 Quid multis? pueri numeris decor omnibus aptus,
 Ut similem huic quondam vix aurea viderit ætas.
 Mox, vbi quarta horæ tacito venit altera lapsu,
 Consequitur telo iuuenis, duroque secundam
 Partem horæ pulsu quatit & conduplicat istum:
 Illi imberbis adhuc facies, & concolor æuo
 Vultus, & apta cornis verno de flore corona.
 Tum prætexta pedes vento dimissa sub imos.
 Membris robor inest, & adhuc florentior ætas
 Apparet, viridesque genæ rubefactaque pictæ
 Ora croco, & solidis constantes viribus artus.
 Excipit hunc leni paulò maturior æuo
 Vir fortis, mediisque inter iuuenemque senemque
 Temperie, & sumptis miles generosus in armis.
 Namque' habilis lateri gladius, loricaque tergo,
 Et capiti galea est, & rubræ cornua crista.
 Dextra manus clauam regit: hanc, vbi tertia fixit
 Quarta horæ, validè vibrat, & triplici infonat istu.
 Tandem, vbi summa horæ venient momenta peractæ,
 Cana fronte senex, & fessus anilibus annis
 Incedit, tardoque mouet membra horrida passa,
 Adiutis curvo baculi fulcimine nervis:
 Canicies veneranda illi, promissaque barba,
 Ipsa etiam cana, & discrimine secta bicorni.

Prominet in rigidum pectus, tum plurima vultum
 Ruga arat, inque caua stant humida lumina fronte.
 Pero pedem tegit, antiquo pro more galerus
 Tegmen inest capiti talos descendit ad imos
 Læna duplex, hirtum remouetque à frigore corpus.
 Tunc vbi quarta sonum poscit suprema, senilem
 Attollit baculum, sua tela, & tinea la plagis
 Æra domans tremulis, ægre dat quattuor ictus.
 Egregius sanè ludus, mirandaque dextræ
 Humanæ fabrica, & magni res plena decoris,
 Nec prisci immerito septem miracula naundi
 Inter habenda, illis si non præponere possis.
 Fertur Erechthides statuas posuisse, videntum
 Viventumque pares, & lignea Dædalus oræ
 Sponte impulsa sua, ac viuos spirantia vultus,
 Vocalémque sonum in multis finxisse figuris.
 Fertur in errorem variarum ambage viarum
 Duxisse ambiguo Minoia limina flexu,
 Inque illis geminam tauri iuuenisque figuram
 Clausisse, Actæo bis pastum sanguine monstrum.
 Fertur & hæc eadem Minois regna perosus
 Insuetum per iter septem petiisse Triones,
 Præpetibus pennis ausus se credere coelo.
 Omnia penè fide finxit maiora vetustas,
 Artifices mirata suos : & Græcia mendax
 Indigenum euexit nimio rumore labores.
 At nihil huic quondam veteres vidistis Athenæ
 Par operi, nec clara tuo Rhodos aurea Sole,
 Nec Phrygij Pelopis tellus, nec Pisa, nec Elis,
 Nec tu, Roma potens, multisque superba theatris,
 Et Martis Campo & Tarpeij culmine templi,
 Nec tu Pyramidum cultrix Ægyptia tellus,
 Nec Mausolæo tumidissima Caria busto,
 Nec Triuiæ mirata Ephesus niemorabile templum.
 Nam cœci hæc fuerant spectacula ludicra mundi

Pleraq;

Pleraque nec magnum miseris mortalibus usum
 Praetervana dabant cupidæ oblectamina menti.
 At signa haec tereti circum labentiā motu,
 Et totam breuibus complentia passibus horam,
 Egregia humanae monumenta ætatis, operta
 Nos ratione docent uti mortalibus annis,
 Quando breuis misera nobis data portio vita,
 Obrepitque homini non intellecta senectus,
 Et momento ætas angustæ labitur horæ
 Ergo infans primum qui malo personat ictum,
 Ætatem primam nascentesque indicat annos.
 Ille docet teneræ lusus & lubrica vita
 Tempora, quamque cito decurrant omnia lapsu.
 Ille docet fragili nihil esse fugacius ævo,
 Ille docet vitamque suam formamque decorum
 Expositum morti, tacitoque senescere passu.
 O pueri, huc oculos crebro conuertite vestros,
 Disciteque, ô miseri, quam praeceps alea vita,
 Quam dubia haec ætas, quam paucis transeat horis.
 Nam frustra, gelidus quando tardante senecta
Sanguis habet, frigentq; effata in corpore vires,
 Frustra præteritos iam deplorabis annos.
 Tum labor & curæ veniunt, tristisque senectus,
 Et genus omne mali circumfilit agmine facto,
 Ipsaque morbi instar miseris mortalibus ætas,
 Et mors dura atris hominem circumuolat alis,
 Momentoque omni ceruicibus imminet ægris.

IMAGINES. CHRISTI ET mortis.

Atque ecce ut tacito serpit pede, quolibet horæ
 Momento, informis lethi insidiantis imago?
 Nam quoties passum absolvit, natæque propinquat
 Infantis tenera effigies, ut personet ære
 Primam horæ partem, toties fert obvia gressum

Desuper oppositum species asperima mortis.
 Utque aucep' tacito ceruis pede retia tendens
 Vertice in Hercynio, tenebris obiectus & vmbbris,
 Circuit hinc illuc positarum linea plagarum,
 Dum tandem adducto consistens eminus arcu,
 Collimet, pariterq' oculos & spicula tendat:
 Tum neruum intendit, celumque volatile torquet,
 Alitis vt celeri contingat arundine pennas:
 Haud secus insidias, & tati pallida primæ
 Mors struit: intentatque necem, funusque minatur,
 Atque omnes aditus, abitusque omnemque pererrat
 Vndique circuitum, & certum quatit improba telum,
 Terribilis visu species, tota arida, tota
 Ossea, neovenis, nec duris turgida neruis:
 Nulla cutis: caro nulla: nec villus fronte capillus.
 Nulli oculi, sed fronte caua caua tempora liuent,
 Tota incana situ: scabri rubigine dentes,
 Perpetuò nudi, tum liuor in ore retefacto.
 Plurimus: & macies manibus digitisque suprema
 Et ventris pro ventre locus: pendetque tremendum
 Pectus, & à spinæ tantummodo cratē tenetur
 Articuli vix ossa hærent, genuumque labascit
 Orbis, & infirmo subsistunt poplitea tali.
 Adde quod ornatus nihil hic: non villus obesis.
 Annulus est digitis, nullum diadema, nec villus.
 Circuit ex auro collum lacrymabile torques:
 Solum artus rigidos niuei velamen amictus
 Contegit, & vili circundat tegmine cratem.
 O diram faciem, ô terti crudelia rictus
 Ora. Quis hac misera de formis imagine mortis
 Non animo ingentem capiat luctumque metumque?
 Quis mortem aspiciens fastu turgescat inani?
 Quis crista tollat? quis spectet ludicra mundi,
 Oblitusque sui, lethalisque immemor horæ?
 Nam quid te facie pulchra iuuat esse venustum?

Hæc

HOROLOGIO ARGENT.

Hæc tua post mortem factus, tua forma futura est.
Quid terræ cumulasse iuuat formularia, & curi
Vim tantam? quando nullas Achterontis ad amicent?
Hinc portabis opes, attritum præter amictum.
O homines cœci, fragiles qui degitis annos,
Coniuncte huc oculos, & imagine discite ab illa,
Quid simus, aut quidnam victori gignimur: ordo
Quis datus, & curti quam mollis terminus æui,
Omnibus à tergo pallens mors imminet horis,
Et quovis proprior momento accedit, & æcum
Mortale abruinpat, Stygiisque abstrudat ad vndas.
Gratia sit CHRISTO, rapidæ qui liuida mortis
Ora premit freno, & nostris ceruicibus arcet,
Túque adeò, Mors, siste gradum. Quid, perfida, tanto
Huc properas Iipsum, tenero hisidiata puello?
Siste gradum, digitosque inhibe, nondam imminet hora.
Nonne vides, mors atria, tuam prorepere mortem,
Natum Patre DEO, pura de virginе CHRISTVM?
Atque eccliam, pueri quanto munimine partes
Defendat placidi effigies mitissima CHRISTI.
Namque ubi prima horæ puero momenta sonant?
Mors lethum intentat, iamque esse extrema minatur:
Tum subito CHRISTVS cælo procurrit aperto,
Os humerosque DEO similis, retroque repellit
Insidias seu mortis, puerisque tuerit.
Qualis enim quantusque olim vetricibus armis
Morte triumphata Stygijs reditius ab oris
Ad superos rediit deiectis CHRISTVS Auctri
Ditibus: & croceo vitor velatus amictu,
Arboreaque cruce & spolijs insignis opimis
Insignem prædam cœlestibus intulit oris:
Talis in hoc etiam CHRISTI vitoris imago
Æthere prorumpit simulacrumque mortis iniquæ
Reprimit, & fines intra metasque cohercit.
O fidum humanæ costodem dulcèque vita
Præsidium nostros quod parma protegit annos,

Proturbatque hostem, nosque atri faucibus Orci
 Eripit: & populis donat mortalibus æuum,
 Æuum cœlestis vitæ. (nam debita fato
 Corpora vitali per mortem subtrahit auræ,
 Sidereasque animos secum perducit ad arcæ.)
 Solus enim CHRISTVS superata morte beatam
 Restituit vitam: solus de morte triumphum
 Æterna retulit: solus penetralia Diuū
 Rupit, & obstructi reseruit limina cœli:
 Idem hodie necis insidias & spicula abarcet,
 Mortiferumq; subit mucronem, ipsumq; morando
 Sustinet, & clypei obiectu fera tela repellit.
 Illa sed ut tristem retro tulit acta repulsam,
 Et pueri amisi pрадatu, palmásque tetendit
 CHRISTO humiles, tergumq; DEO lacrymabile vertit,
 Non longum cunctata, aliud secum ipse volutat:
 Et iuueni horificum molitur petida lethum.
 Tum secum: Méne incepto defisteret victam,
 Nec posse vlliis mortalem abrumpere vitam?
 Quippe vetor fatis. quod si non ora pueri
 Perdere morte lieet: liceat iuuenique virumque
 Opprimere, & seros præcidere saltibus annos.
 Hæc ait ors fremens, & tristibus effera flantmis:
 Obseruatque virum, & iuuenis vestigia lustrat.
 Vix etenim CHRISTVS repedat, gressumq; reducit,
 Cum coecis iterum sensim protumpit ab antris
 Lurida mors: iuuenique horæ monienta sonanti
 Altera, crudele intentat cum firmere lethum.
 Sed fugat hanc iteram per rumpens æthera CHRISTVS,
 Et validis iuuenis tutatur viribus annos:
 Quin etiam ætati minitantem sœua virili
 Funera in obscurum reiçit. DEVS optimus antrum:
 Nec positos vñquam patitur transcurrere fines.
 Ter sonitus horæ niueo mors osse minatur:
 Ter fugat hanc CHRISTI occurrens victoris imago,

Donet

Donec ad annosum delapsa est hora Chremetem,
 Tinnula vti plagiis ille insonet æra quaternis.
 Tunc etenim Morti C H R I S T V S permittit, vt horam
 Pulset, & in curuuni feriat tristi osse lebetem :
 Quando senex omnes viæ iam transiit annos,
 Debeturque suo, naturæ lege, sepulchro.
 Nam præfixa homini Mortique est meta tremenda,
 Et sua cuique dies, & inevitabile tempus,
 Quod nemo poterit celeri transcurrere lapsu.
 Non etenim dubio fluitana mortalia casu,
 Arbitrium nec cæcar regit fortuna: nec omnes.
 Res hominum tenet pendent sub regmine fili.
 Fatæ regunt homines: fato mors aduenit æquo:
 Nec citius morimur, morimur nec tardius vñquam,
 Quam Superis visum: nostras D E V S, ipse gubernat
 Et vitæ mortisque vices, quando omnia certo
 Consilio firmata D E I: qui tempora pulchro
 Ordine dispensat: qui iustis finibus annos
 Includit vitæ, & spacium determinat æui:
 In nunc fama vetus, Troum mirare laborem;
 Instar montis equum, diuina à Pallade fastum,
 Armatoque uteri completum milite costas.
 Marmoreamque Ephesi verbis extolle Dianam,
 Phidiacumque Iouem, cliuosi numen Olympi.
 In nunc, immænes veterum mirare Colosso,
 Qualis erat, Lysippe, tuus quem sede locasti
 Herculei quondam (si vera est fama) Tarenti:
 Aut qualis Rhodij Solis, quem Lindius ille
 Condidit arte Chares, toto celebratus in orbe:
 Aut qualem Aruerni Teutata habuere Colossum,
 Schaffthusijque olim, ripis gens accula Rheni.
 Me C H R I S T I effigies, & mortis imago repulsa,
 Præliaque oblectant: & præsentia vitam
 Humanam simulacra viri, iuuenisque, senisque,
 Infantisque iuuant, & delectamine grato

Perfundunt animum. Quis enim prædarius ullum
Vllibi vedit opus, quascunque accesserit oras?
Siue Italos lustrarit agros, seu Celtica rura,
Extremoque hominum Morinos, seu littore rubro
Ægypti terras peragrari, & ultimam Baetra.

CYMBALVM.

Sed quid ego hinc simile humanæ procul audio vocis?
Fallor? an excelsi subter fastigia coni
Insignis galeæ: quæ alti diadematis instar
Imminet, & varijs opus omne decoribus ornat.
Cymbala tinnitum & vocum simulacra dedere?
Nam quæ summum excreuit opus, sublimèque rectum
Attigit: hinc superimposita est de marmore moles,
Tegmen magno operi, gemmatæ instarque coronæ:
Rupibus excisa, & varijs cœlata columnis,
Quæ flexo in conum flammantem tramite surgunt:
Arte laboratæ superadstant plurima circum
Signa peristylijs, viuos spirantia vultus,
Ipsa intus recti facies laqueata, tholóque
Condita marmoreo, sculptoque toreumate iuncta.
Illi sunt apto posita ordine tinaula circum
Æra paumento: quæ ferricus actus in orbem
Circulus impellit, quoties venit hora diei
Tertia, sole suos properant et recordere vultus,
Hæc aut Psalmographi regalia carmina pulsâ
Voce-canunt: aut, cum veniunt natalia C H R I S T I
Tempora, de nato peragunt præconia C H R I S T O:
Aut cantu celebrant redeuntem ad lumina vitæ
Ætheriaz, & crudisurgentem è faucibus Orci.
Aut etiam, sacri veniunt ubi tempora flatus
Spiritui exoluunt communia vota sacrato.
Quis quæso ista videns, non admiretur, & oram
Teutonis Ausoniaz, & Graijis non præferat ipsis?
Ecquid enim sepe turrem turres, quas Cyzicon olim

Iactauit,

Iactauit maius potuere lebetibus istis?
 Acceptas illæ retulerunt ordine voces,
 Ordine septeno constructæ, auditaque mirum
 Verba reportarunt, veluti resonabilis Echo:
 Hæ certarum edunt centum discrimina vocum,
 Et superis apto modulamine carmina dicunt.
 Sed neque vocali tellus Dodonæa quercu,
 Chaoniæ nec aues, Dodonæique lebetes
 Huic operi præferri villa ratione merentur.
 Nec simile huic veterum quisquam fabricauit, & usus
 Duxit ad humanos: non Mulciber ipse camino
 Ætnæ, non prisca suo tale ære Corinthus,
 Nec Sicyon, fabra quanquam memorabilis arte,
 Fecit opus: nil tale Myro, nihil Elide tale
 Phidiæ rasere manus: nihil arma Cononis,
 Nil Polycletæ maius fixere dolabræ,
 Nil tu Praxiteles: & quis satis omnia versu
 Commemoret? labor est muri recitare figuræ
 Et picturata fulgentia marmoræ vena,
 Atque ebur, & dignas cœlesti sede columnas,
 Tota quibus structura, supràq; intrâq; renidet.

GALLVS IN AEDICVL A POND SRVM.

Nunc etiam te, Galle canam, mirabilis ales,
 Vocali rostro insignis, leuiumque volucris
 Remigio alarum, sed non, quo carmine ferri
 Dignus es, hoc alij poterunt præstare poëtz
 Aptius, è Clario quos ornat vertice laurus
 Et qui de magnis quondam maiora loquuntur.
 Nobis non tantæ sunt ad noua carmina vires:
 Quorum nullæ hederæ viridiania tempora cingant
 Sed tamen experiar, quid & hic mea carmina possint.
 Est domus à lœua fabricæ regione, Borzeum
 Versus in æde latus, miro cœlata labore,
 In formam turris consurgens vertice: at ima

Parte adstructa operi magno: qua perius vſus
 Fundorum inter se tegitur, cœcīq; meatus,
 Intus cannabeis librata rudentibus altè
 Pondera dependent: quibus insita machina dextræ
 A tergo fabrīcæ dentatos commouet orbes,
 Circumfertq; rotas, horāsq; & tempora motu
 Describit tacito, magnisq; impulsu ſinistræ
 Molibus ædiculæ circum signa omnia voluit.
 Exterior facies, multis speciosa figuris,
 Et varijs hominum formis, varijsque Deorum
 Conſpicua. hic viuo renitet Copernicus ore,
 Cui decus eximium formæ pars fecit imago:
 Os rubeum, pulchrīq; oculi, pulcrīq; capelli,
 Cultāq; Appelleas imitantia membra figuras.
 Illum ſcrutanti ſimilem, ſimilēnq; docenti
 Aspiceres: qualis fuerat, cùm ſidera iuſſit
 Et cœlum conſtare loco: terrēmq; rotari
 Finxit, & in medio mundi Titana locauit.
 Hunc ſuper effigies nitet admiranda coloſſi,
 Aurea cui ceruix, argentea pectora, venter
 Æreus, è duro cum plantis tibia ferro,
 Fictilis vna pedum pars ferro mixta, lutōq;
 Compoſita è tenui, fulcrūm imbecille coloſſi.
 Qualem per ſomnum Nebuçadneſarus olim
 Viderat, imperia ſceptra interitura notantem
 Quadrifidi. nāmq; Assirij determinat Aurum
 Imperij fines: ſed pars Argentea Persas
 Et Medos signat: Macedūm pars Ænea Reges,
 Cecropiāfq; vrbes, habitatāq; moenia Graijs:
 Ferrea Romanas Aquilas, ſæuāfq; ſecures,
 Pompeijq; acies, & magni Cæſaris arma,
 Penè quibus totum ſua ſub iuga ſubdidit orbem.
 Sed dupli ci diuifa pedum diſcrimine planta
 Teutonijs ferro deſignat militis arma:
 Ille quibus ſceptro Imperij, Latiſq; potitus

Fascibus,

Fascibus, Ausonias quodam tractauit habenas,
 At nunc mixta luto paulatim nobile nomen
 Et veteris vires, antiqua & robora luxu
 Amittit, residēsq; terit lenta ocia vitæ.
 Vt cum forte acies longa rubigine ferri
 Deperit, & vires robūrq; amittit acutum.
 Parte alia turris fatalia pensa trahentes
 Considunt Parcæ, quarum Dea ferrea, Clotho
 Vngue colum tenet: at Lachesis sub pollice fusum
 Torquet, & humanam sortitur stamina vitam:
 Atropos, instantis fæuissima mortis imago,
 Fila fecat cultro, mortalēsq; abripit annos.
 Tres etiam celsi subter fastigia tecti
 Artes depictæ: quarum virtutibus ingens
 Hoc excreuit opus: virgo Geometrica terræ
 Metitur molem: Cœlum rimatur & astra
 Astronomia sagax: Numerorum tertia leges
 Explicat, & cœli docet omnem inquirere motum.
 Ipsum sed culmen mirandi corporis ales
 Obtinet, Aurore volueris prænuncia, Gallus,
 Sublimi collo: nitidi quo fidera cœli
 Spectat, & inter aues ceruicem sola superbam
 Erigit. Erecto stat rubra in vertice crista,
 Atque vncum rostrum, curuiq; sub vnguibus hamī
 Caudāq; falcata & fæuo metuenda leoni
 Iamq; vbi finierint mirandum cymbala cantum,
 Tum Gallus, similis gallo, ceu vera volucris,
 Insonat: & plausis euerberat aëra pennis.
 Bis plaudit pennis, & consonus exit in aura
 Bis plangor, totūmq; implet clamoribus ædem.
 Non illum terret curui pictura Draconis
 Proxima: ceu quondam volucres filuisse feruntur,
 Et Lepido lepidum non abrupisse soporem:
 Postquam membrana pictum videre Draconem.
 Sed cùm tempus adeſt, tantis hic vocibus ædem

Personat, vt viuos exequet gutture gallos:
 Nec seruaturis vigili Capitolia voce
 Anseribus cedat, nec amanti flumina cygno.
 O menorandum opus ingenij, quos mente tremores
 Hinc fero? quam lassos per tot miracula visus?
 Cede Tarentina Archyta memorate columba,
 Qui volucres ligno potuisti inducere plumas:
 Sed non & streperam potuisti affingere vocem.
 Gallus hic expansis auram diuerberat alis:
 Et simul immensis tectum plangoribus opplet.
 Quem si Roma potens olim, aut imbelli Tarentum,
 Aut Pharos, aut Ephesus, celsoue cacumine Pisa,
 Aut Phœbi natale solum, circumuaga Delus
 Vidisset: nullum septem miracula mundi
 Exiguūmue decus sub tempora nostra tulissent,
 Scriptaque vocalem celebrarent omnia Gallum.

PICTVRÆ OMNIS GENERIS.

Quid verò memorem cælata toremata circùm,
 Picturásque omnis generis? quid culta parerga
 Artifici descripta matu? quid signa Deorum
 Atque hominum, miro circùm variata labore?
 Namque ubi Ephemeridis lento concurritur orbis
 Tramite, & ingentem describit passibus annum,
 Illic quadrifidi lucent fatalia mundi
 Quattuor imperia, humanis depicta figuris.
 Prima hominis facies, inflatis turgida malis,
 Et vultu atroci: rigidò cui vertice mitra.
 Assyrium capitū tegmen, bifidóque supernum
 Flore riget labrum, Turci pro more: sed infrà
 Imberbe est mentum: nodo dependet amictus
 Ex humero, & talos vestis laxatur ad imos.
 Ipse manu clypeum gerit, immanémq; leonem,
 Terribili impexum seta, & velocibus alis
 Insigne ostentat: Chaldaea hoc sceptra virisque

Affyrios,

Affyrios, primi Imperij fulcimina, iactat.
 Proxima braccati species nitet horrida Medi,
 Neglecto squalens senio, vultuque seuero
 Tetrica, diuiduaque albens lanugine barbae.
 Læua gerit clypeum, mediòq; vmbone frementem
 Fert vrsus: Phrygio capiti est pro more tiaras.
 Hæc tibi Persarum reges demonstrat & arma:
 Innumerorum hominum quibus illi corpora duræ
 Demisere neci, fusumque haufere cruentum.
 Sicut enim lato deformia guttura rictu
 Pandit, & horrorem immittit venantibus vrsus,
 Nec tamen absterret, nec ineuitabile telum
 Vitat: vbi certam venator dirigit hastam:
 Sic Persæ totum implerunt terroribus orbem,
 Europamque Asiaz Xerxes ponte ligarunt;
 Tanquam uno hausturi Rhodopeia littora rictu,
 Sithoniásque vrbes, habitataq; moenia Graijs.
 Sed non Argolicæ vitarunt vulnera dextræ:
 Nec Macedonum fœuas olim fugere phalanges.
 Post hos, insignem palma victrice coronam,
 Bucephalumque ostentat equum satus Hercule magno,
 Magnus Alexander, clypeoque insigne, ferocem
 Pantheram gerit, horrendum & mirabile visu
 Monstrum: quod volucres in tergo quattuor alas
 Explicat, & totidem capita alto vertice tollit.
 Os imberbe viro, teretique ex ære galerus
 Tegmen inest capiti, fuluo diademate cinctus.
 Haud equidem longos Macedonum duravit in annos
 Imperium: inq; suæ primæuo flore iuuentæ
 Concidit, vt, volucres cum ventus dissipat alas:
 Atque leues passim sparsit per inania plumas.
 Parte alia Latio Cæsar Romanus honore,
 Os sublime effert, cui belli insigne superbum;
 Tempora Apollinea fulgent victoria lauro,
 In læua clypei non enarrabile textum:

Terrificæ noua formæ feræ, cui corpore vires
 Immensæ, & duro serrati in gutture dentes:
 Cornua fronte decem, reliquïsq; oculatius vnum,
 Ultima quod signat Romani tempora regni:
 Exultatq; volente D E O: potiorâq; Graijs
 Supplicibus latè populis dat iura: suâsq;
 Vítrices toto orbe videt florescere lauros:
 Hæc supra Pater Omnipotens infirmia regiâ,
 Materiamq; rudem dirimit: liquidóq; coruscum
 Æthere secernit cœlum, terrâsq; iacentes:
 Et iubet immenso fulgescere sidera cœlo:
 Induratq; solum: & discludit Nerea Ponto,
 Inde hominem tenui format de puluere terræ:
 Ingeniumq; indit, diuinorumq; capacem
 Aspirat mentem, propriâq; ab imagine sumtam
 Fingit in effigiem totumq; huic subiicit orbem:
 Nec procul hinc vitia dererpit ab arbore malum
 Prima parens, audetq; D E I contemhere legem,
 Capta dolo colubri: qui torto corpore truncum
 Amplexus circum, cristam & furialia membra
 Exxit, atque hominis fœse transformat in ora,
 Tum matrem aggreditur verbis: fallitq; furentem
 Vipereum inspirans animam. Simul illa veneno
 Percita Tartareo dictis pertentat Adamum,
 Inuertitq; viri mentem, & formidine falsa
 Elusum in fraudem verbis inducit eandem:
 Pestiferumq; ambo condunt in viscera fructum.
 Hinc generi humano labor est exortus: & omnis
 Erupit dolor, atque fames, & turpis egestas:
 Latâq; deformi patefacta est ianua letho.
 Parte alia C H R I S T V S cœlo delapsus ab alto,
 Induit humanam faciem, cœlestibus oris
 Editus, & genitore D E O: gaudetq; parente,
 Cui mare, cui tellus, cui totus subiacet æther.
 Ille graues hominum miseratus in orbe labores

Verus

Verus homo nasci voluit: fusōq; crux
 Diluit omne nefas, placatāq; ætheris ira
 Restituit veteres humanæ gentis honores.
 Hoc duce, si qua manent sceleris vestigia nostri,
 Irrita perpetua soluunt formidine terras:
 Atque eccum, ut domita statuit de morte trophæum
 Ingenti plausu, spolijsq; oneratus opinis
 Ingreditur: viatorq; hostes super eminet omnes.
 Iamq; alti ascendens super ardua culmina cœli,
 Victor agit currus, hostes longo ordine capti
 Incedunt: atra mors formidabilis umbra,
 Peccatumq; ingens monstrum, & miserabilis Orcus,
 Dentibus infrendens: Stygijs regnator Auerni
 Captiuos inter, centum religatus ahenis
 Post tergum nodis, fremit horridus ore cruento.
 Non procul huic videas patefactis ostia sepulcris
 Exire: & cœli subito descendere ab oris
 Sublimes animas, iterumq; ad tarda reuerti
 Corpora: & è tenebris ad lumina surgere vitæ.
 Hæc turba terribili sonitu, quo protinus omne
 Contremuit cœlum, & terræ intonçere profundæ,
 Elicit, ut superas reuocat clangore sub auras.
 Ipse sedens crocea sublimis in Iride C H R I S T V S,
 Arbitr̄ humani generis, nimboq; fulgens,
 Concilium vocat: & vitas ac criminâ pendit
 Quæstor scelerum, trutinâq; examinat æqua.
 Hinc iustis dirimit fontes, hircosq; bidentum
 A grege secernit: dextrâq; à parte bidentes
 Collocat, & cœli melioribus exipit oris:
 Pax ubi secura, & requies æterna laborum.
 Alæua immates hircorum collocat alas,
 Castigatq; auditq; dolos, subigitq; fateri
 Crimina, & in seram commissa piacula mortem.
 Protinus hos vtrix damnatos crimine Dira
 Addicat inferno, & Stygias detrudit ad umbras:

Nox vbi perpetua, & densa caligine Ditis
 Spelunca horrescit, vastoque immanis hiatu
 Tartarus igniuomum eructat cum sulfure fumum.
 Hæc est illa dies, & ineluctabile tempus:
 Quo veniet terræ exitium: multosque per annos
 Sustentata ruet moles, & machina mundi:
 Excuditque diem Titan: & sidera cœlo
 Labuntur, totusque orbis confidet in ignes.
 Talia per totum videoas etiam matura corpus
 Depicta insignis fabricæ: circumque parerga
 Innumera, æquævi quæ prima ab origine mundi,
 Ad summum illius deducunt tempora finem:

SOLARIA EXTRA TEMPLVM.

Hactenus ætherios imitantia corpora motus,
 Annorumque vices centum, cursusque dierum,
 Instabilisque horas, circumque volantia signa,
 Cymbalaque, & Galli cantus, pictasq; figuræ
 Lusimus, & tenui deduximus omnia versu:
 Nunc templo egredimur, picta & solaria muris,
 Et turri aëria canimus, Lunæque meatus,
 Quique inibi radius bisseras indicat horas.
 CHRISTE faue, & nostris iterum bonus annus coepitis.
 Tectum ingens templi longo fastigia træctu,
 Solis ab occasu, Solis deducit ad ortum.
 Pars laterum Boream, pars altera respicit Austrum.
 Huic turritum aliud transuerso culmine tectum
 Iungitur: Eo quæ stant penetralia templi
 Limite: & à gelida tepidam prospectat ad Arcton.
 Illuc artifici solaria picta labore
 Sunt aliquot, Solis Lunæque notantia cursum.
 Area lata patet subter fastigia testi,
 In conum vergens: laterum compagine firma,
 Et spatijs triplex includitur angulus æquis.
 In summo muri, facies nitet aurea Phœbi,

Centri

Centri instar: roseo cuius multa exit ab ore
 Linea, quæ dirimit spacijs æqualibus horas.
 Hæc circum duplaci celestia signa meatu
 Hinc atque hinc fulgent, altóque à vertice gyri
 Deducti, atq; Arabes quos Almiçantara dicunt.
 Inseritur medio Phœbi stylus æneus ori,
 Insignis nodo, lucis stylus indicat horas
 Totius, obscura, quam de se projicit, vmbra;
 Quamq; altè Oceani Titan emiserit vndis,
 Quantum hinc Hesperijs, quantum illinc absit Eois.
 At nodus, quo fortè meet Sol aureus astro
 Signiferi, ostendit: sparsaq; examinat vmbra.
 Sunt duo præterea tecto solaria eodem:
 Quorum vnum Lucis consuetas indicat horas:
 Ferrea quas tenui designat regula filio.
 Alterum ab Eoīs horas regionibus æquas
 Ad medianam lucem, mediāque à luce diei
 Ad serum occasum, duodenāque limina cœli
 Exhibet: & sparsa commonstrat desuper vmbra:
 In media muri facie notat aureus horas
 Bissenas index spatio circumfluus æquo:
 Et medios Lunæ ac Solis super æthere cursus
 Signifero, parili præsentat regula motu.
 Tum globus auricomæ profert noua cornua Lunæ,
 Orbe aliâs minimo rubeum condentia vultusq;
 Pleno aliâs humiles spectantia lumine terras.
 Utque vice alterna, rutilo super æthere Luna
 Nunc radijs crescit, nunc plenum contrahit orbem,
 Sic globus hic variam tecti sub culmine Phœben
 Circumfert, & clara nouat Lunæ æmulus, ora.
 Quid, quòd in excelsa turri, quâ lata patescit
 Area, quâque alto vigilum domus ardua tecto
 Eminet: artifici septem solaria dextra
 Hinc illinc depicta nitent: Solisque tabella
 Conspicitur, tacitura notans vestigia Phœbi,

Siue ille Oceano surgat, remeétue sub vndas?
 Mira tabella viam Solis demonstrat, & apta
 Dirigere arte docet fabricæ mirabilis horas.
 Seu iubar emittat Phæbus, summōq; feratur
 Cardine, seu radios obscura nube recondat.
 Dicite, Neccarides, causam mihi, discite Musæ,
 Lubrica quis varijs primus descripsiterit vmbbris
 Tempora: & hamanos artem reuocarit ad vsus.
 Et meministis enim Diuæ, & memorare potestis:
 Primus Anaximenes, Miletii clarus ab vrbe,
 In veteri quondam Sparta solaria circùm
 Dicitur artifici templis posuisse tabella:
 Et Phœbi seruasse vias, vmbramq; cadentem.
 Fertur & Hebræus Solymis in mœnibus Achas
 Exigua cursum signasse Hyperionis vmbra:
 Bissenisq; diem horarum secuisse figuris.
 Fertur Romulea statuisse Papyrius æde
 Vmbrarum legem, inq; rudi pinxit tabella:
 Donec opus cœptum forma meliore Philippus
 Martius instituit, normamque reduxit ad aptam.
 Isque labor tantum Romana sede fauoris
 Repperit: vt Latij Censorum opus vtile curæ
 Subdiderint Patres, summōq; in honore locarint.
 Ipse quoq; Augustus scioteria mira colosso
 Affinxit: Solisq; vmbram de rupe notauit
 Immensa projectam: apici superaddidit alto
 Manlius auratum sublimi in vertice gyrum.
 Omnia sed nostri monumenta laboribus æui
 Hæc tantum cedunt: quantum vaga sidera soli,
 Et quantum reliqui Lunæ fulgoribus ignis.

A E D I L E S E T P R A E F E C T I Fabricæ.

Qua vero qua laude canam? quo carmine dicam
 Insignes pictate viros: quibus ardua curæ

Sunt

Sunt studia, & tanti non displicuere labores:
 Et quorum larga bonitate, ac diuite sumtu
 Hoc opus excreuit: quo non præstantius vllum
 Vedit in orbe ætas: vix postera secla videbunt?
 Non, mihi ahaena sonent centum si vocibus ora:
 Perque mea insinuet totus se pectora Phœbus:
 Omnia percurram tantorum clara virorum
 Nomina: nec mefitis hic omnes laudibus ornem:
 Quoscunq; huic operi sancti pia cura Senatus
 Præfecit: sumitūsq; omnes expendere iussit:
 Aut qui sponte sua cæptum iuuere laborem.
 Nam quem te memorē IOAM THEOBALDE, vetusta
 Orte domo: priscos qui æquas virtute parentes?
 Nam quamquam veteris tibi gentis origo nitescit:
 Et decus antiquis proauii natalibus addunt:
 Ex te maior honos: tibi dignum sanguine prisco
 Pectus inest, & cana fides, operosāq; virtus,
 Et pietatis amor, & mens sibi conscia recti,
 Tecum honor, & laudes, & Rhenj cura paterni,
 Molem humero imponens, & vix tractabile pondus.
 Cumprimis tibi larga manus, tibi dulce loquendi
 Fulmen: & attonitas sermo qui mulceat aures,
 Ora supergressus Pylij senis, orāq; regis
 Naricij. hinc laurus crines prætoria vinxit
 Fascibus: & patrias dedit infedisse curules:
 Quid moror? hoc æuo tibi nil, THEOBALDE relictum,
 Quo virtus animo, quo famæ gloria crescat,
 Et nunc venturi debent tibi multa nepotes
 Munera: quid patriæ virtus telluris amore
 Iuuisti eximij sumtu monumenta laboris.
 Proximus hic se offert paribus pietatis in armis,
 LICHTENSTEYGERVS patria virtute MICHAEL:
 Et mente insignis: rerūmq; exercitus vnu:
 Patricios inter clarissimus vnu, & vrbis
 Imperio præstans. manibus gerit ille secures

Consulis : & leges & candida iura tuetur :
 Eloquio pollens : & quem nitor oris honestat :
 Condecorant mores: animus formosior ornat :
 Cuius in egregio posuerunt pectore sedem
 Cana fides, & blandus amor pietatis & æqui,
 Iustitiaeq; decor, magno & cum pondere virtus.
 Nec tu carminibus nostris indictus abibis,
 Ingenio, FRIDERICE, potens: syncera honorum
 Congeries : in quo veteris vestigia recti
 Agnosco, & mores ductos meliore metallo :
 Tu pietatis amans, tu iuris cultor & æqui
 Iusticia ciues, placidaque in pace tueris,
 Et patria castas defendis in vrbe Camœnas,
 Nemo tibi procerum tentat, licet ære vetusto
 Floreat: & clarum trahat alto à sanguine nomen,
 Si iactare parem, tu castas natus ad artes
 Pierio polles studio : dulcique redundas
 Eloquio: mentemque leuas docta arte senilem :
 Et protul ambitione, locos & amoena vireta
 Musarum inuisis, doctorumque alma frequentas
 Limina, & Aonias tutaris castra Mineruæ.
 Sed neque deformes in honori sanguinis ortus :
 Nec te antiquorum series ingloria patrum,
 Obscurum proauis, & priscae lucis egentem
 Plebeia de stirpe tulit. GOTTSHEMIA viuit
 Clara domus, veteremq; videt reuirescere gentem
 Auspicijs, F R I D E R I C E, tuis, & alacribus ausis:
 Vester honos viuit: quem non ventura filebunt
 Tempora: nec densa condet sub nube vetustas.
 Namque olim grato celerabunt ore nepotes
 Magnificas patriæ impensis, operumque laborem :
 Et audes vestras maiorum annalibus addent,

ARTIFICES TOTIVS OPERIS.

Nunc etiam artifices numero grauiore canendi:

Egregij

Egregij artifices: quorum alta indagine mentis,
 Ingeniūq; acie, manibūsque atq; arte magistra,
 Tam pulchrum processit opus, mirōque labore
 Eximia hæc placidum sortita est machina finem.
 Prima D A S Y P O D I O debetur gratia docto,
 Lucida qui summi rimatus sidera cœli,
 Fulgentēsq; plagas, radiantiāq; astra recenset.
 Machina quo viuat motu: quæ semita Lunam
 Ducat, & excluso pallentem fratre relinquat:
 Quæ moueant momenta polum: cur sidera septem
 Obluctata illi, retrò nitantur in ortus:
 Ætherium qua carpit iter Mauortius ignis:
 Quà vaga flamma Iouis, quà velox orbita Phœbes,
 Pigraque Saturni, qualitum Cytherea sereno
 Curiculo, Phœbique comes Cyllelius erret.
 Cùmque animo & vigili perceperit omnia cura:
 Sollicitoque domi signarit pollice cursum
 Ætheris, & numeros secum reuocarit ad aptos:
 In medium discenda adfert, eocumque iuuent
 Perdocet, ingenij non vestigata priorum.
 Vtque oculis hominum motum, & vaga sidera cœli
 Subijceret: longique vices prescriberet anni:
 Et Lunæ, ac Solis tenebras, mensisque notaret:
 Solennisque dies in longum conderet æcum:
 Hæc opera effinxit celestem imitantia cursum,
 Mira acie ingenij, mirandæ pollice dextræ.
 Nam studia hæc vitæ teneris seftatus ab annis
 Extera terrarum subiit loca: quà vagus vdas
 Sequana voluit aquas, & Gallia rura pererrat:
 Immensisque libros conquisiit vndique sumtu,
 Vt vetetum possit studio superare labores
 Et nunc Graiorum Romanis storibus artes
 Irradiat: verni quas proferet aura Fauni.
 Quicquid enim Euclidæ manauit ab indole: quicquid
 Theodosius peperit: quicquid contexuit Hero.

Inuentum quodcunque tuo Barlame recessu:
 Autolycus quicquid, vetus Hypsiclesq; sagaxque
 Fecit Aristarchus quicquid Pediasimus acer,
 Et Phario solers collegit littore Pappus:
 Omnia nunc opera & studijs melioribus ornat.
 Namq; animo illius pridem se cuncta vetustas
 Condidit, & maior collectis viribus exit.
 Hic veterum laudes proprijs virtutibus auget:
 Inuentisq; nouis maiorum opera omnia vincit:
 Artificesq; huius praestantes prouocat æui,
 Laude noua fabricæ, diuinum imitantis Olympum."
 Quanquam omnes alij, quos hæc studia alta fatigant,
 Pars quota fint Conrade tui? quid tale vel ingens
 Purbachius, vel Stöflerus ter maximus egit?
 Aut cœli immoto fecit Copernicus orbe?
 Cunctorum si clara similitudinibus in vnum
 Efficta: his numero praecedes omnibus vnu.
 Sæpe quidem cœptum voluit fortuna morari,
 Sæpe acres morbi, iactumq; ex æthere fulmen:
 Quo percussa fuit sublimis machina templi.
 Cum iupenem sponte egregium, & praestantibus ausis
 Illustrem, magniq; animi virtute decorum,
 D' A V I D E M. tibi Vindelicis arcessis ab oris,
 Consortem magnorum operum, cœptiq; laboris:
 Ut comite hoc studij, ceu fido adiutus Achate,
 Eximiam posses ad finem ducere molem.
 Quando illi Clariæ tenero sub pectora curæ,
 Et doctrina sagax, studiūmq; Matheseos acre:
 Et pudor & probitas, & frons sedata, decórq;
 Oris, & ingenio sociata modestia culto:
 Tuq; adeò illius vidisti animūmq; benignum,
 Sollicitamq; fidej, succinctāq; pectora curis,
 Et vigiles sensus, & docta euoluere tantam
 Corda operis magni inolem, causamq; magistri
 Mentem implere sui: iussisq; ingentibus vnam
 Sufficere: & multa Spartam cum laude tueri.
 Veuite præclari multis virtutibus ambo,

Tuq; animo, CONRADE, potens, tuq; indole felix
 VVOLHENSTEIN, vos fama, vehi trans æquora latè,
 Tranq; alti maris ambages: Vos cuncta loquetur
 Tellus· vos varijs scribent in floribus horæ:
 Longaq; perpetui ducent in secula fasti.
 Proxima nunc celebri debetur gloria laudum
 Pictori, Aronomūm qui mente sagace reperta
 Peniculo expressit: viuog; colore notauit.
 Magna ars picturæ, magnisq; à regibus olim
 Nobilitata fuit: reliquisq; antiquior vna:
 Hanc septem ingenuas inter clarissimus artes
 Ponit Aristoteles, octauamq; adiçionallis:
 Quando olim ingenuis concessum pingere solis:
 Illicitumq; alijs. quid, quòd pictura poësi
 Est proprior: carmenq; tacens: oculosq; colorum
 Lamine delectat, humanaq; pectora mulcet?
 Quicquid in hac igitur diuina est mole decoris:
 Huic orbes videas, atq; ætheris æmula summi
 Corpora, siue vagos agitatis curribus ignes
 Inuetos, siue iudicibus medio axe rotatos:
 Seu Lunæ vultum, simulacraq; quattuor illic
 Ætatum, C H R I S T I effigiem: seu quicqnid vbiq;
 Ornatum fabricæ picturis addit amoenis:
 Omne id solerti T O B I A S pollice duxit
 STIMMER: Appellæis tantum præclarior ausis,
 Quantum lux tenebris, perfectaq; corpora cœptis.
 Ille Mathematicas edocitus ab arte figuræ,
 Omnia perfecit, viuimq; expressit ad vnguem,
 Ille segaci animo comprensa coloribus aptis
 Reddidit, atque oculis hominum subiecit: & ipsos
 Mulciberis duros potuit formare lacertos.
 Nam tantum eximæ STIMMER decus attigit artis:
 Ut veteres supereret, præsentes laudibus æquet:
 Nec ventura parem sint illi habitura magistrum
 Tempora, qui tanta pingendi polleat arte:
 In Veneris tabula sumiam sibi ponit Apelles,

Hacque vna viatos pictores iactitat omnes;
 Juno tuum, Polyclete deus: tuus Attica Pallas,
 Phidia, honor: celebri fama est sua vacca Myroni:
 Omnia sed meus hic opifex sibi vendicat vni,
 Pictoresque alios vnuis superminet omnes:
 Viribus ingenij, & soleitis acumine mentis,
 Artificique manu, & variorum luce colorum.
 Pinxerit ille leues volucres: tum protinus aura
 Delapsæ venient volucres, cantusque ciebunt.
 Pingat linteolum, Zeuxis remouere iubebit,
 Ostendique volet submota veste colores.
 Pingat equum: pictor nox viuus adhinniet ore
 Alter equus, fremituque autas plausuque replebit.
 Sed quid opus multis? ipsum prælustrè peritum
 Artificem commendat opus: quod in æde Treborum
 Eminet: & tanti se venditat arte magistri.
 Donec enim magni durabit machina templi,
 Semper honos, Stimmere, tuus, laudesque manebunt.
 Sed neque carminibus nunc te memorande filebo
 ISACE: nostrorum decus amplum Habrechte, fabrorum.
 Nam quis te Heluetium Vulcania doctius arma
 Expediat manibus rapidis, atque arte magistra?
 Quis melius ferrum vasta fornace recoctum
 Perficiat, mirisque hominum perducat ad usus?
 Tu potes in tenues illud diducere lamnas:
 Inque teres filum candentes flectere massas:
 Artificique rotis dentes insculpere lima:
 Tu potes horarum certas describere metas:
 Legitimosque ciere sonos, & concita motu
 Corpora formare: & duris fabricare lacertis.
 Qualia nec Siculis construxit Lemnus oris:
 Nec Polycletæus fudit vasto igne caminus:
 Nec fabræ effinxit autœ celeberrimus artis
 Dædalus, aut Sicyon, aut nobilis ære Corinthus.
 Ergo quicquid habet moles operosa rotarum

Intus:

Intus: & occultæ quicquid reuolubilis ædis
 Ponderis: vnde omnis venit in vaga corpora motus:
 Munus id omne tuum est. Nam tu monstrata sagaci
 Astronomi ingenio, dura sub forcipe solus
 Corpora formasti: tu gyris addere certos
 Doctus ab Astronomo dentis ritè omnia solus
 Ictibus innumeris operosa incude parasti:
 O summi artifices: & quis satis omnia versu,
 Explicet, aut vestros æquet cantando labores:
 Quotquot in hanc fabriçam tantas impendere curas
 Sollicitis manibus voluistis, & arta magistra?
 Ingeniosi omnes: si quid mea carmina possunt,
 Nulla dies vñquam mémori vos eximet æuo.

AD VRBEM ARGENTORATVM

Epilogus.

Tu vero, Aonidum cultrix operosa sororum:
 Et veræ pietatis amans, & pacis alumna,
ARGENTORATVM, Germanæ gloria terræ,
 Opæclara domus virtutum, ô iuris asylum,
 Iusticiæque facer portus, fidei anchora sacræ:
 Salue vrbs illustris, toto celeberrima mundo,
 Æternumqué vale magni domus inclyta **CHRISTI**
 Tu pietatis opes, verbi & cœlestis honorem
 Immenso alferuas studio: ne rure Trebocum
 Infelix lolium, & steriles dominantur auenæ:
 Utque piæ maneant in Relligione nepotes,
 Tu studia & sacras immensis sumtibus artes,
 Impensisque foues, magnóq; in honore Lycæum,
 Cæsario ornatum riuper diplomate, ponis:
 Insignésque viros, totus quos suspicit orbis,
 Ingenuæ patria præponis in vrbe iuuentæ:
 Ut studium morésque regant, & facta priorum
 Edoceant: quæ norma boni, qui limes honesti,
 Monstrent: inq; patrum vestigia ducere perstant,

Eloquijque vias, Ciceroniaque arma disertis.
 Vocibus expediant, & cultu diuite linguas
 Forment, & doctis sermonibus ora figurent.
 Tu mirabile opus, quo non præstantius vllum
 Vlla prior vdit mundi sub finibus ætas:
 Immenso ædificas sumtu, cœlique meatus,
 Astrorumque vias argento imitaris & auro:
 Ut quæ sunt humili procul à tellure remota,
 Humanisque negata oculis, & peruia solis
 Montibus: hic propius videat Germana iuuentus.
 Salue iterum atque iterum toto clarissima mundo
 Vrbs, decus Alsatæ, & Germanæ gloria terræ:
 Quasque tibi canimus Nicræo carmine laudes
 Accipe, diua, tuas: & miti respici vultu.
 Sicut tua crudeli nunquam pulsentur ab hoste
 Mœnia. nec sœuæ videant contagia pestis:
 Nec te dira fames, nec te penuria vexet:
 Sed tua sit Cererisque ferax, laticisque lyæi
 Terra, domosque tuas spirabilis ætheris aura
 Recreet: & niueis pax aurea protegat alis.



LIBRI

LIBRI SEPTEM

D E P R I M I S N V P T I I S I L L V-
S T R I S S I M I P R I N C I P I S , A C D O M I N I , D.
Ludouici, Duçis VVirtembergici & Teccij, Comitis Mom-
peligardij, &c. cum Illustrissima Principe ac Domina, D.
Dorothea Vrsula, Marchionissa Badensi &c.

Stuccardiæ, Anno 1575. Mense No-
 uembri celebratis.

H A B E S I N H I S S E P T E M L I B R I S C A N D I D E
 Lector, non modo Principum, Comitum eorumq; coniugum & filia-
 rum, Baronum, Nobiliumq; propè omnium, qui Nuptijs interfue-
 rint, itemq; consiliorum, (quorum nomina auctori innotuerunt) Es-
 logia, sed etiam totius Nuptialis pompa, & Eque-
 strium Ludorum integrum descri-
 ptionem.

N I C O D E M I F R I S C H L I N I , P. L. A D
 Publum Virgilium Maronem, Poëtarum
 Principem,

E L E G I A.

Virgilij manes, & perpetis ossa fanilla
 Et quicquid campus restat in Elysjs:
 Vos ego compello, vos primo in margine libet
 Alloquor: & testes ad mea verba voco.

Si mala F R I S C H L I N I ledent conuitia Musam
Insontem: hunc vestra rite immetis ope.

Furta meis multi dicent harere libellis:

Et, mea quod fuerit preda Maronis opus.

Duritatem versus censor culparit iniquus:

Quam peperit numeris Teutona lingua meis.

Aut nimis abieetas carpent mendacia voces:

Aut aliud dicent crimen inesse libro.

Sed quibus excusèr merito rationibus, audi,

(Si me audire potes) summe Poëta Maro.

Dissimilis nostrum fortuna utriq; tuaq;
 Ah longe inferior fors mea sorte fuit.
 Lingua Latina tuo vernacula fluxit ab ore:
 Que mihi difficii parta labore venit.
 Tu cum perfectum posses componere carmen:
 Ut legerem recte tunc mihi cura fuit.
 Quosq; tuo posses imitari rite libello;
 Innumeri vates penè fuere tibi.
 Nam tua materies toti notissima mundo:
 Inq; Poëtarum fabula trita choro.
 Multa sed & licuit cum fictis nomina rebus
 Fingere: erant animi libera frena tui.
 At mea materies est rebus plena nouatis:
 Nec prius hoc quisquam tramite fecit iter.
 Nec fuit illa mihi concessa licentia rati:
 Verba sed historicam iussa tenere fidem.
 An levia haec credas? age perbreue respice tempus:
 Quo labor hoc longum noſter aravit opus.
 Bis seni ex illo lapsi sunt tempore menses:
 Cum thalami hoc fieret connubiale sacrum.
 Tres mea Germano Latioq; ornata coturno
 Abstulit, à Syrio tracta Rebeca solo.
 Est unus misero ploranti fata colono,
 Et varijs linguis plebeculeq; datus.
 Nam varios pinxit Comædia libera mores:
 Plebeio quales cernimus esse gregi.
 Comitijs unus datus est: cum Cesare rapto
 Ipse Ratispona (res ea nota) fui.
 Maxima pars reliqui, teneræ concessa iuventa,
 Temporis: est operis que polienda meū.
 Binis quoq; die consumo nauiter horas,
 Dum doceo tenerum Romula verba gregem.
 Nunc Cicero est manibus nostris sumendus, & illo
 Deposito, magni Caesaris illud opus.

Cesare

Cesare vix posito tua nos Aeneia torquent
 Arma, inuentuti ritè canenda mee.
 Dixerit hoc aliquis modico facile esse Poëta:
 At iactura tamen temporis ista fuit.
 Quin etiam sacri quando venere diei
 Tempora: cùm noster ocia catus habet.
 Tres ego continuas tribui sermonibus horas:
 Socraticamq; iui per nemus omne viam,
 Assiduo sic me iactatum cura labore
 Abstulit, à Masis ad grauiorā meū.
 Quicquid in his igitur poteris reprendere libris,
 Id culpam exigui temporis esse puta.
 Sed da pro septem septenos mensibus annos:
 Sic numero libris conueniente meis.
 Da mibi, quanta tibi fecit DEVS ocia Cesar:
 Ingenij vires experiere mei.
 Forstian incidi cùm prauos reddere versus
 Inq; annos dabitur scripta referre nauem:
 Matrum censebis opus: meliusq; placebunt
 Iudicio ex lima carmina nostra tue.
 Interea volitet totum tua fama per orbem:
 Et VVirtembergis te mea semper amet,
 Te colat, obseruet, semper tibi dedita subfit,
 Et perdat natos te poliente suos.



DE PRIMIS NVPTIIIS ILLVSTRIS-
SIMI PRINCIPIS, LVDOVICI DVCIS
VVirtembergici, &c. cum illustrissima Princi-
pe, Dorothea Vrsula, Marchionissa
Badensi celebratis,

LIBER PRIMVS.

*Edie. Anno Christi.
1577.*

SOlennes thalamos, & casti fœdera lecti,
Conuentusque Ducum celebres, epulæque
Deorum,
Regifico instructas luxu, peditumq; cateruas
Ordior & fictis belli simulacra sub armis,
Tecciacio celebrata Duci: cum numine dextro
Cœlicolum, tædæ pactum genialis iniret,
Näm prius haud vñquam sonuerunt omnia plausu
Maiori, quam cùm Badana C A R O L S ora
D O R O T H E A M in nostras ductaret pronubus vrbes
Et quisquam illius memorabit gaudia lucis?
Et quisquam meritæ dicit præconia laudis,
Tot ducibus magnisq; viris, populóq; frequenti:
Qui VVirtenbergas ornauit munere tædas?

Phæbe vale: non hîc vatum figmenta priorum,
Non lassata alijs orabo numina Musas:
Non volucrem Tegees numeris hortabor alumnum,
Non Dirces: alium poscunt mea carmina Diuum.
CHRISTE veni, virésq; tuas, animumq; benignum
Suffice: propositoq; faue: da carmina festo
Digna toro, & nostris audacibus annue coepio:
Da plectrum mihi Iessæum, quo prouidus olim,
Rex Salomo castum vates celebrauit amorem,
In Sulamitha tuam, oediuno percitus cæstro.

Tuq; decus mundi, ô sancti generosa parentis
Christophori soboles, fama super æthera vecti,
Ductor ades: thalamiq; faue veneranda canenti

Iura

Iura tui : & sanctas decorantem carmine tædas
 Respice. Sic magnum superes virtute parentem :
 Sicutua Dorothee crescat : sic parvulus aula
 Ludovicus ludat : patrioque arrideat ori.
 V R B S iacet ad Nicri colles in valle reducta,
 Stuccarda (æripedum quondam fuit hortus equarum)
 Marchiadæ Badensis opus : sic fama priorum :
 Diues opum locus, & dulci generosus Iaccho.
 Quem circum vuiferi surgunt, ceu mœnia, colles :
 Pampineisque virent latè loca plena racemis :
Et nunquam prælis laticeem negat vna Lyzum.
 Huius ad Eoum, quâ prospicit angulus, orbeni :
 REGIA clara micat , sublimibus ardua tectis,
 Digna DEO sedes : quæ quatuor arcta domorum
 Mœnibus, & solidis laterum compagibus hæret.
 Hinc atq; hinc fossæ cingunt stagnantibus vndis :
Quà zephyrum dominus, & gelidam quà prospicit arcton
 Cuius in extremo turris duo copulat alta
 Tectorum capita : & geminus conglutinat ædes :
 Parte rotunda sui, capreco constrataque tecto :
 Ductoris Ludouici opus. haud procul imminet ingens
 Pons fossæ : medianam quà porta intersecat ædem :
 Porta domus ingens, solidæque è rupe columnæ,
 Æratæque trabes, ferrato & cardine postes.
 Suprà ingens xysti patet area : cuius Eoo
 Pariete, Phæbæum ostendunt solaria motum.
 Tectum vtrinq; domus, multis conclauibus altè
 Eductum, atq; aulis subter fastigia densis.
 Infrà, vbi iam portam fueris ingressus apertam,
 A fronte occurrit firmis constrata lapillis
 Area, quadrato laterum munita recessu :
 A laeva Dicis archium, & tabularia fulgent;
 Portarum à dextra seruat sua limina custos :
 Contiguumque hæret penus , & tablina coquorum.
 Capsaque pannorum, Flandræque taberna Mineruæ.

*Descriptio regia
Stugardiana.*

Inde gradus gemina surgunt testudine flexi,
 Angulo vtroque domus: superas quibus itur in aulas.
 Altera turriculam, subter fastigia tecti,
 Connexam testudo tenet, à lamine dextro:
 Hic ubi, pensilibus librati molibus, orbes
 Circumagunt horas; & tempora certa sonando
 Describunt, videas illuc concurrere ceruos
 Cornibus arboreis: quoties sonus editur horæ.
 Illi iuncta loco quæ proxima regia adhæret,
 Occiduum versus solem, pietate sacratum
 Imma parte tenet templum: quod subter amænæ
 Impositæ fulgent aulæ, & cænacula multa
 Desuper in liquidas circumspicientia fossas.
 Parte sed aduersa, solis quæ vergit ad ortum
 Tertia consurgit valido domus ardua tecto,
 Firma suis muris, & contignata duabus
 Hinc atque hinc domibus, binæ illuc igne culinæ
 Assiduo lucent infrâ: quis proxima porta
 Gramineum, viride inq; herbis educit in hortum,
 Ponte super; valide quem suspendere catenæ.
 Sunt geminæ fossæ, veluti pomæria, circùm:
 Includuntq; feras, volucrūmq; ingentia clathra.
 Ipsas sed supra longa imminet aula culinas:
 Aula ducumque epulis, ducehdīsq; apta choræs:
 Aula patens luci, & miti perlabilis aura.
 Hanc super egregiò constructa palatiá luxu:
 Contiguisque hærent annexa cubilia tignis
 Cuilibet: & paries Tyrio variabilis ostro.
 Ambitus has ædes supràq; infrâque columnis
 Insistens geminus, laterum & compagibus hærens,
 Omnes connectit quartæ, sic perius vsus
 Quatuor inter se tectorum, at limine ab imo,
 Principis ipsius superam quæ dicit in aulam,
 Aulam, quæ medij spectatur clima diei:
 Testudo æripedum gressus admittit equorum:

Præstrudæ

Præstructa ingenti domui. Fons proximus vndis
 A dextra salit: à leua descenditur imis
 In cēllam gradibus: distenta vbi nectare dulci
 Dolia, multiplici variarum ambage viarum,
 Hinc illincque iacent. ! quali Minoia flexu
 Tecta fuisse ferunt: vbi inextricabilis error,
 Parietibus textum cæcis iter, ancipitēmq;
 Mille vijs habuit dolum, & irremeabile limen.
 Atria sunt suprà, longis suffulta columnis:
 Atria nobilium pascendis facta ministris:
 Olim exercendi ludos (sic fertur) equestres
 Area: ceu facti monstrat vestigia nomen.
 Hæc super antiquos pandit testudo penates
 Ludouici Ducas: æripedi testudo caballo
 Peruia: magnorūmque aperit penetralia diuūm.
 Illuc artificūmq; operæ, & sola marmore picta
 Resplendent: subsuntq; suis asarota figuris:
 Cælatæq; trabes, & clara toreumata signis.
 Hic paries lucet Getulo murice tintus:
 Lucet gemma toris, & iaspide fulua supellex.
 Non procul inde, leuem Zephyri quā tendit ad auram
 Ista domus, templique tholis sola pinea iuncti.
 Connectit, sece magni cænacula pandunt
 Ampla Ducas: positas cum nobilitate seuera
 Carpit vbi princeps epulas. stant atria suprà
 Castra gynæcæi excisis innixa columnis:
 Atq; hypocausta illuc, iunctisq; cubilia muris:
 Et picturatis fulgentia marmora venis;
 Et, que longa mora est numeris includere nostris,
 Ornamenta loci: veterum decora alta penatum.
 Ipsi etiam subsunt conclavia plurima tecto:
 Quæq; duces possint, Regésq; habitare supremi.
 At testudo ingens, & gressibus apta caballi
 In xylistum surgit: non illam vertice in alto
 Tegula densa tegit sed duris area saxis

Constrata, à trucibus ventis tutatur, & imbrī.
 Hinc si prospicias gelidos Aquilonis ad axes
 Curia regali occurret tibi proxima teclō:
 Ingenijs habitata patrum: sanctiisque senatus
 Regia: quā sedem posuit Themis alma, suumque
 Virgo Altræa tenet puteal, stant obuia longis
 Atria porticibus, firmisque instructa columnis.
 • Vestibulum ante ipsum, primoq; in limine sedis,
 Cernere semper erit, populis vndare penates:
 Assiduos intrare inopes, remeare beatos.
 Cætera prætero. quis enim tot tecta domorum,
 Tot templa, atq; vrbis portas, tot mœnia circūm
 Structa, tot excisas intra pomæria fossas:
 Tot validas possit verbis comprehendere turres?

*Deliberatio &
mandata Princi-
pis de Nupciali
apparatu.*

*Oratio Ducis Lu-
demici ad consilia-
tum.*

Iamq; vbi festiuæ properabant tempora lucis:
 Conuocat augustam proceres L V D O V I C V S in aulam
 Ingenti cœtu, solioque nitente residens,
 Omnibus intentis, placido sic pectore fatur:
 Tecciaci proceres, & sancti fulcra Senatus:
 Pars tribus exactis completur mensibus anni:
 Ex quo Marchiacæ moderator Carolus oræ,
 Dorotheam thalamo pepegit, propriamque dicauit:
 Et sibi me generum diuina prole reuinxit.
 Haud equidem sine mente reor, sine numine CHRISTI.
 Namq; ego, qui plures traducere cælibis annos
 Decrēram vitæ, & monitus explere paternos:
 Nunc subitò sponsus paro connubialia pacta,
 Augurio vestro. Non regum more piorum,
 Quæsiui vultum thalamis: vt dulcis imago
 Vinceret: & celsæ caperent me frontis honores.
 Nec venio præceps alieni in fœdera lecti:
 Sed, quæ sponsa mihi patris, vestroque dicata
 Consilio sanctis effet natalibus orta,
 Communemque D E V M mecum, & communia sacra
 Syncero coleret studio: exemplumque pudicæ

Principis,

Principis, antiquos poffet decorare penates.
 Hanc duxi, & ductam fato meliore fouebo.
 Nunc igitur, quia tempus adest, vt sacra parentur
 Coniugij: & feſta peragantur gaudia luce:
 Consulite in medium, & rebus succurrите cœptis:
 Hospitio pateant vt VVirtembergidos vrbes
 Principibus, magnisque viris, ad iura vocatis
 Connubij, longaque orbis regione profectis.
 Ac primum noſtros tota ditione clientes
 Accite: & ſiqui ſtipendia noſtra merentur:
 Et qui cuſtodes Teccæ moenia terræ
 Vndique tutantur, magnis natalibus orti.
 Conueniant primùm noſtre in penetralibus aulæ
 Officij inter ſelecturi quisque laborem.
 Tum feliquis patriæ ducantur ab vrribus oræ
 Bis centum ciues: quibus addita cura tueri
 Mænia, & armato portas obſidere cætu.
 At Stuccardeo degentes limite ciues,
 Hospitibus lectosque ornent, & equilia ponant.
 Prætereà ſacrum cuncto ad geniale parentur:
 Quæq; benigna Ceres, mitisque requirit Iacchus:
 Hūc centum vitulos, magnorum horrentia centum
 Terga ſuum, huc centum tauros, totidemque bidentes
 Inferte, ambroſias mensis genialibus eſcas.
 Ipſe ego principibus noſtræ intra limina ſedis
 Hospitium ornabo: & cunctis ſua iuſſa ministris
 Iniungam: ludosq; regam, & certamen equorum.
 Quòd ſi fatalis afflabit proſpera cœptis:
 Gratia digna ſuum excipiet cuiusque laborem.
 Tum Iacobus ouans animis, certissimus autor
 Consilijs, & voce potens, & fulmine linguæ:
 VVirtembergiaci columen prælustre Senatus:
 Cui genus antiquum, & præclari ſanguinis ortum
 Nobilitas Hohenecca dedit: mens aurea ſortem
 Surgit, & intales exoluit pectora voces,

*Reſponſio Iacobæ
 ab Hoheneck, man-
 gni curia VVir-
 tembergica ma-
 gistra.*

Maxime Sueuorum ductor, quo sospite nunquam
 Res patriæ versas, aut Teccia rura fatebor;
 Ex quo reliquias, diuinique ossa parentis
 Condidimus terra, tumulōq; sacrauimus vmbram,
 Christophori patris: quem non virtutis egentem
 Abstulit atra dies, & funere mersit acerbo.
 Ille equidem magnos dedit atra morte dolores,
 Infixitq; animis luctum: nobisq; reliquit
 Triste sui desiderium: qui legibus vrbes
 Constare, & patrios cupimus supereffe nepotes.
 At nunc laus Superis: quod flebilis hora recessit:
 Illuxitq; dies, toties optata paternis
 Gentibus, alba dies, albōq; notando lapillo:
 Marchia Tecciaco qua iungitur Vrsula lecto
 Dorothēe: vt tecum sociales exigat annos,
 Et pulcra latum faciat te prole parentem.
 Ergo animis omnes promptis, opibūsq; parati
 Adsumus: imperiōq; tuo paremus ouantes,

Ducis Ludouici confiliarij nobiles.

Nec segnes operum. tuus, ô L V D O V I C E quid optes

Explorare labor: mihi iussa capessere fas est.

Ipse det auxilium D E V S, atque hæc omnia firmet.

Dixerat: illum omnes fremitu, affensūq; sequuntur

Vno Tecciaci proceres, equitūque Magister

Spætius Hepfigia ducens cognomen ab alta

Vir prudens animi: qui quondam Cæsaris aulam

Balthasar à Kar- pfen erarū praef- fatus.

Nec non Balthasarū lētanti pectore plaudit

Carpio: Tecciācēq; domus aulæq; magister,

Joan. Caspar Kecheler à Swandorf gen. oula Magister.

Suandorfa Caspar Kechelerus origine natus:

Maturūsq; æui Daniel, Renchingia virtus:

Quīq; Anvillæo Burckardus sanguine gaudet,

Iura fori doctus, rerūmq; peritus ab vsu.

Gaudet ouans animis Laymingæ stirpis Erasmus:

Ingenio magnus: quo vix præstantior alter

Erasmus à Lay- wingen, praefectus superior Stuccar- dianus.

Seu versare artes, seu candida dicere iura,

Seu

Seu mentes hominum dulcedine flectere vocis.
 Gaudet & Anvili consors cognominis alter
 VVolfgangus, culta mentem formatus ab arte:
 Eloquiōque valens Hecklinus, & ore forensi,
 Legum haud ignarus, studijs excultus honestis.
 Tum Braſbergerus, fandi doctissimus autor,
 Cuius in egregio posuerunt pectore sedem
 Cana fides, hilarisq; suo cum pondere virtus:
 Non leuis ambitio, non vlla superbia, non spes
 Improba: sed medius per honesta & dulcia limes:
 Et qui discussa rerum caligine nouit
 Iura dare: inque suo leges seruare nitore:
 Incipit: & gentis columen prælustre paternæ:
 O spes Teutoniæ: quæ nos solatia læti
 Hinc trahimus, viui quod & huc peruenimus æui:
 Ut te ius thalami sacrum, pactosq; Hymenæos
 Exercere iuuet? quæ nos consurgere quandam
 Connubio tali certiemus Teccia rura?
 Quæ regni bona? Marchiadum comitantibus armis
 Sueuica se quantis attollet gloria rebus?
 Si modò quod spero, pactum fortuna sequatur?
 Quodq; precor, facili clemens D E V S annuat aure,
 Nunc igitur thalami sacrum geniale paranti
 Adsumus, obsequium facturi deinde volentes,
 Expositique animis. alij sua munere seruent:
 Cura mihi Ducibus gratas depromere voces,
 Hospitiōque leuage viros. si cætera defunt:
 Sit tibi pro tacto satis officiosa voluntas.
 Hæc ait: hæc eadem ingeminant cum plausibus omnes
 Concilij proceres: animi maturus & æui
 Crufius, eloquio quo vix præclarior alter:
 Et Chilianus amans veræ pietatis, & æqñi:
 Quem Themis & Pithò diuinis laudibus ornant:
 Nec non Sechelius, rerum vir maximus vñsu,
 Artibus instructus, linguisque & voce diserta:

VVolfgangus ab
Anveil.

Ioā. Ulricus Heck
lin à Steineck.
 Oratio Ioannis
Braſbergeri I.V.
 Doctoris & Can-
cellarij VVirtem-
bergici.

Confiliarij Doc-
tri & alij non-
nulli.

Ioan. Crufius D.
Kilia. Berisch, D.

Ioā. Sechelius, D.

Et qui Lyncæo penetrare in viscera terræ
 Addidicit visu, latitantiæque æra Georgus
 Rimari nouit, legum Gadanerus amator:
 Quem decorat virtutis honor mentisque benignæ
 Temperies, doctique sales, & grata senectus.
 Dant manibus plausus, animi argumenta benigni-

*Georg. Gadner,
D.*

Plaudit & Assuerus solers, legumque disertus
 Sacrarum interpres: plaudit doctissimus arte
 Juridica & multis animi virtutibus acer

Petrus Seng, D. Sengius: & magno Dauides patre creatus
David Schebek, D. Schegkius, Ascræo quondam nutritus in antro:
 Iuraque casta fori, & legum commercia doctus.

Frider. Schytz, D. Nec cuiquam eloquio Fridericus in orbe secundus
 Schyzius, & vita laudata & moribus aptis.

Mart. Hiller, D. Plaudit & Hillerus iurisconsultus & æqui:
 Iustitiae cultor, rigidi seruator honesti.

M. Ioan. Enslinus, Director. Nec minus Enslinus, sacri pars prima senatus
 Iuris honor, legum custodia, plebis asylum,

M. Casp. VVild. Lætatur. Casparque animi plenissimus æqui
 VVildus ouat: patriæ defensor strenuus oræ.

Omnes acclamant, sonitumque per atria tollunt.
 Nec mora, partiti officio iam quisque laborem:

Aut festis præire choris: aut obuia ferre
 Accitis ducibus læto vestia passu:

Aut largas inferre dapes: aut fundere vina:
 Aut oratores sacra ad genialia missos

Excipere, hospitiumque viris sub mœnibus urbis
 Addere: quæ Chiliane tibi data cura, tuoque

Ductori Heclino. capiunt pro tempore munus
 Quisque sibi: imperioque adsunt ac iussa facessunt.

Qualiter ad summi solium Louis omnia circum
 Prona, parata DEO: cœli, volucresque ministri

Et venti atque imbres, tonitrusque & fulgura & ignis:
 Iam domus interior regali splendida luxu

Instructitur: monituque ducis parere ministri

Infractio Anla.

Certatum

Certatim accelerant: vario strepit aula tumultu
 Regia pars ostro tenues, auroque micanti
 Exornare toros: altosque inferre tapetes:
 Pars hæc aulæis ornare hypocausta superbis:
 Pars teretes aptare manu, ac disponere mensas.
 Maestri animis iuuenes, ne vos fastidia captent:
 Durate, & magnis paulatim affluescite curis:
 DVX Ludouicus ait: gressumque à limine profert,
 Campum, ad certamen, magnis sub mœnibus altæ
 Vrbis, & ad ludos sibi dimensurus equæstres:
 Quem manus artificum solers comitatur euntem.
 Hortus ad Eoum latus arcis adhæret: & horto
 Est super irriguo lati planissima campi
 Area: quam circuni murorum machina claudit.
 Intus prata virent, proprijs tractata colonis:
 Vmbrosumque nemus, fontesque & amabilis vnda:
 Et iunctæ frondes, & nexa cydonia citro:
 Perpetuoque virens buxus, humilesque myricæ,
 Et bicolor myrtas, & baccis cœrula ficus.
 Nec pyrus, aut prunus, nec malus & innuba laurus,
 Nec frondosa deest platanus, nec populus ingens.
 Cedant Alcinoi, cedant pomaria Pestii,
 Ægeriæque nemus: quæque ære pendet in alto
 Terra Semiramei (si verè creditur) horti.
 Hunc Venus Idalijs superunxit odoribus hortum:
 Permulsitque locum, blandosque reliquit amores
 Sedibus: & volucres hîc iussit viuere natos.
 Nam quid ego admirer primum? quo fine quiescam?
 Auratâsne trabes? an tot prætoria circùm?
 An nemus arboreum, malosque pyrosque feraces?
 An horti læuum latus eloquar: hîc vbi pingues
 Stant, portæ prope claustra foci, feruensque culina;
 Pistrinumque, molæque impulsæ fortibus vndis:
 Tractandæque pilæ locus, & pecuaria septa?
 Accipitrumque domus, muro quæ proxima iuncta est?

*Descriptio horti
amoenissimi.*

An labyrinthæis inclusos orbibus orbes,
 Multiplicésque vias, & inextricabile septum:
 Quæque domus media est, & celso auiaria tecto,
 Piscinam infundo salientibus obtegit vndis?
 An referam leuium viuaria plena ferarum?
 An quæ rure sita est, & quam tenet ardea sedem?
 An horti dextram partem, quæ vergit ad austrum
 Occasusq; videt: varias vbi picta per artes
 Gaudet humus: cultisq; herbis & floribus halat?
 Huc oculis, huic mente trahor: sunt millia multa
 Isthis herbarum: hic flores benevolentis anethi,
 Hic casis, calthæq; soporiferumque papaver:
 Hic Hyacinthe vires, inscriptus nomina regum,
 Hic & odoratas prætexit amarus vmbras:
 Hic ruta, & grauiter spirantis copia thymbræ,
 Narcissisq; comæ, scryllaque olentia florent.
 Hic rubro splendore rosæ, vaccinia nigro
 Imbutæ: & dulci violæ ferrugine tintæ:
 Sed neq; quam multæ species, nec nomina quæ sint
 Herbarum: terris huc quæ venere remotis.
 Est numerus. neque enim numero comprehendere par est.
 Vidi artes illic miras, geniumque locorum,
 Naturamq; soli variam. Stat pertica nodo
 Aurato insignis, quam floribus orbita pictis
 Circundat, lucisq; horas labentis adumbrat.
 Et labyrinthus ibi est herbis sinuatus odoris.
 Et VVirtembergæ descripta insignia gentis,
 Viua virent herbis cum bino cornua pisce,
 Tecciacæq; domus clypei & Iouis armiger ales.
 Sed neque quæ stupeas, ibi fontis aquaria desunt
 Iugia: quadrata saxis inclusa figura.
 Hinc atq; hinc sursum iactæ siphonibus vndæ
 Quatuor exiliunt: medio puer actus in orbem,
 Affluam vena circumfert diuite lympham.
 Proxima sunt illuc puteo prætoria iugi

Instructa,

Instructa, & varijs laquear præsigne figuris
 Depictorum hominum, depictarumque ferarum.
 Hunc verò ante locum florentem, suauibus herbis,
 Est domus: vnde leues mittuntur ab aure sagittæ,
 Oppositam in metam. videas pendentia circum
 Cornuæ cætuorum, truncis enata recisis,
 Corticis esculeæ gernien, mirabile visu.

At passim fontes, cæcisque fluenta latebris
 Emitunt liquidas constrata per atria lymphas:
 Dum vigor aspectu, visusque per omnia duco,
 Calcabam nec optimus aquas, sifoque repressus
 Exilit, & stupidis immitit vultibus vndas.

Hunc ergo Idalium Princeps ingressus in hortum,
 Constitit ad medij prætoria maxima prati:

Atque hic campus, ait, decursibus aptus equorum,
 Et ludis erit: hunc scrupis conspergite circum:

Dentatisque æquate occis: vos ponite muros

Illi nos circum: vos latas figite portas,

Atque triumphales imponite desuper arcus.

Dixerat: inde gradum pistrini ad limina vertit,

Et Boream aspiciens: isthī locus esse culinæ

Alterius poterit, Nam binas condere mens est,

Hospitibus nostris, numero maiore vocatis.

Vna peregrinis de nobilitate cibandis,

Huc ponatur, ait: reliquis de plebe ministris

Altera deinde foro statuatur: & assere denso

Communita aptè, ventos propulset & imbræ:

Sic ait, & se se nota intra tecta recepit.

Certatum famuli incumbunt: Pars sternere campum

Glarea, & adducto scruposæ puluere arenæ:

Pars aptare locum portæ & concludere septis:

Molirique arcus, & celso educere cælo.

Hic alij imponunt statuas, & bellica signa,

Hastatosque viros, viuisque coloribus ornant:

Hic hederas alij appendunt: alij alta focorum

*Locus ad certar
mina equestris
delectus.*

Nova cultura.

Fundamenta locant alibi: iussasqué culinas
 Ædificant: cœnis olim loca grata futuris.
 Nox erat, & nigro cœlum velarat amictu,
 Laxabantqué leui artifices defessa sopore
 Corpora: cùm princeps per noctem intentus equorum
 Cursibus, æratas agitabat pectore curas:
 Multa mouens animo, quæ nam certamina Martis
 Ludicra festiuis posset celebrare diebus:
 Postera vix gelidam cœlo dimouerat umbram
 Orta dies: Ludouicum alta lux suscitat aula:
 Consurgit strato, tunicaqué inducitur artus,
 Et festina pedum subnectit vincula plantis:
 Tum lateri patrium circumdata baltheus ensem:
 Demissusqué humero viridi dependet amictus.
 Nec non & deni custodes limine ab alto
 Procedunt: gressumq; canes comitantur herilem:
 Protinus ingentem cætum, primosqué suorum
 Imperio accitos alta intra limina cogit.
 Olli conuenere: sedet Ludouicus, & illi
 Proximus, antiqua Fridericus origine natus
 Virtembergorum comitum: simul incipit heros
 LVDVICVS facer, & solio sic infit ab alto.
 Nobilium genus, & bello spectata iuuentus:
 Tempus adest, quo sacra paro, cœptosq; hymenos,
 More ducum, varijs meditor decorare trophæis:
 Et pugnæ sumtis simulacra ciere sub armis.
 Qualia Vdalricus quandam celebrauit auorum
 Tertius: illustri quem maximus edidit ortu
 Ebrardus, claro Peligardæ è sanguine matris:
 Cùm natam Heinrici Boiūm Ductoris Elisam
 Iungeret is thalamo, fœdusqué iugale sacraret.
 Ac primum posito vobis de carcere missis,
 Instituam certamen equis: dein carcere nullo.
 Altera cornipedum ponam certamina cursu:
 Quiqué pedum gressu valet, & qui viribus audax:

Deliberatio de ludi equestribus instituendis.

Oratio Duchi Ludowici ad auxilios proceris.

Anno Chr. 1436.

Aut

Aut pilo incedit melior, leuibusqué sarissis:
 Seu crudo fudit pugnam committere cæstu,
 Seu dura orbiculum pendentem inuoluere pinu:
 Cuncti adsint, meriteq; expectent premia palmę.
 Arma parate oinnes, & cingite tempora cristi:
 Loricasqué habiles, galeasqué ensesqué coruscos
 Induite: & Venetas ad ludum sumite laruas.
 Vix ea fatus erat: cum Monpeligardia proles,
 Illustris Fridericus ait: ter maxime frater,
 In me nulla mora est: sequimur quocunquē iubemur.
 Nam pugnam, aut aliquid iamdudum inuadere magnum
 Mens agitat mihi: nec placida contenta quiete est.
 Ludicra cur fugiam? quem si quis casus acerbus
 Exigat: aduersi pro te in certamina Martis
 Succedam: vitamqué in aperta pericula mittam.
 Qualis enim quantusqué fuit pater antè Georgus
 Huldricoque Duci frater, patriusqué parenti
 Christophoro: fidus rerum sociusqué comesqué:
 Talis ero Ludouice tibi: dum spiritus artus
 Hos mortalis habet: nec me sors aspera rerum
 Dissimilem arguerit. Dixit, vultuqué sereno
 Annuit: & læto dat signa fauentia plausu.
 Hoc Comes Albertus facit, alto sanguine cretus
 Leustheniz gentis, clarus felicibus ausis,
 Et forti validus dextra, armorumqué peritus,
 Hoc Lymburgiaca natus de stirpe Baronum.
 Acer Ioannes: quo vix humānior ullus
 Magnificos inter proceres, aulæqué potentes:
 Fronte hilari lucens, & pectore semper aperto,
 Nec studiorum expers. hoc Spætiades, Kechelerq;
 Hic aulæ: ille equitum nota virtute magister.
 Hoc & Reischachius: Friderici fidus Achates
 Principis: ingenuas animum qui misit in artes,
 Palladijs tinctus. studiis bellique togæqué.
 Hoc facit & gentis Laymingz splendor Erasmus:

*Fridericus Comes
in Württemberg
de Monpeligard.*

*Albertus Comes
in Leofstein.*

*Ioan. Baro in
Limpurg.
Ioan. Ludouicus
Speth ab Hepfin-
baim.
Joā. Capp. Kecher
à Swandorff.
Sam. à Reischach
aula Magister.
Braſm à Leimin-
gen, praefectus su-
perior Stuccar-
dianus.*

Georgius Marschalci hoc generis, stabuliq; magister equestris:
Schulz, stabulorum Magister.
Ioan. à Braitenbach, venatorum Magister.
Georgius ab Hallveil, cubicularius Saxonica veniens clara de stirpe Georgus,
David Eccardus. Hoc Braitenbachius: sequitur quos cætera pubes:
Gynecas prefektus Hauillus, custos Teccæi acerq; cubilis
Georg. à Dachberg, prefactus arcu. Tutor: & Eccardus præstanti munere fungens:
Sebastian. à Parthen. Virginei cætus, obseruatorq; pudoris:
Conradus Thum à Neßburg. Daxpergusq; laris custos, & clariger arcis:
Herman. à Iauiz. Partheniusq; animo præstans & robore mentis:
Burckhae Vueler. Gente Borussiaca veniens, Martiq; paratus,
Georg. ab Ulm. Et iam bis senis instructus ad arma caballis:
Nicoli à Gelnig. Applaudunt animis omnes, & vocibus omnes.
Ioan. Heinricius à Dann. Nec non & Thunimus, validâ fortissimus hastâ
Fridericus Stitich à Berlips. Assonat: & generis Ianuiziū ille Bohemi:
Euse ab Ehingen. Et Vuiler, atq; Vlmus: cum Gelnitioq; perito
Carol. à Dachberg. Armorum, Dannæus & ipse accerrimus armis:
Ioan. Ulricus à Vennenigen. Et Plieningus ouans animis Itellus: & alter,
Fridrichus Senft à Saulburg. Cui natura breues animis ingentibus artus
Reinhardus à Neuhausen. Finxit, Daxpergus, membris animoq; paratus:
Sebast Scafelisci. Omnes assensere duci plausumq; dederunt.
Mattheus à Laubenberg. Armaq; nunc omnes poscunt: fremit arma iuuentus
Philip. ab Vrbach. Ludicra, & indicti placet qmnibus alea Martis.
Vuolf. Vtri. Lemlin. Tunc claimor, gratæq; oritur lætabile vocis
Gualterus à Freiberg. Murmur: vt aëris cum mollia flamina syluis
Georgius Marschalci Inciderint: viridi strident super arbore frondes:
Euse ab Ehingen. Aut volucrum in lucis vbi consedere cateruæ:
Helfricus Senft à Saulburg. Dant sonitum rauçâ nemora inter pinea voce:
Ioan. à Breitebach. Et iam quisque parat clypeos, galeasq; comantes:
Reinhardus à Neuhausen. Veningus, Berlipsq; alacres: & clarus Ehingo
Sebast Scafelisci. Nomine Burccardus, Senftusq; & Braitobachus:
Mattheus à Laubenberg. Neuhususq; ingens animo, & Schafelisca Boenius,
Philip. ab Vrbach. Lorias armant: & spicula lucida tergunt:
Vuolf. Vtri. Lemlin. Præstantes animi iuuenes: armisq; paratis
Gualterus à Freiberg. Famam post habitâ faciles extendere vitâ.
Vrbachius, Lemlinq; Fribergiadesq; comanti

Insignis

Insignis galeâ, Kæccusq; & nomen ab alta.
 Qui ducit turri: fronte experectus amæna
 Incepsum Vrmylius solidâ virtute fideq;
 Promouet: atq; vñ Schaumburgius, & Plieningus
 Magno patre satus, patri cognominis ipsi:
 Carpioq; antiquo fulgens Eberhardus ab ortu,
 Consôrtes operum: & Boyo de stemmate Gallus,
 Cecropidum studijs instructus, & arte Latinâ:
 Iam leues ocreas ducunt & calcar equestrē:
 Hinc Gutenbergus: cedit cui nomen in omen:
 Bernftheniusq; alactis, Nipopurgiadesq; Vilelmus,
 Et Renchingæus Daniel: socia arma tuentur:
 Signaq; ferre iuuat, sonitusq; audire tubarum.
 Ausonides Musæ, si vos tam barbara lœdunt
 Nomina, Romanos vix ingredientia versus:
 Ne numeros culpate meos, durumuè poëtæ
 Ingenium: linguæ fuit isthæc culpa paternæ.
 Nam quis tam duras possit compescere voces:
 Ut nulla asperitas, nihil villa in parte fragosum,
 Teutoniâ Latios inter strepitante, superfit?

Iam percussa sonant positis incudibus æra:
 Iam syluæ arboribus spoliantur, frondibus ornâ.
 Ante urbem pueri, & primæuo flore iuuentus
 Exercentur equis domitantq; in puluere cursus:
 Aut acres tendunt hastas, aut longa lacertis
 Spicula contorquent, cursuqué iictuqué laceſſunt:
 Vellera tunc etiam patrio medicata feruntur
 Murice, & Italicum quæ purpura sensit ahenum:
 Lanaq; Londinos nouies experta colores.
 Huc coccum infertur, byſſusq; & Belgica ſindon:
 Quasq; Atrebas tenui diſcreuit peſtine telas:
 Huc & Flandriacæ ſubtilia texta Mineruæ:
 Huc Brabantino pictum ſubtegmine vellus,
 Et Nerui textoris opus radioq; Britanno
 Carbasus, vndantis conſertus imagine fluxus,

Philipps Racke.
 Eberhar. à Thurn
 Vuilib. Vrmyller.
 Frider. à Schau-
 burg.
 Theo. à Plewingeo.
 Eber. à Karffene.
 Francif. de Boys.
 Achatius a Gu-
 tenberg.
 Melch. a Berno-
 Stein.
 Wilhelm. a Ni-
 penburg.
 Daniel a Ren-
 chingen.

Crifarum & ve-
 ſium a; paratus.

Mittitur: & fila Eoi subtilia Seris.

Huc aliquot veniunt cristarum millia: mixti

Quas rubor & croceus, distinguunt ritè colores:

Sed quis tot rerum ventura ad sacra paratum

Explicit: aut animis ipso Pæne recepto

Enumierare queat? citius mihi nomina rerum,

Quam res defuerint. Nec enim tot vellera flauo

Picta croco, & rubro saturatas murice telas,

Aut numero memorem, aut apto res nomine cunctas:

Mille vel ora mouens, & linguas mille sonantes:

Materia superantē meas, tam diuite, venas.

Tunc etiam ciues Stuccardica tectū colentes,

Hospitium passim, peregrino ex orbe vocatis

Hospitibus, lectosqué & stragula picta parabant,

Omnia digna viris: & idonea septa caballis,

Quisque domo propria, sumtu haud remorante locabant;

Nec minus interea complehtur nectare cellæ,

Ambrosioqué liquore miri: videmia qualem

Teccia producit: pars hæc est optima victus.

Huc Guidobergenſi natum de palmite vinum:

Lauffæusqué latex: manansqué è Diuite Cliuo

Humor: & Eilfingæ firmissima pocula vitis:

Tentatura pedes olim, vincturaqué linguam.

Nec Beitelsbachi purissima doha Lyæi,

Nec liquor Hebbachi, nec Felbachæa rubella,

Nec Monachum desunt altis è collibus orta.

Quin & Beinthenium, Vuangæaque vina feruntur:

Vina bonos versus olim paritura poëtis.

Præterea genus haud vnum, nec viribus orbum,

E Stuccardæo pronati palmite vini.

Et proles vehitur Mezingi animosa racemi:

Et simplex species vuis expressa meracis,

Hic vbi Neccaricæ stant Bacchia rura Tubingæ.

Nec non & centum & plures seruatæ per annos,

Vngariaqué olim Suevis adiecta quadrigis,

Dolia

Dolia pincernæ relinunt: atque ordine condunt,
 Et quanquam patrijs vberima pocula terris
 Proueniunt, vinique ferax est Teccia tota:
 Huc tamen externis etiam aduectantur ab oris
 Vinaq; Suevia co magis allubitura palato:
 Quæque Methymnæ possent certare racemo:
 Maluæ i qualis liquidissimus humor Iacci,
 Rheinfaliumque merum, Moschatelliq; Lyæus.
 Et quod Pinolum patrio cognomine dicunt:
 Rhæticaque Augusto quondam gratissima vitis
 Cæsari, Ecuinum, prædisque elisa Rosazis
 Pocula Vuippachiumq; & quo te carmine dicam
 Scharniceline liquor, duro cognomine: sed non
 Et potu duro, qui lenis ad ilia fertur.
 Nec Granuillanæ succus dulcissimus vua
 Defuit: huc Athesi plaustris inuestus onustis:
 Quæ videt Hercyniam confinis Rhætia syluanæ
 Danubioque suas concedit margine ripas.
 Quin & Burgundis huc impotantur ab oris
 Mætia vina, cadis non inferiora Falernis:
 Claretum, Ambrosiusque sacris è vitibus humo:
 Et quæ vina parit generosa Vesontio terris,
 Quas celer vndarum circumfluit agmine Dubis.
 Præterea Rheni mittunt sua munera colles:
 Mænus vbi nomen maiori amittit in amne.
 Huc vehitur Bigamum, Mergobromiumq; benigni
 Hautus, & patrio Rhingoium nomine dictum.
 Præfusis hoc munus, qui Moguntina gubernat
 Mænia, & imperium docto modoramine linguæ
 Septemuir flectit: quo vix insignior alter
 Germanos inter proceres, seu fundere voces
 Ingenuas, seu consilio sacra iura tueri.
 Ipse etiam Rheni Princeps Septemuir, & vndis
 Et vino meliore potens, Fridericus, amore
 Principis accensus sponsi, sua mittit Iacchi

*Danielius Archi-
episcopi Mogunti-
ni principis Ele-
ctoris munus.*

*Frider. Electoris
& comitiis Palati-
ni Rheni, Archi-
dapiferi, &c. Ho-
norarium.*

Munera : Secnemiumque albens, Thasioquè liquori
Gunt humium æqualem, Durmstheiniacasq; lagenas,
Et Monnheimæum laticem, firmissima vina :

Esse sui cupiens monumentum & pignus amoris,

Mittit & Herbipoli Præful reuerendus ab urbe

Julius : ad Mœni princeps clarissimus amnem,

Collibus enatum Francorū, nobile vinum :

Steinhemio domitum prælo : sua munera tædis

VVirtembergiacis & magni pignus honoris.

Ille etiam leges didicit, menteq; poluit

Artibus, & sacræ monitus sub pectore fixit

Iusticiæ : qua Franciacis dare iura verenda

Gentibus, & patrios possit defendere ciues.

Mittit ab Alsaticis nectar prædulce tabernis :

A Cathotalæo dimanans cortice nectar :

Et Muscatelli duplex genus : arbiter urbis

Ac templi, & latæ persignis Episcopus oræ.

Gratia sit vobis missi pro munere Bacchi,

Illustres animæ : si quid mea carmina possunt,

Nulla dies unquam memori vos eximet æuo.

Sed neque te, mensis & Dijs accepte secundis,

Vuetter Vuine sapor, nec Luppelbergia vina

Transierim : Alsaticis huic recta frequenter ab aruis :

Quà VVirtembergus Richouillæ mœnia ciuis

Incolit : & Bromios exercet sarculo agellos :

Et quis vinorum species percenseat omnes ?

Quas qui scire velit : Tecceæ messis aristas

Discere : quam multo Nicro voluantur arenæ,

Nosse velit : curuis aut quot sint montibus vuæ.

Haud minus, vt iussi, fœcundis horrea duri

Messibus agricolæ complent : quas diuti cornu

Teutoniæ vberior passim diffuderat annus.

Iamque onerata ruunt Tecceæ plaustra per urbes

Vndique : triticei messem portantia farris,

Pinguibus è culis : fœcundo ubi Neccarus vber

Amne

Iulij Episcopi

Wurtzburghenfis,

Ducis Franconia,

&c. munus.

Joannis Episcopi

Argentinensis,

&c. munus.

Frugum copia.

Amne rigat Cereale solum : quā Rhembus aquarum
 Denso frugiferas interluit agimine valles :
 Aut vbi Vilsa quatit ripas labentibus vndis :
 Aut pinguem quā Glembus hunium secat. arx vbi celso
 Monte Asperga sedet : subiectaq; despicit arua:
 Mille Zabergouio modij de rure vehuntur
 Aurigis : totidem Albani de messe coloni.
 Pars leues alicas, rapidis pars hordea rhesis,
 Pars pīsa, aut lentes vectant : pars maior auenas,
 Pabula Saxoniciṣ atq; Hassis grata caballis :
 Straminaq; & fœnum vicino è limite portant.
 Non tot vere nono glaciem soluentibus auris,
 Et tepido flanti Zephyro, coēuntia quondam.
 Tecciaco vndarum vectantur fragmina Nicro:
 Nec rapidus tantam montano à vertice torrens
 Vim prouolut aquæ, quam soluit aquaticus Auster:
 Quot tunc Sueviacas currus iuere per oras,
 Et Cereri & dulcis completi munere Bacchi.
 Nec dum omnes cumeræ sunt plenæ frugis aceruo,
 Cunctaq; distendit largâ granaria messe
 Flava Ceres ; famuli subigunt Cerealibus armis
 Et cribrare parant, & duro frangere saxo:
 Pristiniq; aptare focis : & condere furno.
 Non illic solidæ stant mucida frusta farinæ:
 Quæ fauces radant, vix admittentia morsum :
 Sed tener & niueus, molliq; filagine factus,
 Artocopo coquitur, similæq; è polline panis
 Triticeo : qualem Juno & Saturnius essent.
 Tum cumeris custos aliquis furnoq; molæque
 Additur : affiduos qui dirigat arte labores :
 Officijque intra teneat opera omnia metas.
 Ac veluti diuersus apes cum vere recenti
 Exercet sub sole labor, per florea rura :
 Pars circumvolitant campos, prædamq; per herbas
 Conuectant, operis memores : tectoq; reponunt :

Pars subigunt, stipantqué thymo fragrantia mella:

Pars fucos arcent tectis: pars agmina cogunt:

Castigantqué moras: opere omnis semita feruet.

Haud secus incumbens studio Teccæa iuuentus,

Quisque suos iussus agit, & mandata capessit.

*Alioquin & post
endus apparatus* Quin etiam pecudes caulis induntur: & hædi

Et vituli immuneri, porcellorumqué trecenta:

Collibus ex altis festam ducuntur in vrbem:

Pannonijq; boues septemplice aguntur ab Istro.

Huc & Vuestphalico veniunt à limite pernæ:

Huc emti Albani ducuntur rure iuenci:

Huc teneri accedunt socijs cum matribus agni.

Tum patiens operum, syluisqué assueta iuuentus

Venatu inuigilant: qui quoquis tempore iussi

Deiiciunt ceruosqué agiles, aprosqué frementes,

Aut leporem, aut damam pauidum: semperqué recentea

Conuectare solent prædas, & promere syluis.

Syluis hic etiam fertur genus omne volucrum,

Pennigeriqué greges: messis aptissima perdix,

Deliciæqué hominum turdus, merulæq; canoræ,

Sycalidesqué, & mollis anas, & dulcis alauda:

Et trochili, & nigris velata monedula pennis:

Cumqué saginata gallina huc altilis anser

In numero fertur numero: huc & millia multa

Ouorum: pulli quater oppalent mille cauernam.

Huc veniunt Iunonis aues, & mille capones:

Innumeræqué dapes: quarum me copia turbat.

Sed neque destituunt lauti viuaria pisces.

Nam vagus huc mittit salmonem Rhenus edulem,

Antaceumqué Ister: mullos dat Rhembus, & vndus

Carpio Neccaricis piscinæ infertur ab vndis:

Brentius huc, Blauusqué suas è gurgite trutas

Mittit, & octipedis Lauterus brachia cancri:

Vuilsanusqué suas addit cobitidas amnis:

Dentatosqué lupos, anguillasqué adiicit Oenus:

Volatilium copia.

Piscium copia.

Afchia

Aschia Nagolto profertur, gouius Hermo.
 Tum condimenti genus omne, & aromata longis
 Portantur terris, non hic suspenditur æquis
 Vncia ponderibus: venduntur aromata libris:
 Rugosum piper, & Panchæz cinnama terræ,
 Et rubra fila croci, & radicibus ora perurens
 Zingiber, & dulci certantia sacchara melle,
 Muscatæqué nuces, macisqué & amygdala cana,
 Et ficus, passiqué acini, suauesquæ cubebæ,
 Et Caryophylla, & Syrij generosa Damasci
 Pruna, & quæ ventreñ cum lacte emollit oriza.
 Nec condimenti pars deficit optima largi
 Copia grata salis, lardumq; aruinaq; pinguis:
 Butyriqué octo librarum millia flauent.
 Et quis comprehendat tot lauta cibaria verbis?
 Tot sine famoso quæsita obsonia luxu?
 Quis tantum, thalami sacrum ad geniale, paratum
 Pierijs æquet numeris? non Euhodus ipse
 Tot generosa olim concessit vina: nec alnia
 Tot frumenta Ceres: nec tot stagnantibus vndis
 Extulit hamata Iuturha in arundine pisces:
 Nec ruber hortorum custos tot mitia poma
 Addidit: altilium nec tot Pan ipse iuuencum
 Adduxit capita: aut altis de montibus actas
 Tot Diana feras: quando Nereida Peleus
 Duceret: & thalami diuina ad iura vocati
 Omnes certatimi conferrent munera Diui.
 Iam lanij pecudes maſtant, lixæq; capones,
 Et pullus iugulant teneros, largoqué serenant
 Igne domum, properantq; dapes, & fercula ponunt.
 Diripiunt alij pelles, & viscera nudant:
 Pars in frusta secant, verubusqué trementia figunt:
 Exoſſant alij pisces: flammamue ministrant.
 Cuique suus petasus, petaso sua cuiqué biformis
 Crista nitet, famulo pariter, pariterqué magistro.

Et iam regali sumtu, sine diuite luxu,
 Omnia bus ad festum rebus geniale paratis :
 Restabat solum, Comitesque Duce sique vocatos,
 Nobiliumque greges, patrio que è limine ciues,
 Magnifica ynanini properare ad limina cursu.

L I B E R S E C V N D V S.

Eiuspus erat thalamo dictum, procerumque cat-
 teruz:

Cum iam curua Nepē Sol Autumnalis haberet
 Brachia: & Aenqniōs paulatim attolleret arcus
 Phyllirides: festaq; ageretur in vrbe Nouember.

Tunc primūm patrijs exciti mœnibus adsunt

Nobilium proceres: magnisque penatibus orti,

Eximij Comites: genus & prælustre, Barones :

Et VVirtembergis qui dicunt iura colonis :

Quique clientelis Teccæo in limite gaudent :

Aut hostem expectant, studijs gens dedita belli :

Excubiasque obeunt: patriamque tuentur in armis.

Quos inter primus generosi Hoëliois oris

Vertitur Albertus, cinctus ter quinq; caballis.

Cui consanguinei Fridericus nominis hæres

It comes hic ylro veniens: venit ille vocatus

Ambo animis alacres, ambo præstantibus ausis:

Iustitiāque pares, & religionis amantes.

Hos iuxta sonipes Oëtinga animosus ab vrbe

Gotfridus Comes in Oetingen, &c. Gotfridum comitem vehit: immanique volatu
 Implet agros, longoque attollit puſuere campum.

Triginta comitantur equi: præit aurea virtus,

Et decor & niveis fulgens prudentia pennis:

Quiq; sibi illius delegit pectore sedem,

Candor, & ingenuo pietas redimita nitore.

Hinc insurgit equo, veræ pietatis asylum,

Iustitiae columen, legum anchora sacra, Georgus:

Erpaccha de stirpe Comes, totidemque caballis

Cinctus:

Georgius Comes in Erpacch, &c.

Cinctus : & Holsthenius Schauvvenburgæa propago,
 Ernestus, prœcul Hercyniæ qui præsidet altæ :
 Hornbergamquæ aliâs moderatur legibus vrbem :
 At nunc lixarum regimen, regimenquæ fôcorum
 Accipit : & festis præscribit iura popinis.
 Tum gemini veniunt Lympurgæ à stirpe Barones,
 Henricusquæ sagax animo & Fridericus : vterque
 Et pietatis amans : & vitæ cultor honestæ.
 Hic etiam Hispanas doctus, voces quæ Latinas :
 Nec Thusci ignatus, quantum vsus postulat, oris.
 Virginti æripedes per florea rura sequuntur
 Tu quoque Teccæas, Vualpurgæ Carole gentis,
 Prælustris Dapifer, tædas visure benigno
 Pectore lætus ades : nec tu Mærspurge dynasta,
 Clare Henrice dees : qui Schorndorffensia seruas
 Mænia : & indigenas tutaris vbiique penates :
 Æquandus Curio dictatorique Camillo.
 Quin & Mecmyliæ custos Landschadius Vrbis
 Christophorus venit : Veningæ & stirpis Erasmus :
 Qui Neopirgææ custodia mænia sedis :
 Consilio clari, & Themidis defensor vterque.
 Exornata gerens ciuili tempora queru :
 Ingenuasquæ ambo docti cum laudibus artes :
 Ipse etiam venturus erat, qui clara Tubingæ
 Mænia custodit : legesque & iura gubernat
 Iudicij, Hefingo Ioannes nomine clarus.
 Sed labor, & morbo languenti estœta senectus
 Non sinit : & tristi sub teucto detinet ægrum.
 Laufa tamen misit præstantem viribus acris
 Ingenij, fortisque infracto robore dextræ
 Frauenbergiaco Ludouicum sanguine cretum :
 Qui prudens animi Teccææ sèpius aulæ
 Consilio fert promtus opem : patriamq; tuetur
 Eloquij virtute sui, nec nobilis ortu,
Nobilis ingenio, & sapienti pectore felix,

*Ernestus Comeræ
 Schauuenburg.
 Praefectus superior
 or Hornbergen-
 sis.
 Henricus & Frî-
 dericus Barones in
 Lympurg, &c.*

*Carolus Baro in
 Vualpurg. •*

*Henricus Baro in
 Mærspurg, Pra-
 fectus superior
 Schorndorffensia.
 Christophorus à
 Landschad, Pra-
 fectus superior
 Meckmylensis.
 Erasm. à Venne-
 gen, Praefectus
 superior Newbur-
 gensis.*

*Ioanne. Trunkfæ
 ab Hefingen, Pra-
 fectus superior
 Tubingensis.
 Ludouicus à Fra-
 uenberg, Prafe-
 ctus superior
 Laufensi.*

*Henric. Ioham à Deft Iohamus: quem Mompeligardica tellus
Mundelheim, Vi- Custodem fouet: & thalami ad sacra fædera misit.
carius præses Mō- Præterea, reliquas qui Vuirtembergidos vrbes
peligardensis.*

*ALII SVPERI- Præterea, reliquas qui Vuirtembergidos vrbes
CRES præfetti. Afferuant, orti de nobilitate vetusta,
Vuoiffg. à Zylen- Conueniunt omnes sponsi intra limina Diui.
hardt Blaubiria- Huc Blaui accelerat fontis Zylenhartus ab amne:
nus. Cui genus, & virtus, & praui ignota cupido,
Culta fides, studiumq; lares seruare paternos.*

*Sigismundus à Renchingen, Kir- It Sigismundus Kircheimæ à mænibus vrbis
chemius. Renchingus comes huic: vir consultissimus æqui:
Quem probitas, quem iuris amor quem candor honestat.
Tunc etiam Rosei linquit sua mænia campi,
Consilijs atque arte potens, linguaqué Latina
Cultus Ioannes, & legum Carpio præses:*

*Ioan. à Karpffen, Tecciacum seruans puteal: quæ culta Tubingæ
Rosenfeldanus, Neccarus arua rigat, murosqué allabitur vrbis.
præses Consistorij Tübinger. Hunc iuxta Hererus flectit Fridricus habenas,
Tubingen. Sanguinis Herdneциj, Sulzæ ex vrbe profectus:
Fridericus Herter ab Herdneck, Sul- Fontis vbi salsi promanant ciuibis vndæ:
Zenfis. Et liquida fornace salem nouus excoquit ignis.
Ipse vrbis custos, animo syncerus aperto,
Antiquæ fidei, & studij laudator honesti:
Et leges & iura fori dare ciuibis æqua*

*Suetus: & ingenuas doctus non segniter artes:
Gedeon ab Oft- Haud procul Osthemius Gedeon, per gramina celso
heim, Nagol- Tendit equo, præses vicinæ in sede Nagolti:
tenfis. Iuris amans patrij, linguae gnarusqué Latinæ:
Quiqué viros doctos non auersatur: vt olim
Commodus Aysoniæ præses incommodus oræ.
Ah pudeat multos, veterum quos ornat auorum
Nobilitas, solo contentos gentis honore,
Non ullos didicisse libros: solamqué tenere,
Quam cum materno luxerunt lacte loquelam:
Non sic Osthemius, non sic Herterus, & acri.
Carpio iudicio pollens: tria fulcra senatus*

Neccariei

Neccarici, natas docti discernere lites.

Nec minus Heidhemiam Daniel Anuilius arcem

Delerit: eximio præsignis honore, fideq;

Syncera ornatus, patrijsqué exercitus armis-

Auolat Vrachia tum Braitenbachius vrbe:

Vir pius, & sapiens, & claro nōbilis ortu.

At Göppinga, acidis vbi fons vberrimus vndis,

Languentes hominum pellit de corpore febres:

Christophorus, prisca Degofeldi gente celebris,

Proximus aduentat: pulsa cui nube serenus

Perpetuò vultus: nullo mens turgida fastu.

Hinc Massenbachum mittit Vuinsperga, suumq;

Rypurgum Leoberga vetus: notumqué Vahinga

Fertilis Helmstettum: te Bettendorfe benignum

Mittit Marbacchum: te Lamersheim decorum

Brackheimium. quin & Tutinglo insignis ab Istro

Altendorfus adeſt: Cerealiqué vrbe Balingæ

Senftius accelerat: diues vbi copia largo

Promanat cornu, fœcundæ ex vbere glebæ.

Nec non & Michaél Vuildperge à montibus altis,

Opportunus adeſt, Dachenhuso stemmate clarus,

Egregijs animi ornati virtutibus omnes,

Et vitæ grauitate viri, seu iura tueri

Patria lege sacra. siue armis postulet vſus.

Quatuor æripedes hūc vnumquemq; sequuntur.

Ordine succedunt qui principis æra merenturi

Armati bello iuuenes, Martique parati.

Hos etiam nostro referemus carmine, magnos

Et genere, & virtute viros: qui fortibus ausis,

Ingentes animos priscis natalibus æquant.

At mihi vos iterum veniam concedite Musæ

Italides: dura hæc Germanæ nomina gentis

Si minus in molles possum deducere versus.

Ornari res ista negat, contenta referri.

Sed neque vos iusta mihi succensebitis ira:

*Dan. ab Annweil
Heidenheimensis.*

*Fridericus à Brei-
tenbach, Vracen-
sis.*

*Christophor. De-
genfeld, Göppin-
genfis.*

*Ioan. Jacobus à
Massenbach,
Vuinspergenfis.
Renh. & Reiperg,
Leobergenfis.*

*David ab Helm-
statt, Vahingenfis.
Fridericus à Bet-
endorff, Marpa-
chenfis.*

*Theodricus à
Lamersheim, Bra-
ckenheimensis.*

*Ioan. Heinr. ab
Altendorff, Dut-
tingenfis.*

*Ernfridus Senft à
Saulburg, Balin-
genfis.*

*Mich. à Dachen-
hausen, Vuiltper-
genfis.*

*N O B I L E S
P R A E S I D I A-
ry domus Vuir-
tembergicæ.*

Nomina si quorum venient hoc nuda libello.

Nam mihi vestrarum non sunt præconia laudum.

Cognita, Musarum nemora inter tuta latenti:

Ad quem vix tenuis famæ perlabitur aura.

Iamqué adeo ante alios proceres, maturior æui,

Et longo rerum iampridem exercitus vsu,

Eloquio clarus, virtutumqué vtilis auctor,

Bernhardus gemino aduentat præeunte caballo,

Arce Libosteniâ, Teccæa in rura præfectus.

Quem consanguineus sequitur, cognominis ipsi,

Quatuor æripedum turmâ comitatus equorum.

Melchior Ludovicus à Neuhaus-

sen. Ingreditur totidem Melchior Ludouicus anhelis

Cinctus equis: gentis Neohusæ sanguine clarus.

Nec Conradus abest, toto celebratus in orbe,

Velbergus: cui mille agri, pecudumqué vagarum

Mille greges: & culta soli sunt pascua mille:

Et sua disparibus cantans arguta cicutis

Fistula, concentus edit sex vocibus aptos:

Dextera larga viro, qua multos ditat egenos,

Bernhardus à Sternfels. Fortunæqué inopes, clarisqué penatibus ortos:

Bernhardus à Stein. Militiamqué doceus castrenibus instruit armis.

Et dotem multis numerat, tædaqué iugali

Ioan. Georgius à Frauenberg. Copulat: & thalamum largo sæpè instruit ære.

Ioā. à Reningen Tres hunc agnati patrijs comitantur ab agris,

Georgi. Christophorus à Philip- Vigintiquæ vnâ æripedes & quinque sequuntur:

pus Ludouicus à Vennen. Insignes cristi leuibus, phalerisqué decori.

Hinc duo Carpigenæ fortes, dextrâqué potenti

Sternofelsus adest: & Stheinius: & bonus armis

Frauenbergiacis, animoqué sagace Georgus:

Eriestusqué domo quondam generatus eadem.

Insequitur grandisqué æuo tardusqué senectâ

Renchingus, sed mente valens, & pectore fortis.

Pòst duo Venningi, atque vnâ Vouidesca Sebastus:

Et Calenthalius Nipopurgiadesqué seuerus:

Vuildnauisqué acris: Vuelerq;, & fortis Adamus,

Helmstedti

Bernhardus seni-
or & junior à Li-
benstein.

Melchior Ludo-
vicus à Neuhaus-
sen.
Conradus à Vel-
berg.

Casp. & Sigismu-
dus à Carpffen.

Bernhardus à

Sternfels.

Bernhardus à

Stein.

Ioan. Georgius à

Frauenberg.

Ioā. à Reningen

Georgi. Christo-
phorus à Philip-

pus Ludouicus à

Vennen.

Sebastianus à Vo-
uidesci.

Georgius à Cal-
enthal.

Frider. & Mar-
tin. à Nippenburg.

Ioan. Vuendel à

Vuildnau.

Theodoricus à

Vueler.

Helmstetti generis: Degernauiusq; Iacobus,
 Adueniunt testi pretioso murice, & auro
 Omnes ornati, rubrisq; in vertice cristis.
 Agglomerant latera, antiquis natalibus orti,
 Fribergus, cristaq; trahens præsigne paterna
 Nomen Sturmfeder, nec non Dinstettius heros:
 Pannonijs quondam miles exercitus armis.
 Nec dextra tantum nec solis viribus acer:
 Sed prudens, valida sçpè est prudentia dextra
 Maior, & in dubio anteualet mens prouida casu.
 Hinc Vuinterstettæ pincerna ab origine gentis,
 Huzlebiusq; ingens animo, stirpisq; paternæ
 Eximitum decus: huç Neohusa gente creatus,
 Cumq; Megenzeris proles Vlmæa duobus,
 Vuolffgangusq; trahens ipso de stemmate nomen:
 Huç Schœner venit: proauis & stirpe vetusta
 Inlytus: imberbi iuuenis maturiur æuo:
 Cui iam signa dabat nascens in secula virtus.
 Fertur equo Erlachius, quem iuxta Senftius alter
 Aduolat Heinricus, iuuenilibus integer annis:
 Et ramus Martis, nec prisca indignus auorum
 Nominè: quod multis prident virtutibus auxit.

Præterea huc omnes sponsi venere clientes
 Principis: antiquo quos dicunt ore Vasallos,
 Omnes velati præciosæ murice vestis:
 Omnes auratis redimiti colla catenis.
 Huc Berlichingi celeres, seniorq; Georgus
 Et minor Ernestus: stirpisq; Iacobus Eningæ:
 Diues opum, diues fundi Cerialis & auri,
 Non Ærolsemius, non Ærembergius illis
 Defuit: insignis galea, clypeoq; coruscus.
 Segnior haud illo, per campum fertur apertum
 Pancratius: gentis clarus Fribergidos ortu.
 Cui Ferdinandus consanguinitate propinquus
 It comes: & validas in gyrum torquet habenas.

H

Ada ab Helmstet.
 Iac. à Degernau.
 Michael Ludouicus à Freyberg.
 Burckha, Sturm-feder.
 Vuolffgangus à Dinstet.
 Iacob. Christoph. à Vuinterstett.
 Christianus ab Huzleben.
 Vuernerus à Neuhausen.
 Ioā. Joach. & Ioā.
 Vitus Megencer à Veldorff.
 Ioan. Conradus ab Vlm.
 Vuolffgangus à Stamheim.
 Vitus Schener à Straubenhurde.
 Vuolffgangus ab Erlach.

CLIENTES

& vasalli nobiles
 d'amus Vuinterstettæ
 ergica.
 Ioan. & Philippus
 Ernestus à Berlin-
 chingen.
 Iacobus ab Einingæ.
 Ioan. Fridericus
 ab Erlachim.
 Ioan. Henricus ab
 Aeremburg.
 Pancratius & Fer-
 dinandus à Frey-
 berg.

Paulus, Petrus & lac. à Giltlingen. Tres huc Giltlingi veniunt. Paulusque, Petrusque
Et studijs animum formatus & arte Iacobus.

Istillus, Fridericus Rhenhard. uterque Pleucardus. Eberhardus & Theodoric. cum duobus filiis à Gemmingen. Hos super inventi, Stuccardæ ad mœnia tendunt

Vulff. Conrad. Greek à Kühendorff. Ioan. Iacob. Guot à Sultz. Bruno ab Hornstein. Vulff. Theodor. à Hortheim. Caspar Philippus à Calenthal. Ioan. Vtri. Landschad à Steinach. Ioan. Iacob. à Lamersheim. Philippus à Liebenstein. Petrus Scher. à Schwanzenburg. Philip. à Neyperg. Octo Gemmingi, Fridericus & ambo Renardi,

Et cum Pleucardo sapiens Eberhardus, & suo Grandior, ac gemina comitatus prole suorum:

Flos Theodoricus. Gemmingæ gloria gentis. Non Greckus, non Guotus abest: vir pectore fido, Ex re nomen habens, studiorum fauor & auctor:

Qui nunc consilio Teccæam prouechit aulam: Ætherias postquam Renchingus cessit ad oras.

Ibat & Hornsthenius, nec non Hortheimius ibat: Cumq; Holdermanno, Casparq; alacrisq; Philippus Calthalij, stimulantqué citis calcariibus armos:

Perq; vias & strata ruunt: criturq; frementum Æripedum sonus, & lætæ concordia vocis.

Hinc alij subeunt: culti Lanschadius oris Janus Vdalricus: tum Lammersheimia proles:

Et Libosthenia celebris de gente Philippus: Et quinq; æripedum Scherius comitatus equorum

Turma: diues agri, pecorisq; animiq; benigni: Ingenuas olim quem doctè inumerit in artes.

Ponè impellit equum ferrata calce Philippus, Neipergi generis: studijs percultus honestis:

Ora quidem prima signans intonsa iuuenta: Et pueri incedens habitu: sed pectore firmo

Exequat senium, dextraquæ superuenit annos.

Renhard. & Ioan. Heinr. à Neuneck. Rhenhard. Vulhelm. & Georg. à Neuhausen. Vuilhelmus à Neuhausen, I. V. Doctor. Hinc duo Neunecij veniunt, acerqué Rhenhardus.

Heinricusque potens opibus, dextraquæ benigna: Quos comitati, animis adsunt ingentibus æqui,

Tres Neuhusiaci, Rechbergi sanguinis octo.

Tres Neuhusiaci, quorum cognominis vnum Vuilhelmo: patrios qui auxit virtute penates.

Et leges, & iura fori ciuilia doctus.

Non illum puduit didicisse fideliter artes

Ingenuas,

Ingenuas, lingue quæ decus quæfisse Latinæ:
 Et geminare domum titulo Doctoris auitam.
 Octo Rechbergi, quorum præstantior Hugo,
 Albertusq; potens animis, diuesq; Philippus,
 Ioannes auratus eques, fortisq; Gebhardus,
 Et præstans animi Caspar, plausuqué benigno
 Erckingerus ouans: octo quos vndiqué cingunt
 Trigintaquæ acres, per florea rura caballi.
 Nec minus Avveni Iosephus nomine gaudens,
 Ernestusqué olim lare progeneratus eodem:
 Reischachijq; duo, Nipopurgiadesq; Sebastianus,
 Nothaftusqué ruit præpes. nec seignior illo
 Occupat arua fremens Schillinga è gente Georgus,
 Et Vuittershusi generis, Schönerqué senili
 Æuo maturus: Stadioqué grauissimus ore.
 Tum duo, Sultzburgis Spætæi patribus orti:
 Et qui de duplice nomen sibi fecerat vnda:
 Itingaque vnu de nobilitate celebris:
 Insurgat campis: sequitur quos nimbus equorum.
 Nec Sternfelsa generosus stirpe Georgus:
 Nec Sturmfedera Fridericus origine clarus,
 Abfuit. Ille tribus phaleris cristaqué superbis:
 Quatuor hic stipatus equis. tunc aduolat alter
 Vueiler: equo fidens & versicoloribus armis:
 Vuernauisqué alter: & Vuestropolita, decora
 Præsignis facie: varijsqué illustris in armis.
 Te quoque dant montes Vuirsteo nomine dicti
 Ernesti, & deni cingunt te ponè caballi:
 Diues agrî, & pecoris niuei vir diues, & auri,
 Quin & Iacobus Vualdneri nobilis ortu:
 Et Vuesternachius solidæ virtutis Itellus,
 Et Sigismundus Vueluardi stemmatis auctor,
 Et Zobel, & Geyrus, nec lento corpore Kœlus,
 Aduenére viri, Gysso comittante per vrbis
 Mœnia, nobilitas quem Gysembergia clarat.

Hugo, Alber. Phl.
 Ioan. Casp. Bern.
 Ioā. Gebhar. Hu-
 go Eckinger om-
 nes à Rechberg.
 Ioseph. & Ernst.
 ab Anuen.
 Ioan. Iac. & Ioan
 Mich. à Reischach
 Sebast. à Nippen-
 burg.
 Ioan. Tho. d. or.
 Nothaft.
 Geor. Schilling à
 Canstatt.
 Sebast. à Vuit-
 tershausen.
 Vitus Schoner à
 Straubenhardt.
 Vnoffl. Theodor.
 à Stadion.
 Theo. & Ioā. Itell.
 Speth à Sultzb.
 Vilhelm. Thod.
 Speth in Zuifalte.
 Philip. Theodor.
 Speth in Ilsingen.
 Geor. à Sternfels.
 Frid. Sturmfedera
 Vnoffl. à Vueiler.
 Ioan. Vitus à
 Vuernau.
 Ioan. à Vuester-
 stetten.
 Vnoffl. Ernest. à
 Vuirstberg.
 Joan. Iac. Vualdo-
 ner à Freundstein
 Itellus Ioan. à
 Vuesternach.
 Joan. Sigmund. à
 Vueluardi.
 Lampertus Zobel
 Ioā. Conr. Geyr.
 Jac. Vnoffl. K. al.
 Ioan. Gys. à Gys-
 emberg.

Omines hi proceres exciti ad limina magni

NOBILES cui Sponsi conuenere, cohors animosa: suiq;

ultrōcōparuerunt Principis ingenti complerunt atria cætu.

Albertus Thum Hos super insignes cristis animisq; parati

à Neuburg. Vltrò adsunt: thalamumq; Ducis, tædaſq; frequentant;

Bartholomeus à Remrot. Thummorum Albertus prisca de gente: citoq;

Erckinger à Bapenheim. Insignis Remrottus equo: & Bapenheimia virtus:

Burckhardus & Fridericus à Menz Mensingiq; duo. Sequitur pulcherrimus armis,

Zingen. Nomen aut referens Sickingo stemmate clarus:

Francisc. à Sickingen. Hofardusq; vnà, Berlichingiq; potentes

Franciscus Conradus Hofardi à Mensigkheim. Ingenio, dextraq; viri. Nipoburgius inde

Succedit tectis, atq; vnà Auuensis Erhardus:

Ioan. Pleucardus & Ioan. Rhenhardus à Berliching. Anv viliusqué hoc de lare tertius, & Neaburgus

Alter, & à Turri, qui dicit nomen Janus.

Insequitur Senftus Melior, Renchingaque fama

Sigmundus, clari priscis natalibus ambo.

Ioan. Conradus à Nippenburg. Nec non & Stetta Vuolffgangus origine fulgens:

Ioan. Erhardus ab Auu. Scillingusqué vnà, sumtis vir strenuus armis,

Nec mora, partiri secunquam quisq; laborem

Henricus ab Anueil. Incipit: & iustam officij sibi sumere partem:

Excipere occursu venientes ritè cateruas:

Ioan. à Thurn. Aut notas aperire vias: aut ducere in aulam:

Melchior Senft à Saulburg. Aut festas inferre dapes: aut ponere vina.

Sigis. à Renchingē Quin etiam patriæ deducti ex vrbibus oræ

Vuolff à Stetten. Bis centum venere viri, fulgentibus armis:

Vuolff Hei. Schiling à Canstads. Loricaque pares habili: paribusqué decenter

Vestibus ornati: galeisqué atque ære corusci:

Et cristis omnes flauisqué rubrisqué decori.

Cura quibus portas, & mænia lata tenere:

PRINCIPVM & Comitum & Baronum, quig Nocturnasqué agere excubias, & ferre bipennēs:

bos secuti sunt, nobilium: ad Nuptiæ Alternaque vrbis vicos statione tueri.

catalogus. Iamqué dies aderat, toties optata paternis

Ciuibus: vt sacræ firmentur fœdera tædæ:

Et genitor natam Badana Carolus ora

Duceret: ac reliqui proceres ad iura venirent

Coniugij,

Coniugij, vnanimiſ capturi gaudia votis.

Primus ibi Ascanijs venit Ioachimus ab oris
 Ernestus: patrij magnus dominator Anhalti:
 Iustitia dubium validissime potentior armis:
 Ad pœnas tardus princeps, ad præmia velox:
 Flectere doctus equum, & cursu præuertere ventos:
 Et gressus lunare citos, atq; arma mouere.
 Alea seu Martis, seu ludus agatur equestris.
 Dexterea non illi bello fortissima: non spes
 Vnquam firma deest: mens nullis cedere duris
 Sueta, sed hæc contra nitens: vt vertice Idumæ
 Impositam contra molem cum palma resurgit.
 Bis centum comitantur equi: formosaquæ coniux
 Eleonora: ducis prælustri sanguinè nata
 Christophori: huc vnâ roseis inuecta quadrigis.
 Fœmina par illis, quas aurea protulit ætas,
 Siue pudicitiam spectes, mentisquæ decoræ
 Temperiem, & mores omni sine labe probatos:
 Siue oris speciem, dignumq; hoc principe vultum.
 Affidet huic soror Æmilie, celissima virgo:
 Mira decore animi: niueo cui vertice flaua
 Stat coma: virginusquæ niues ac lilia candor,
 Et Parium flavis excedit crinibus aurum.
 Vnâ adsunt geminæ forma prestante sorores,
 Hinc Sophia Catharina, illinc Maria Anna: priori
 Ernesto natæ de coniuge: moribus ambæ
 Insignes: ambæ ore pares, & flore iuuentæ:
 Ceu geminæ Pæstana rosæ per prata videntes.
 Hæc modo crescenti, plenæ par altera Lunæ:
 Et iam Lignitio coniux desponsa marito.
 Qui socerum huc vnâ comitatur, & agmine iuncto,
 Ter denos adducit equos. Sophiamquæ tuetur,
 Iam sibi desponsam: egregijs virtutibus ipse,
 Et dextra pollens, & forti pectore magnus:
 Tum pietatis amans, & religionis auite

*Ioachimus Ernestus
 fæs Princeps An-
 haltinus, Comes
 Ascanius, &c.*

*Eleonora Christo-
 phoris ducis Vute-
 rbergici F. Prin-
 cipis Ioachimi Er-
 nesti uxor.*

*Æmilia, ducissa
 Vuittembergica,
 Eleonora germana
 &c.*

*Sophia Catharina
 & Anna Maria,
 Ioachimi Ernesti
 ex priori matri-
 monio Filii.*

*Ioachimus Dux
 Lignicensis, &c.*

Syncerus cultor. non illum ignara futuri
In vitium rapit, & damni secura libido:
Sed mens cauta duci, & iuuenes quæ præterit annos.

Iungit equos Pogio Vuolffgangtus stemmate clarus:

Consilijsqué valens, & doctæ fulmine lingua:

Nec crudis armorum, cùm bella incendit Enyo.

Vnà it Mauritius, Rideri nōminte felix?

Militiæ addictus, qatrijs dux fidis in armis;

Siuæ manu, seu quis lingua est expertus & ore,

Huic Dubenectotum Fridericus gente creatus

It comes: & Cnochia veteri de stirpe Georgus:

Ascanijæ insignes aulæ fidique magistri.

Emicat Arnoldus, Stammeræ gloria gentis:

Ascanij pars prima fori, Vuulfæ aquæ fama,

Et Ceruestani præclarus imagine patris

Conradus: qui tecta regit Liidoica custos,

Cernitur hic etiam Vuincko sahguine cretus:

Miltitiusqué heros, Heyso comitatus Iusto,

Binauioqué suo: nec non & Belzica telâ

Adsum: vt festos celebrent super æquore ludos:

Oraqué Saxonici contendant flectere frenis

Æripeduma: & totum contollant puluere campum.

Ponè subis sublimis equo Dacherodi Georgi,

Ascanijæ pincerna domus: tuqué inclyte Iane,

Lenianum generose satu: tuqué impiger armis

Mohle: latus volucrum stimulare peritus equorum,

At reliqui medio coniungunt agmina curfu

Duri Martigenæ: Crofigææ stirpis Adolphus:

Schlegelijqué ambo: Ludouicus, & accr Ianus:

Quiqué sibi nomen de caule & cannabe fecit:

Rabiliusqué alacris: tuq; Aluenslebia virtus.

Et qui Burstellæ gaudes cognomine gentis:

Delecti bello iuuenes, Mauortia corda.

Haud procul Ascanios proceres Cysebronnii inter

Conspicitur, volucrum domitor præsignis equorum.

Et

Vuolff. à Pogg.

Marschalcus

Anhaltinus.

Mauritius Rider,

Dux Militem.

Fridericus à Du-
beneck.

Georgius à En-
rhen, aulicimagi-
stri.

Arnoldus Stam-
mer.

Adria. à Vuulffen

Conrad. à Zerbst,
præses in Lindau.

Ioan. è Vuinkel.

Nicol. à Miltz.

Iustus Hey.

Heinr. à Binau.

Joachimus à Bet-
zick.

Georg. à Dache-
rodt.

Ioan. Vilhelmus

& Ioan. à Lehna.

Jacobus à Molh.

Adolphus à Cro-
sick.

Ludouic. & Ioan.
Schlegel.

Christoff. Hanff-
fengel.

Ioan. Théod. à
Rabil.

Rudolph. ab Al-
suenleben.

Ioan. à Burstell.

Ioan. à Kyten-
bronn.

Et Brugsdorfæ Sigmundus nominis hæres:
Riderusqué animi prælustri robore fortis.
Præterea rerum felice peritus ab vñu,
Truckenprodus adest; sapiens orator Anhalti:
Iustitiæqué tenax, & legum tutor & æqui.
Nec non & Themidis quondam nutritus in antro
Traubotus: sanctique Ioannes Gösius oris.
Obuius his magna comitum stipante caterua
Occurrit longè Peligardi gloria montis:
Vuirtembergiaca Fridericus origine princeps:
Agnoscitque suos: lætusqué ad mœnia dicit.

Proximus insequitur de Noridos arbe Georgus,
Brandenburgiaca Fridericus Marchio terræ.
Magnanimus princeps: viþio sublimior omni
In cuius placido fixerunt pectore sedem
Cana fides, hilarisque suo cum pondere virtus.
Iſeué sibi iuncti materna à stirpe nepotis,
Luduici hac curam bene fidus auunculus ora,
Sic duce Christophoro, quondam teſtante, gerebat:
Defendens patrijs impubes artibus annos.
Poné subit genitrix, Henrico Saxone nata,
Æmilia; & prudens animi, capitisque pudici,
Et pietatis amans, & religionis auitæ.
Quam noti ter deni equites, octoq; sequuntur
It simul Hæidecius, Burgmilchlingusq; Dynastæ
Præsignes animis: quos candor & æmula virtus,
Et Martis labor à primis exercuit annis,
His comes accedit iuris tutela forique,
Et legum custos, Eyborum semen, Erasmus:
Vir pius & prudens: non his, quos aurea quondam
Seda tulere viros, & vita & moribus impar.
Agmen agit, prisæ lux Falcouania gentis
Ernestus: patrijs vir non infrenuus armis:
Iustitiæqué colens, & propugnator honesti.
Ordine tum sequitur valucrum vis omnis equorum:

Sigismundus à
Brugsdorff.
Philipus Rider.
Ioan. Truckenrod.
I. C. Anhaltini
principis Cancel-
larius.
Ioan. Trauboth,
consiliarius.
Joan. Gösius con-
cionatus anticus.

GEORGIVS
Fridericus Mar-
chio Brandenbur-
gicus, &c.

Aemilia, senior
Marchionissa Brä-
demburgica, è fa-
milia Ducū Sax-
onia nata.
Vulhelmus Baro
in Heideck
Heinri. German.
Baro in Burg-
milchlingen.
Erasmus ab Eyb,
magnus curia
Brandenburgica
magister;
Ernebus à Falck-
enhan Marschal-
cus Brandenbur-
gicus,

- Ioan. Paulus à Schaumburgusqué acer, VVallenrochusqué, Gichesqué.
 Curschrijqué ambo, Tanhusæusqué Vilelmus,
 Christoff à Vuallenroch. Prælustres virtute viri, morumqué tenore,
 Georg Wolffg. a Gich. Synceraqué fide: qui rebus ritè gerendis
 Lampridem patrios exornauère penates.
 Georg & Bruno à Curzcher. Huc etiam Conradus adit, Rechobergius ortu:
 Vuulhel. à Tann- Quem pietas, quem cana fides, quem dextera laudat:
 busen. Et labor & virtus tractandis commoda rebus,
 Conradus à Re- Et syncerus amor, sanctique potentia iusti
 chenberg. Ecquis enim (liceat mihi nou ignota referre.)
 Fabian. à Quast. Aut veræ pietatis opus plus promouet illo?
 Joachimus à Ro- Aut sacras animo studiosius indidit artes?
 derer. Aut sibi commissas inelius defendere partes
 Philip. à Vicetum Et potis & promptus: quoties rerum exigit vsus?
 Laurentius à Cu- Sed neq; Quastus abest Fabianus: nec Rodererus:
 chendorff. Nec Vicetum morum celeberrima fama Philippus:
 Joan. à Schrot. Nec Cuchedorfæus: nec tu Schrotergia proles:
 berg. Omnes alipedum moderari colla periti:
 Quirinus à Bullæ. Omnes aërios docti conuertere gyros.
 Joachim. Wolff. Affuit hic etiam virtus Bullæ Quirinus:
 Bel hasar. Hic Seckendorffi, de stemmate quatuor vno,
 Christoph. & Frieder. Magnanimi iuuenes: neq; nostræ laudis egeni:
 rich. Alexander Quos sua commendat probitas, & conscia virtus.
 orines à Secken- Hic O:ho Brandogenes sublimi in Arione fertur,
 dorff. Et Recbergus equi flectendis aptus habenis,
 Georgius Otho à His alij subeunt: Lendersheimæa propago:
 Brandt. Roschitiusqué animi plenus: dextraqué potentes
 Wolff. Christoph. à Lendersheim. Cedles, Calthalius, Bucholtius, & Sembergus.
 Christoff. à Rot- Haubitio comes it Vuildæus, & inclytus armis
 schy. Hanfmuus, veterumqué decor non paruus auorum;
 Conradus à Ced- Atq; alij plures: quorum me nomina fallunt,
 lis. Heinricus à Cal- Insurgunt in equis, rhedisqué vehuntur eburnis.
 temthal. Sed neque tu deeras, quem nobis fædere iungit
 Ioannes à Bu- Musarum communis amor, socijqué labores,
 choltz. Georg. à Docte Artomedes: cui cura iniuncta sacrorum:
 Semberg. Vuenceslaus à Vuildæus.
 Georg. ab Hau- fmuus. Sebastian. Artomedes concionatur aulicis
 bizi. Ioan. ab Han

Et cui

Et cui dat facilem D E V S in pia carmina venam.
 Obuius his densa iuuenum comitante phalange
 Procedit, campoqué subit Ludouicus aperto:
 Et procul, ô salue præsignis auuncule salue:
 Incipit: ac nostris succede penatibus hospes
 Cum genitrice pia: vos & fortissima bello
 Pectora saluete, & rebus spectata iuuentus.
 Sic ait: & prono incurvans se corpore primùm,
 Accepitqué manu: dextramq; amplexus inhæsit.
 Progressi subeunt vrbi, campumqué relinquunt.

Tum gemini fratres, Cattorum à mænibus adsunt
 Ludovicus princeps, animqué Georgius alti:
 Ambo fide illustres, ambo præstantibus actis
 Et pietate pares: & vterqué suo integer æuo.
 Horum amor est patrijs pacem dare ciuibus almam,
 Fœderibusqué fidem pactis, orbique quietem:
 Vecordes inhibere homines: auertere bella.
 Heroes saluete, D E V M genus, inclyta proles:
 Vos ego sèpè nieis deinceps memorabo Camenis,
 Et meritis aliquo præstabo carmine grates.

It iuxta comes his, quo vix præstantior alter,
 Siue fori leges tractare, aut arma ciēre:
 Seu variare sonos, aut cursus flectere equorum,
 Lippæa de stirpe Simon: quâ Bructerus olim
 Accoluit ripas Lupiæ: Harminiusqué Cherusco
 Milite Romanas acies, Varumqué superbum
 Contudit: & fuso compleuit sanguine' campos.

Landgrauij hic venit Gulielmi nomine missus
 Landgrauij, reliquis qui tantum excellit in arte
 Siderea ducibus, quantum Sol omnibus astris
 Præcedit fulgore suo. Nec enim prior vllus,
 Quos DEVS euexit magna ad fastigia rerum,
 Indulsit tantum studijs, linguæqué Latinæ,
 Et miris rebus Stat viuo machina motu,
 Landgrauij fabricata manu: quæ conciet astra.

*LUDOVICVS
& Georg. Land-
grauij Hassia, &c*

*Simon, Comes
Lippianus.*

*Gulielmi, Land-
grauij Hassia
laudes.*

Ponderibus librata suis, super æthere vastor.
 Sidera quæ septem retrò conuertit in ortus,
 Obluctata polo: & variat noua commixta Lunæ
 Et lucis noctisquæ vices, annique meatus
 Limite describit certo: mirabile dictu.
 Sed neque Cattorum custodia fida suorum:
 Nec pietas animososa deest; nec cœlica virtus.
 Idem auri sapiens contemtor: & optimus idem
 Condere diuitias, & tebus parcere partis.
 O vtinam nostras eoram decorare choreas,
 Illi concessum fato meliore fuisset:
 Sæpius ut nostro celebrarem nomina versu,
 Materiam thalami festo præbente: sed olim
 Forsan erit tempus Gulielmi condere laudes:
 Cum mihi maiores crescent ad carmina vites.

Proxima subsequitur Ludouici regia coniux:

Hedwigis Christophori Ducis Fronte albens, oculisq; nigrans Hedwigis: & ipsa
Virtembergici Luduici germana Ducis, sata sanguine Diui
& Ludouici, Læd- Christophori: Princeps animo formosa pudico,
grauj Hassia con- Et priscæ fidei, & solidæ pietatis amante:
iux. Heroique oris: quali Debora fuisse
 Dicitur, & Iaheles, & magnæ Iuditha famæ.
 Vidimus hanc vnâ geminas adducere neptes:
 Landgrauio natas genitore, sorore Sabina,
 Heduuigin, Mariamqué Annam, vultusq; modesto,
 Orequé formosas: sed adhuc ætate minores.
 Quin etiam veteri Franciscus nomine clarus
Hassia, ex Sabina duciſſa Virtem- Vualdeciz gentis, venit bis quinque caballis:
bergica, filiole. Tam generis splendore nitens, quam pectore fortis:
Franciscus Comes Magnificusq; Comes, tractandisq; impiger armis.
in Vualdeck.

Burckhardus à Cram, preses
Marpurgensis. Primam aciem Burcardus agit Cramæus, equorum
Boen. à Linsingen, Supremus domitor: reliquumq; superuolat agmen,
Anlicus magi- Linsingo comitante suo. præsignis vterque
ster. Iustitiae custos: quos nunquam mobile vulgus,
 Nec clites, nec dona iuvant: sed pectore magno

Spemq;

Spemq; metumqué domant: & celsa mentis ab arce
 Despiciunt hominuerū fraudes, & iudicra rident.
 In sequitur studijs ahimatum formatus, & arte
 Rideselingenua, vir seruantissimus æqui,
 Et leges doctus, iurisqué peritus, & alter
 Mæcenas patrijs studiorum fatus in oris,
 Vnà Holtzhus~~æ~~ gemino cum fratre Rudolphus,
 Et qui de latè ducunt sibi nōmina riuo:
 Hic aulæ custos, equitum bonus ille Magister.
 Laugrokiusqué fōri columen, legumque peritus.
 Hinc satus Arnoldus de nobilitate Rehena,
 Helnigiusqué dices equitum: per strata viarum
 Puluerulenta, pulrem quatunt solidò pede terram.
 Quos Holzendorfo de stemmate Balthasar ortus,
 Et Gaudeccorus, custodia fida cubilis,
 Et Scheurschlossiades, senior Berlipsq; sequuntur:
 Et Vuittershussus: Casparq; agnomine magnus,
 Pincerna Hassiadūm, Sueinsbergo sanguine clarus.
 Huc Clauer aduentat, Sclernusq; Rotusq; Georgus,
 Et Fyrstotheriæ qui fulget nomine gentis:
 Præclarus Diodas: & Boynburgensie Itellus,
 Nec minus accelerant, atque armos calcibus vrgent,
 Vneißeo gaudens cognomine fortis Adamus,
 Baumbachiusq; graui vir dextra, & alacribus ausis,
 Post hos Suualbachius patrii non degener oris:
 Et Doringus Alexander: & Vestphala virtus:
 Sterndorfusq; vnà Henricus, cognominis illi
 Per campi loca plana ruunt, & secta viarum
 Compita: dat rapidi pedis vngula ferrea flamمام,
 Non sēus, ac si quis latitantem cautibus ignem
 Exudat ferro, deīn somite pascat amico.
 Tum Vuinholdus adeſt, & cui Rebenöia nomen
 Stirps dedit: & Melior Vacuo generofus ab Amne,

ring. Heinricus à Vuestphaln. Henr. à Sterndorff. Thedor. à Vuinhold.
 man, Melch. à Leerbach. Ieannes à Vuindhusen.

Ioan. Ridesel, ab
 Eysenbach, Con-
 filiarius.

Rudolphus Ran,
 Ioan. Adol. Ran,
 Vuolffg. Ran, ab
 Holtzhausen.

Gebhard. & Ca-
 spar à Bretēbach,
 David Langrock,
 I. C. Corsiliarius.
 Arnold à Kchen,
 Helnigius à
 Geys, Magister
 equitum,
 Balthasar ab Hol-
 zendorff, cubicu-
 larius.

Michael à Gau-
 deck, cubicula-
 rius.

Ioan. à Scheu-
 schloß.

Ioan. à Berlips,
 senior.

Sebastian, à Vuitt-
 erhausen.

Caspar. Magnus
 Pincerna in
 Schueimberg.

Ioan. Clauer.

Ioan. Schlern,
 Georg. Rodt.

Ioan. Diode in
 Fyrstenstein.

Itellus à Boinburg
 Adamus Vneiß.
 Adam. à Bau-
 bach.

Alexand. Dē-
 Herz. à Reben-

Melch. à Lerzen. Vinthusiusqué potens animi, Lerzesqué Platesqué,
 Conrad. à Plate. Et Stibar, & dextra bonus Ellerfeldius acri:
 Balbafar Seibar. Truxosiusqué, & Crombergus, Beferqaq; proles:
 Ioan. ab Ellerfeld. Torquibus auratis nitidi, cristisque sequuntur.
 Theodore. Truchses. Præterea socijs coniungitur Hundius armis,
 Hartmuth à Cronberg. / Lucanusqué fori præses, atque anchora Iuris,
 Conrad à Beferen. Ingenuaq; animum cultissimus arte benignum:
 Berthard. Hund. Cuius inest ori Pitho; qualem vetus olim
 David. Lucanus Fama Periclaeis ait insedisse labellis.
 I. V. Doctor & Conſiliarius. Tu quoque consilijs aderas vir maxime dandis,
 Adamus. Vuien- Vuingartnere, tuis nimium dilecte poëtis
 geitner Secre- Et nimium celeri humanis è rebus ademte
 tariis. Funere: Nestorio fueras dignissimus æuo.

LANDGRAF. Ipsum quin etiam Cattum comitata Georgum,
 VII. Georgy no- Ibat ouans, animosa phalanx: Rathusus & Haccus,
 biles. Et qui se patrio Monachum cognomine agebat:
 Conrad. à Ratt- Traxdorusqué ingens animi præstantibus orsis.
 hausen. Adduntur comites culti Vualbrunnius oris,
 Christoph. Hack. Et Franckosthenius simul, Hofmannusqué periti
 Ioan. Herman. Armorum, generisque sui decora ampla paterui.
 Munch. Nec deerat Cattis clarissimus arte medendi
 Hen. à Traxdorff Struppius, & nostri non ultima gloria secli.
 Christ. à Vualbro. Cui Cruquius socio comes affulgebat honore,
 N. à Francken- Secretorum Hassi pars officiosa Georgi:
 stein. Artibus ingenuis & docto præditus ore.
 Valentius Hof- Omnes hi patrijs acciti ad fædera terris,
 man. Magnanimi proceres, Hassum capita alta secuti:
 Joachimus Strup- Bis centum subiecta cohors animosa caballis.
 pius à Gelhausen, Excipit has etiam gressu occurrente cateruas,
 Medicus. Mompeligardæi princeps Fridericus agelli.
 Valenti. Cruqui- GEORGIVS
 us, Secretarius. Vix subeunt portis omnes, vultuqué propinquant:
 Ernestus, Comes Ecce Hennæberga de stirpe Georgius ortus,
 à Henneberg, &c. Princeps Ernestus, Sleusingæ à mœnibus hospes,
 Improuisus adest: æui maturus euntis.
 Aurea ciuili redimitus tempora queru:

Et pietate

Et pietate sacra prælustris, & vtilis auctor
 Antiquæ fidei: læto quem gloria vultu,
 Et decor & niueis pax aurea protegit alis:
 Temperiesqué ornat vitæ tranquilla, fidesqué
 Integra: nec longa virtus effœta senecta.
 Insequitur rutilo coniux pulcerima curru,
 Fœminæ cœtus splendor præsignis, E L I S A,
 Luduici germana Ducis, Teccæia princeps,
 Os animumqué suum formosa, genisqué comisq;
 Conspicua, & roseo Dea commendabilis ore.
 Tum reliquum exornat præstanti animoqué manuqué
 Agmen Vualdecius, comes alto à sanguine Diuūm,
 Ingenio felix alacri, fortissimus vñus
 Qui fuit in Cattis ærato obsistere Marti.
 Nec deest facund⁹ vir præclarissimus ore
 Geishemius: Comiti iam proxima in vrbe potestas
 Ernesto: patriæ decus, & sacra anchora legum.
 Hunc Hesbergorum sequitur bona fama pegatum
 Andreas: Ianusqué domo productus eadem
 Albertus: Bosqué trahens à steimmate nomen:
 Bernhardusq; ingens Marschalcæ gloria gentis,
 Eiusdemqué hæres cognominis alter & alter:
 Omnes se agglomerant, campisqué feruntur apricis
 Æripedum inlecti, gens præstantissima, tergis.
 Tu quoque ades Stenæ præclare propaginis auctor
 Pancratii: ab innato qui ducis robore nomen,
 Cum consanguineis veniens ad sacra duobus.
 Tunc Rolochi adeunt, Frizenhagiusqué, sagaxqué
 Grumpachius: nec non Recrodius, & genus Helli
 Vitus: & à veteri nomen memorabile Danno,
 Nec pius Ofnumius, nec præpete Arione Doller,
 Nec Maro Pærontijs Ortholdus defuit herbis:
 Arte Machaonia pollens, & forte ministra:
 Hippocrates, acri cui quondam captus amore,
 Ipse suas artes, herbarumqué indidit vsum.

Elisabetha, Christopori, ducu
 Vuirtembergici,
 F. uxor Georgij
 Ernesti.

Gunther. comes
 in Vualdeck.
 Ioan. Georgius à
 Geishem, præses
 Schleusingenfis.
 Ioan. Andreas,
 & Andreas ab
 Herberg.
 Ioan. Bosia.
 Bernhard. Georg.
 Adam. & Man-
 rittus, Marſchal-
 ki ab Oſtheim.
 Pancrat. Cappar.
 & Valentinus à
 Stein.
 Valentin, & Ge-
 orgius, à Rholoch.
 Henr. Fizenhag.
 Vuilhelmuſ à
 Grumbach.
 Mangold. à Rock-
 rodt.
 Vitus ab Hellon.
 Melchior à Damm
 Herm. ab Ofnau.
 Ioan. Doller.
 Ortholdus Maro
 principis medicus
 LEGATI
 varijs locis.

Præterea centum venere è Teutonis orbe

- L E G A T I** ex Clari oratores: qui connubialia pacta,
varij: locis.
Sponte sua accumulent donis, ac munere fido:
Namq; huc Zuifalti misit venerabilis Abbas
Legatum, & duplicitis fluuialia munera lymphæ.
Abbas ad D. Petri,
trum.
Prepositus El-
luangensis.
- Nec non & diui seruat qui limina Petri,
Eluangæ quæ arcis custos, regalia dona,
Legatosquæ suos animo misere benigno:
Insignes probitate viri: nec laudis egeni:
Quos sua commendat probitas. & plurima virtus,
Et doctrina sagax, & rerum maximus usus.
Misit & alma suum cum dono Academia regem:
Quæ nostræ teatis habitat, schola nota, Tubingæ:
Præstantem medica dextra, atq; potentibus herbis:
Eximumq; fide Hambergum, & virtute nitentem.
Vnâ adsunt comites, Rutelingæ à mœnibus urbis,
Egregij pietate viri, linguaquæ diserti,
Confilioquæ pares, & religione sacrata:
Munera portantes argenti, aurique talenta.
Resp. Vuclienfis. Mittitur & Vuclæ vicino à limite consul
Plurimus eloquio, facundo plurimus ore:
Resp. Eslingensis. Atque Eslingiaci, consul, pars prima senatus,
Blattenhartus ouans animis, & voce fauenti:
Hala suos etiam misit clarissima ciues,
Delectos tota urbe viros, & fulcra Senatus.
Resp. Nordlin-
gensis. Et Nordlinga potens, magno cum consule, venit
Principis ad thalamum: celebrisq; è rure Gamundæ
Consul, & Heilpronnæ celsis à mœnibus ibant
Præstantes virtute viri: quos plurimus ornat
Ingenij candor, probitasquæ animosa, fidesquæ
Integra, & emeritos prudentia parta per annos.
Affuit hic etiam Cocheranæ maximus Alæ
Consul, & illustres ornauit munere tædas,
Vir bonus & sapiens: cuius pietate fideli
Lux Euangeli Cocheranam cœlitus urbem

Irradiat,

Irradiat, dense pulsa caligine noctis.
 Excipit hos omnes titulo generosus aucto
 Eloquioqué valens, & docta nobilis arte
 Höclinus, fido Chilianī pectorē cinctus.
 Excipit, & promptus nota intra limina ducit:
 Hospitiumqué addit magnæ sub mœnibus yrbis:
 At quoties aulæ Princeps successit apertæ,
 Vndique cum lituis sonitum dant tympana pulsa,
 Clangeantesqué tubæ, & Phrygio cana tibia buxo
 Subsonat: ac blandum digitis lyra tecta remugit.
 Inde salutati superas ducuntur in aulas
 Hospitioqué omnes; dapibusqué leuantur opimis:
 Totaqué lœtanti compleetur regia cœtu.

Interea patrijs cum sponsa excesserat oris

CAROLVS, Hochburgæ præcelsus Marchio terræ,
 Rœteliaqué arcis columnæ, gentisque Badianæ
 Eximus custos, humeros & pectora circum
 Aureus it torques, prætiosaqué purpura vestit.
 Elucet vultu piezas, & gratia mitis,
 Et decor & virtus, & amor generosus honesti,
 Iustitiaqué comes clementia, & aspera factis
 Ira malis, miseræqué alacris custodia plebis.
 Filius huic iuxta ERNESTVS. quo pulchrior alter
 Non fuit, & vulnus & membra deçora iuuentæ.
 Bis centum comittantnr equi, celeresqué veredi,
 Et quadraginta valida ceruice iugales.

Insequitur coniunx, pictis inuenta quadrigis,
 ANNA: Palatini Simeræo sanguine patris
 Edita: quam pietas, & læto gloria vultu,
 Et fidei comitatur honos, atque aurea virtus,
 Curaqué coelestis solers atque anxia verbi.
 Filia tum sacro præcultæ superuenit auro,
 DOROTHEE, in Tyrio curru, quem plurimus auro
 Insignabat honos, flamasqué imitante Pyropo:
 Piæ axes, temoqué coruscus, & aurea tecti

CAROLVS
 Marchio Baden-
 fis, &c. cum suo
 comitatu.

Gymnaceæ.

DOROTHEE
 VRSVLA, Mar-
 chionissa Baden-
 fis, Sponsa,

Velamenta rubri, auratiq[ue] figura Leonis.
 Ante ipsam teretesq[ue] tubæ, lituiq[ue] sonori
 Clangorem tollunt: & tympana pulsa resultant:
 Et eaqu[ue] assensu conspirant cornua rauco.
 Ac veluti quondam Phrygio Berecynthia currū
 Cūm venit, patriæ magnas inuecta per vrbes:
 Idæa hirsuti coeunt ad frena leones:
 Submissisq[ue] iubis Dominam cum turribus altis
 Excipiunt: magnoq[ue] vehunt per Dyndima plausū,
 Tentaqu[ue] Curetes pulsantes æribus æra,
 In numerum armati saltant: & cymbala circūm
 Rauca sonant: biformemq[ue] edit caua tibia cantum:
 Sic & Dorothee patrias inuecta per vrbes:
 Armatisq[ue] equitum virgo stipata cateruis,
 Ad thalami sacrum, lituis clangentibus ibat:
 Aurato residens currū: quem Carolus illi
 Dotalem genitor fieri sub luce iugali
 Mandārat: notiq[ue] operum Telchines amœna
 Certatim fecere manu. Longe tamen ipso
 Virgo relucebat pilenti pulcrior auro:
 Pulcrior Eois formoso corpore gemmis
 Siue quis aspiciat genetosæ frontis ocellos:
 Et dignas Iunone manus, ac Cypride crines:
 Purpureasq[ue] genas, & Eburnea colla, decusq[ue]
 Oris, & in niueo mixtum candore ruborem:
 Siue animi dotes pulcri, castamq[ue] pudicæ
 Temperiem linguæ, & sancta penetralia mentis.
 Salve virgo, decus patriæ, cultissima Nympha:
 Tot votis frustra magnorum optata procorum,
 Vni LVDICO coniux data: totq[ue] sacratis
 Teccigenūm præcibus, multumq[ue] diuq[ue] petita.
 O quam te memorem virgo? namque haud tibi vultus
 Mortalis: nec vox hominem sonat. O Dea certè,
 Aut, quod Cecropio prænomine diceris esse,
 Donum illustre DEI: quæ te tam læta tulerunt

Secula

Secula? qui tanti talem genuêre parentes?

Salue iterum atque iterum, limes mihi carminis huius,
Materiesq; meis toties celebranda Canicenis.

Sis felix nostrumqué leues pietate laborem.

Huic comitem curru, Rheni Septemuir ad vndas
Imperij Dæpifer, legatum adiunxerat: ipse
Grandænus senio, propiorqué abeuntibus annis.

Quin & Dorothee, Danorum sanguine regum

Orta, Palatino quandam coniuncta marito

Vxor: qui Rheni Elector tractauit habenas:

Huc oratores ad pacta iugalia misit.

Egregij Regina animi, fideique probatæ,

Et Christi metuens: & supplicis anchora turbæ:

Et portus inopum: viduæqué exemplar honestæ,

Ipsa etiam Boijs legatum misit ab oris

Marchiadæ mater, præcelsa Iacoba, Philippi:

Edita Badano de sanguine: nupta Vuilhelmo

Boiorum domino: genitrix Mechtildos amatæ.

Vnde nepos supereft Badano in rure Philippus,

Badano natus Philiberto patre: bonorum

Spes magna indigenū: superent modò lumina vitæ.

Hos super adnenit, Ludouici ex vrbe Philippi

Missus: vbi rapido Neopyrgi mænibus Ister

Affluit, & pingues intersecat agmine ripas.

Maior hic est princeps, quam præ se vultus & ætas

Externique ferant gestus. Prudentia rerum

Ante annos non rara venit: primæq; iuuentæ

Nascuntur cani, pietas, doctrina, fidesqué.

Vix illo quisquam, (reliquorum pace fateri,

Quod noui, liceat) studijs hoc tempore doctis

Oria plura dedit: vix illo doctior ullus

Æquales inter, seu ius dare ciuibus æquum,

Seu Latios proferre sonos, seu promere regum

Facta ducumqué velit, cultasue exponere voces.

Proximus incedit Simeringæ Carolus arcis.

FRIDERICI

Comitis palatini

Rheni Archidap̄i

seri, & principiū

Electori, legatus.

Dorotheæ, senio-

rū palatine vi-

dua, è regum

Dania familia

nata, legatus.

LOCOBÆ

seniorū ducisse Ba-

narica è Marchi-

enūm Badensium

dominate, lega-

tus.

PHILIPPI

Ludouici Duci Bi-

pontini, &c. le-

gatus.

*Carolus Comes
in Zollern.*

Zolleriaqué Comes, Zagorolla è stirpe celebris:
Nec minus ingenua mentem cultissimus arte,
Et leges & iura foro ciuilia doctus,

Armorumq; potens: quæ pubescentibus annis
Sæpius exerceuit: dum curæ animqué viriles,
Et melior sanguis vires daret: æmula necdum
Temporibus geminis alberet cana senectus.

Triginta lecti comites hunc pone sequuntur.

Nec Falcothenia defit de gente Sebastus,

*St. Wolf. Vnivirous
de Vuolff. Comites
in falckenstein cū
Ursula matre: Co-
mitissa in Falcke-
stein.*

Illustris Comes, & patrio cognomine dignus:
Quem genitor, fratresqué duos, matremq; pudicam
Stirpe Palatina, & magnis natalibus ortam
Misit: vt ornarent præsenti corpore tædas.

*Anna Comitissa
in Leofstein.*

Leuftheniæ accedit generosa propaginis auctrix
Fœminei decus Anna chori Sulzæqué mater

*Maria Cleophe
Comitissa in Sulz.*

Illustri Maria Cleophe de sanguiné creta.

Atq; hæc Marchiadæ omnes socio agmine cingunt:
Et sponsæ glomerant currum, matrisq; quadrigas.

Antè autem moto præcedunt puluere terræ:
Cornipedesqué domant, insigni nomine clari,
Badanæ proceres aulæ, pia fulcra Senatus.

*Vuilelmus Franci-
scus à Geysbolz-
heim præses Dur-
lacensis.*

Geisbolzheimæa qualis de gente Vuilelmus
Marchiadæ pars magna ducis: vir strenuus armis,
Et virtute animi, cultorqué acerrimus æqui.

*Martin. Acheli-
nit à Nifernburg
J.C. Cancellarius.*

Cui comes Amelius legumqué forique patronus:
Nifernburgiaci præclarus nominis autor:

Confilio pollens, & docta voce disertus:

Badanæ custos aulæ: dominique potentis
Eloquium: populique decus: qui fœdere certo
Et regere & laxas nouit dare legis habenas.

*Ludouicus à Ven-
ningen, acclitus
Magister.*

It quoque Venningo Ludouicus stemmate gaudens:
Nobilibus generosus aus, animoque virili:

Nec doctrinæ expers: & plurimus arte, fideque
Ingenua, fuceque & fraude remotus ab omni.

Christophorus comes huic, antiquo insignis honore

Zylhardi

Zylahardi generis: decus & laus magna paterni
 Nominis: atq; Hennæberga de stirpe Rudolphus,
 Ærari custos: Baumanqué Georgius, alta
 Mente grauis: Quastoq; vnà de stemmate natus
 Agmina conglomerant: custodes ambo cubilis
 Marchiaci: faciles animis atque ore benigno.
 Præterea, patrijs qui dicunt iura colonis,
 Procedunt equites: animi plenissima magni
 Pectora: Phorzemix tutor fidissimus vrbis,
 Christophorus præsea Kechelerus origine clarus;
 Tum qui Ræteliam conseruat nauiter arcem,
 Vlmæis Conradus aus, & pectore fulgens.
 Additur his ingens Habsburgi fama parentis
 Hartmannus: præses Badouillæ fidus amanæ:
 Tam dextra quam mente valens, atque impiger armis.
 Schönerum huic sociat Libocella: at Bœsica fortem
 Vuinterstettana mittit de gente Vuilelimum.
 Steinfelsum dat steina suum: validoque potentem
 Ore manuqué, addit parua Altensteiga Rohardum;
 Stirpe Neosthenia, & claris maioribus ortum.
 Primam aciem iuuenum Neohuso semine cretus,
 Et Nothaftus agunt: stabulique equitumque magistri.
 Quos venatorum præses Hornneccius alto
 Excipit æripede: & varios dat in aëre gyros.
 Ceu quando moto per campum puluere turbo
 Vertitur: & paleæ circumstantur inanes,
 Carolus insequitur Renchingi nominis hæres:
 Iustitiae custos, legum tutela bonarum:
 Schlegeliusqué comes: nec non Vuolffgangus ab Endo
 Inclytus: eximijs clari virtutibus omnes.
 Tum Rizosthenius Vuinthezerusque sequuntur,
 Partheniusqué alter, sobolesqué Anuuilia Caspar.
 Tum Burger, patrioquæ ingens cognomine Bosnan,
 Vuolff. ab End. Ioachim. Daniel à Rizenstein. Lucas Vuinthezer. Christoph. à Partin. Ioan.
 Caspar ab Anuueil. Michael Burger. Salomon Bosnan à Vuolpershofen,

Iean. Christoph. à
 Zylhardi aule
 Magister.
 Rudolph. ab Hen-
 neberg. Ærari
 prefactus.
 Georg. Baumann
 & Joachimus à
 Quast cubicularij
 PRÆFECTI
 superiores in Mar-
 chionatu.
 Christoph. Kecheler a Suuendorff.
 Pforzheimensis.
 Ioan. Conrad. ab
 Vlm Rötele. si.
 Ioan. Hartmann ab
 Habsburg, Badou-
 illanus.
 Christ. Schöner à
 Straubenhardt,
 Liebocellensis.
 Vuilhelm pincer-
 na in Vuinterstet.
 Basigkheimensis.
 Salom. Mendel à
 Steinfels, Stei-
 nensis.
 Richard. Rohard,
 à Neustein, Al-
 tensteigenfis.
 Ludowic. à Neu-
 heusen. & Caspar
 Northaft, equitu
 & stabulor.ma-
 gistri.
 Phil. ab Horneck
 venatorum ma-
 gister.
 Car. à Renchinge.
 Sebæß. Schlegel à
 Grueln.

Marin. ab Aur. Vrbachiusqué, & Schornstettus: laus magna suorum:
 bact. Vuldeciusqué alacris, Meliorqué animosus Erores.
 Melch. à Schorn- Nectu Vnietstadij, perte florentis, mago
 fett. Nominis, egregia præstans virtute Philippe,
 Ioan. Turinus E- Prætereundus eris: nec tu Lembline vetusta
 finger à Vaildeck. Melchior Erer. Horckhemij pronate domo, cognomini illi:
 Philip. à Vuitstat Nec Bettendorfa de nobilitate Georgus.
 Philip. Lemblein Omnes quos ponè æripedes cinxere quaterni.
 ab Horckheim. Vnà opibus, dextraquè valens, animoqué benigno,
 Joan. Georg. à Bittendorff. Nicro aduentabat, de stirpe Georgus Ehinga:
 Geor. ab Ebingö. Cui socij accedunt, consanguinitate propinquai
 Joan. & Christop. Horneccij, & qui se Veninga à stirpe serebat
 Horneck. ab Homberg. Pleucardus: iuuenes dextraq; animoq; potentes.
 Pleucardus à Vennen. Sed quis Pierijs tot nomina versibus æquet?
 Laude quis exornet? fuerit quæ nuda referre
 Haud labor exiguis. nam non tot vere recenti,
 Per liquidum tranant coniunctis aera pennis,
 Quot simul æripedes celerant, equitesq; feruntur
 Ad Stuccardææ tendentes mœnia sedis.
 Omnibus his mixti volucrum toto agmine equorum
 Pueri Armigeri. Armigeri, vario cultu, cristiisque superbi,
 Incedunt pueri: pariterque ante ora parentum
 Frænatis lucent in equis: quos omnis euntes
 Sueuigenum mirata fremit Marchæq; iuuentus.
 Nani galeis teeti capita immatura iubatis,
 Cornea lata ferunt præfixo hastilia ferro
 Iamque ferè subeant Leobergæ mœnia sedis,
 Limite Tecciaco: cum Titan gurgite fessos
 Tingit equos: noctemque die labente reducit.
 Confidunt illic, grataque epulanter in vrbe
 Mœnibus optatis, atque inter tuta domorum.

LIBER

L I B B R T E R T I V S.

Posterius vix primo cœlum rubefecrat ortus
 Clara dies, tenuemq; polo dimouerat umbram
 Ac solito exierat formosior æquore Titan.
 Cum validi armorū proceres, legūq; potentes
 Purpureo velati habitu, cristiqué decori,
 Atq; auro insignes, & lata torque nitentes,
 Vndiq; conueniunt sacræ in penetralibus aulæ;
 Obvia laturi diuæ vestigia Nymphæ.
 Ante alios omnes Leobergæ ad mœnia Cattus
 Mittitur, Hassorum turma comitante, Georgus:
 Ut comes accedat sponsæ, Caroloqué parenti
 Orat, patriæ pollens dulcedine linguz,
 Tum quibus ærato cura est obsidere cætu
 Vicosq; & portas, magno sese agmine promunt.
 Et Stuccardæ progressi à limine ciues,
 Mille viri armati veniunt: hastataquæ plenis
 Agmina se fundunt latæ regionibus vrbis:
 Haud secus instructi ferro, quam si aspera Martis
 Pugna vocet. nec non niedijs in millibus adsunt
 Signiferi: ferroqué duces, auroqué corusci:
 Senfius, & validis fulgens Hofmannus in armis.
 State viri, & properè spatia in sua quisq; recedat,
 Alter ait ductorum: aciem simul ære coruscam
 Instruit: & iusto componit in ordine ciues.
 Prima securigeris statio datur: altera turma
 Quæ rapidum horrendis siphonibus euomit ignem.
 Post longas humeris soliti gestare sarissas,
 Ordine succedunt: quos tympana bina sequuntur
 Pulsa manu: carmenq; inter modulatur arundo
 Multifora buxo, subeunt duo signa deinceps:
 In croceo cerui flauentia cornua velo:
 Et pisces gemini, panesq; aquilæq; volucres.
 Inde bipenniferi, celeri cum velite claudunt

*Actæ armaturæ
pedis. um.**Dux pedis. um
Henricus Senf
à Saulburg.
Ioannes Hofman
prefectus inferi
Stuccardianus.*

Agmina: & infesto qui pugnant comminus ense.
 Hos aliz peditum simili statione cohortes
 Excipiuh: & signa duo tutantur in armis:
 Compositaque acie procedunt. qualiter olim
 Taurorum armentum graditur; rapidius Leones
 Erecta eeruice altis in montibus errant:
 Prædam expectantes, aut patria lustra tuentes.
 Ductores ipsi galeis ferroque corusci,
 Prima acie reliquum præcedunt fortiter agmen:
 Perq; vrbem, & vicos, & circum mœnia ducunt.
 Inde viros longa statuunt regio[n]e viarum,
 Disponuntque sacræ celsis à pontibus aulæ
 Vrbis ad egressus: vt iunctæ vmbone phalangis
 Altera pars laeuam teneat, pars altera dextram.
 Ipsos sed pontes, & festæ limina sedis
 Quadraginta æquo custodes ordine seruant.
 Hinc positi atque illinc, interstinctoqué nitentes
 Membrorum cultu. nam flauo candida vestis
 Intermixta micat subtegmine: fæminaq; arctè
 Dissuto sua bracca, genu tenus, ambit auctu.
 Pectora vestis obit, simili distincta colore,
 Emittens croceam cadentiè vellere telam:
 Pallaqué robustum precioso murice tergum
 Picta tegit, nigro Serum circumflua limbo.
 Tegmen inest capiti nigrum: quod flaua rubentia
 Crista colore micans, patrio de more, coronat.
 Sed duro præfixa manum regit ærc bipennis,
 Insignesq[ue]n[ti] viros telis radiantibus armat.
 Illi adstant circum, præsenti robore grandes
 Et frontem erecti: quales cum vertice celso
 Aeriæ quercus, aut summis montibus ornata
 Constiterint circum: scriuntque cacumina nubes.
 Ductores præsunt gemini. Oxenbachius alter,
 Vrbe Tubingæa custos fidissimus arcis,
 Bellorum gnarus, studioq[ue] vtriusque Mineruæ

Ioan. Hartmannus
 Oxenbach, Castelanus Tubingen-
 sis, Dux satelliti.

Inclytus:

Inclytus : & varios mores pro tempore doctus,
 Facundique oris, rebusque haud lentus agendis.
 Iamq; ferè medio Titan altissimus axe
 Fulgebat: rerumque leues contraxerat umbras:
 Obuia cum portis parat ire patentibus ingens
 Cum duce turba suo. Bifores dat buxea cantus
 Tibia & alterno pulsantur tympana ligno,
 Luduicum è thalamo properantem, à limine primo,
 Teccigenæ expectant. Ostro præsignis & auro
 Stat sonipes: tollitq; iubas, & surrigit aures,
 Fronto micant cristæ croceoquæ rubroqué colore
 Distinctæ: & niueis subuectæ in vertice pennis,
 Nec non & caudam cristis bicoloribus ingens
 Artificuni labor ornârat: phalerisque superbis,
 Et freno aurato, pictisque monilibus armos
 Comserat, auricomisq; lupis. Stat proxima ceruix
 Æripedis socij, simili redimita paratu.
 Sex alios etiam famuli cristisque decori:
 Instratosque ostro ali pedes, pictisque tapetis,
 Deducunt manibus pulcræ ad spectacula pompe.
 Aurea pectoribus demissa monilia pendent:
 Tecti auro, fuluum mandunt sub dentibus aurum.
 Tandem progreditur, magna stipante caterua,
 Luduicus princeps, nigro de vellere ducta
 Quem phrygiâ chlamys ornat acu: tremefactaque vento
 Crista duplex, nigrum velat pro more galerum:
 Inclusaque auro gemmæ, viridesque Smaragdi.
 Tum picturatae Tyrio subtegmine braccæ
 Circumdat femora: & stellatus iaspide fulua,
 Ensis inest lateri accinctus, vaginaque circum
 Aurea: quam varius puro circumligat auro
 Balteus, & tereti subuectit fibula gemma.
 Includit fortis nodis argentea suras
 Ocrea, & obrizo calcaria ducta metallo.
 Ante ducem pendent tormenta rotantia plumbum:

Quæ collo gestantur equi cælata figuris,
Ex osse & teneris subtili pollice lignis.
Hic septem intextæ, cum bis sex mensibus, artes;
Hic Musa, hic Charites, hic partes quattuor ahni.
Ordine procedunt reliqui Comitesq; Dicesq;
Marchiadæq;: sed ante alios Dux lætior omnes
Infert se medium Sponsus, suaq; agmina iungit.
Iam turmas equitum, de Vuirtembergidoz oræ
Nobilitate sati, terni primo ordine ducunt.
Quos tubicen sequitur, & curuo personat ære:
Tinnitusqué ciet venientis præco cateruz.
Hunc plebei equires octoq; deceniq; sequuntur,
Et qui pomposos manibus duxere caballos:
Ærea tum raucos edunt tria cornuâ bombos:
Pulsaq; tinnitus procul ærea cymbala tollunt.
Hinc celeri subiectus equo Ludouicus, ab alta
Spætius Hepfigia nomen qui dicit autum,
Promicat: vna omnes de nobilitate vetusta,
Teccia quos semper comites habet aula, sequuntur:
Quiq; manu ducis æra merent, gens strenua bello,
Præsidiumqué soli patrij: quiqué alma colonis
Iura fori dicunt, Teccæaque mœnia seruast:
Aut Vuirtembergo qui gaudent iure clientes.
Bis centum incedunt proceres, it pectore summo
Flexilis obtorti per collum circulus auri:

Ornatæ nobilum. Purpureis omnes sagulis, cristiisque decori,
Quas ruber & croceus permiscens ritè colores.
At tunicae manicis ostentant symbola dextris
Teccigenæ Sponsi. Videas insurgere curuis
Saltibus æripedes, & longos ducere gyros.
Proxima iamque tenent socio vestigia passu
Brandenburgiaci proceres: quos ære recurvo
Sex teretes acuere tubæ: & subiectus asello
Æra quatit Corybas, & ænea cymbala tundit:
Ducet equos prisce stirps Falcohania gentis:

Marscallus Bran-
dæburgicus, cum
suis rubicinibus &
Nobilium equi-
tatu.

Omnis

Omnis nobilitas quem Brandenburgica ponè
Subsequitur: Tyria præsignis sindone & ostro:
Cuius olorinæ nigricant in vertice cristæ.

Hos super Hassiaci caua cornua flatibus implent,
Tres numero: at valido Corybantia verbete quartus
Aëra ferit, totum Hermannus præueritus agmen
Terræ Marschallus Cattæ: quem cætera ponè
Nobilium sequitur Cattorum maxima turba:
Auro omnes culti, & Tyrio velamine tecti,
Et croceis albisqué ornati tempora cristi.

Hos inter Pogius patræ ciet agmina gentis,
Gentis Anhaltinæ ducunt quam rauca turbarum
Cornua: ad armatas animum stimulantia pugnas
Tinnitumque addunt latranti pelle lebetes.

Illum omnis procerum cætus comitatur euntem,
Quotquot Anhaltinis huoc aduenère caballis:
Torquibus insignes, rubrisqué in vertice cristi.

Pòst Hennæbergæ clagentes ærè recuruo,
Insonuère tubæ, & rauco caua tympana cantu
Insequitur procerum cætus, generosaqué pubes:
Scleusingæ quotquot cœlfis à mœnibus adsunt:
Tam vultu insignis, habitu quam vestis, & armis.
Illos Teccigenæ, Getulo murice picti,

Excipiunt gressu proceres, aulæqué Magistri,
Consiliumqué Dicis. Magnorum hinc turba Baronum,
Illustresqué equitant Comites ab origine nati.

Tum subito erumpunt portis, velut agmine facto,
Horrificoq; nouem resonantes murmure, claræ
Personuere tubæ, strepitumqué cauata dedere
Tympana, terribili reboantia rauca fragore.

Hic plangunt alij sublatis cymbala palmis:
Illiç buccina terrenti tonant ærea bombo:
Raucisonaque cœnt caua cornua voce boatum:
Barbaraq; horribili strepitant taratantara cantu.
Florea signa tubis, viridi volitantia velo,

Marscallus Haf-
sus cum suis tubi-
cinibus & Nobili-
bus.

Marscallus An-
haltinus, cum suis
tubicinibus &
Nobilibus.

Marscallus Hen-
nabergicus, cum
suis tubicinibus &
Nobiciibus.

Comites & Baro-
nes atq; officiales
Vuirtembergici.

Nouem tubicines
Vuirtembergici.

*Principes &
Duces.*

Quis Teccæ gentis depicta insignia, pendent:
 Iunctaque cum gemino, profulgent cornua pisces.
 Ipsi exinde Duces veniunt, rerumque potentes
 Magnarum Domini. Ludouicus præpete fertur
 Per medios insignis equo: lætusque secundo
 Marte ruit: quem purpureo fucata colore
 Vestis, & obrizo subnectit circulus auro.
 Qualis, vbi hyberna Lycia, Xanthoqué relicta,
 Delon Apollo suam petit: Inopamque reuisit.
 Exercetque choros: mistique altaria circum
 Myrmidores Cretesque fremunt, pictiq; Agathyrsi.
 Ipse inter medios graditur: vernoqué coronaat
 Flore caput radians: & crines implicat auro
 Haud aliter fidis cinctus ductoribus ibat
 Luduicus: tantum egregio decus evanescere.
 Insultat sonipes: pressisque repugnat habenis:
 Huc obuersus & huc: pedibus micat æreus ignis.
 Interdumque iubis altè sese arduus effert
 Interdum in gyrum gressus magno impete lunat:
 Proximus à d'extra graditur, pater optimus olli,
 Brandenburgiacæ Fridericus Marchio terræ:
 Conspicuus rubeisque genis, & fronte serena
 Arduus: & toto longum agmen vertice supra est.
 At Cattus lævæ Sponsi Ludouicus adhæret,
 Landgrauius, facie insignis: quem Vuestphalus albis
 Portat equus bicolor maculis vestigia primi
 Alba pedis: frontemque ostentans arduus albam.
 Tum subit Ascanius, prisci moderator Anhalti,
 Ernestus: cui terra fauet, cui pontus & æther:
 Saxonico subiectus equo clauditque sinistram.
 Hennæbergiacæ clarus de sanguine princeps.
 Ambo pij, fortisque viri: nequeam ipse priorem
 Dicere: nominibus potior tamen ille: sed huius
 Grandæva iam fila colo. tum gente Silesa
 Lignitius, celebris subit in vestigia Princeps,

Lippæusq;

Lippæusq; Simoni, Gulielmi nomine Catti:
 Cui Mompelgardis comes et Fridericus habenis:
 Haud vlo minor, ad lätum spectamen ituro,
 Oris & egregiæ præstanti munere formæ.

Quemque sui celres, pedibus perniciibus acti,
 Hinc illinc stipant: & equos comitantur heriles.

Vuirtembergiaci pretioso vellere cincti,
 Et tyrio pariter redimiti corpora fucco,
 Cristisque insignes, & versicoloribus armis,
 Nec minus haftigeri de nobilitate puelli

Cristatis lucent in equis: quos turbâ tuentum

Omnis miratur: Tyrio nam purpura succo

Vestit: & auratum Phrygia spectabile tela

Tegmen ineft capiti: quali Cyllenus ore

Pingitur, & Graius Ledæa caſſide Pollux.

Aureus it torques humeros & pectora circum:

Inquæ suo pendent bicolores vertice crista

Terga per, & celres Xantiq; & Arionis armos:

Lamina puniceas interplicat aurea cristas,

Pennaq; quam Sicoris quondam abiicit ardea in vndis.

In manibus gestant præfixa haftilia ferro:

Cælata ex auro. videas procedere longum

Agmen, æratas campo confistere turnas,

Currusque, & niueis tentoria candida velis.

Hinc equites, illinc pedites, peditumque manipi

Explicuere aciem: collataque signa tuentur:

Conuertuntque vias: nunc in se spicula tendunt

Infensi: pugnæque crient simulacra sub armis:

Talia per teneræ splendent haftilia pubis:

Quæ sponsi insequitur festiuuni principis agmen.

Tunc equitum insequitur nimbus · galeataque totis

Agmina prorumpunt portis: Teccæaque pubes,

Et Brandenburgi, Cattique, & Saxones altis

Sublimes in equis, atque Hennæberga iuuentus,

Et Mompelgardi, fortisque ad castra Silesi.

SELERES)

armigeri pueri.

Reliquæ Equitarum.

Omnis hi medios pedites, armataquē longē
 Pectora transequitant, nota regione viarum
 Iamquē ibat totus campis equitatus apertis,
 Diues equūm, diues pictāi vestis & auri.
 Puluereā erigitur nubes, tellusq; solutā
 Aduentuquē pedum, flatuq; trémiscit equorum.
 Qualis Threicio torquetur puluere campus:
 Cum Mauros gelidi propè flumina concitus Hebrei:
 Fulmineos exercet equos, Illi æquore toto
 Ante Eurum Boreamquē volant: gemit vltimia pulsū
 Terra pedum: tepidoquē calet rapida vngula rore.

Occursum Marchionis Badensis cum suo comitatu.

At manus interea campis Badana propinquat,
 Marchiaciquē duces, equitumquē exercitus omnis:
 Compositi numero in turmas. Dux CAROLVS ipse
 Agminis, ingenti lectica infertur & ægro
 Corpore, Dorothées firmat sponsalia natæ.
 Proximus incedit Catta virtute G E O R G V S,
 Landgrauio genitore satus: Tum Marchica fama
 E R N E S T V S genitrixq; & Dorothæa quadrigis
 Adiecta auratis equitum: quam longa sequuntur
 Agmina, tercentum validis deducta caballis.
 Haud procul à campo modicus iuga florea collis
 Valle caua attollit: summoquē in vertice montis
 Planicies circùm. tumulus, qui surgit in altum
Agger, quæ Samuel à Reischach Aulicus Magister excusat, descriptio.
 Castrorum in morem pinnis atque aggere cinctus.
 Agger erat, quinis distinctus partibus orbis
 Ad latera, & firmo circùm munimine septus:
 Reuschachia virtutis opus: tormentaque passim,
 Disposita in bigis, numero bis dena nouemque,
 Intus seruabat flammanti puluere fœta.
 Stant geminæ peditum coniuncto vmbone phalanges
 Armatæ ferro, cristis capita alta decoræ,
 Et conferre manum, pugnasqué ciere paratæ.
 In medio duo signa volant: niueisque nigrisque.
 Hinc, croceisque aptè distinctum partibus vnum:

Illinc,

Illinc, Canstadij nunc olim insigne paternum,
 In rubeo niueus lucebat Cænþarus vno.
 Tertia pars peditum opposito sua castra tenebat
 In tumulo: & circùm vexilla rubente ferebat
 Insignita cruce: ac minio flauentia mixto.
 Horrescit strictis seges ensibus æraqué fulgent
 Sole lacestata, & lucem sub nubila iactant.

Hoc tunc Marchiacam speculatus ab aggerre pubem,
 Tormento signum dat miles: & ignibus actis
 Personat aduentare Deam: lætisque manipli
 Vocibus auspicium, tæde plausere iugalis.

Iam Dux Tecciacus campos superauit apertos
 Conscenditqué iugum totoqué feruntur vtrinq;
 Agmine nec longis inter se passibus absunt:
 Cum subito tubicen fumantem pulu're campum
 Prospexit longè: Badensiaqué agmina vidit:
 Intonuitqué tuba! & signum dedit ære canoro:
 Omnes quem reliqui lituo clangente sequuntur.
 Tecciaci in primis, sponsæ quæ proxima turba
 Occurrit, subito et rumpunt clangore: suosqué
 Exhortantur equos stimulis: dominamque frementes
 Dorotheam excipiunt: ac fortia colla reflectunt
 Alipedumque circumqué datis referuntur habenis,
 Currum cingentes sponsæ. tunc stridulus aër
 Elisus liuis, conceptaque classica cornu
 Tolluntur: subit astra fragor, cœlumq; remugit.
 Postquam facta quies, & iam data copia fandi:
 Brandenburgiacus conuerso ad Marchica vultu
 Pectora, Dorotheamque tuens, carosq; parentes:
 Omnibus attentis platido sic incipit ore:
 Illustres pietate duces: fate sanguine diuūm
C A R O L E: tuqué potens animi virtutibus **A N N A,**
 Anna parens: & tu sanctæ geneticis imago
 Dorothee: & reliqui proceres: quod dextra secundent
 Fata, suoqué **D E V S** felici numine vertat:

Oratio Marchio-
nius Brandembur-
gicus.

Adsumus hic, spousæq; animis plaudentibus omnes
 Imus in occursum, ut festam comitemur ad urbem:
 Inquæ domos aulæ, veterum pro more penatum,
 Lætitia, ludisque viæ, plausuque frementes.
 Iamque adeò promptis animis & voce benigna
 Excipimus cunctos: quando haud sine numine CHRISTI
 Res tantæ eueniunt. illi sit gratia, soli
 Autori cœptorum operum: cui fœderæ leicti
 Casta placent: saluum quod tequæ tuosqué videre,
 Cognatasqué vrbes licitum, populosq; propinquos
 Marchiacis terris, & Vuirtembergidos ora
 Aspicere: in primis præstanti corpore natam
 Incolumem coram datur, illæsamqué tueri.
 Quare agite ô teatris omnes succeditæ nostris:
 Et vos Marchiaci cœtum celebrate fauentes:
 Ipse D E V S, miti qui temperat omnia nutu,
 Hunc lætum Suevisqué diem, Marchaque profectis
 Esse velit: nostrosqué huius meminisse nepotes.
 Dux ea pro cunctis: eadæ sibi quisque volebat.

*Reffonsa Land-
gravi Hassia.*

Tum Dicta Hassiacus leni sic voce secutus,
 Landgratio natus genitore, G E O R G I V S infit:
 Teccigenæ proceres, genus alto à sanguine diuūm,
 Et tu coniugio nuper dignate superbo
 D O R O T H E E S Ludouice tuæ, fortissime Princeps:
 Grata quidem nobis vestræ iudgentia mentis,
 Occursusq; ingens, & tanti signa fauoris.
 At non grata minus vestræ exoptata salutis
 Fama, quod incolumes coram vos cernimus ipsi
 Omnes: hue patrijs quotquot venistis ab oris:
 Iamq; itidem plaudenti omnes saluere iubemus:
 Voce: pijsq; animis felicia quæque precamur:
 Ut DEVS inceptuæ vultu fortunet amæno
 Coniugium. nam nos majoribus esse profectos
 Auspicijs manifesta fides, sed fœdera leicti
 Sortitur, voluitq; vices & tempora C H R I S T V S.

Quin

Quin igitur pacem æternam, paſtosqué Hymenæos
 Exercemus: adeſt, quam tota mente petiſtis,
 Vrſula Dorothee: fido comitata parente.
 Hanc ſumē, ô felix tanta Ludouice marita.
 Non erimus regno indecores: nec veſtra feretur
 Fama leuis, tanriqué adoleſeat gratia facti.
 Nec Vuirtembergos gremio excepiſle pigebit
 Marchiacam, thalami faciatam fœdere, Badam.
 Nanque hinc progeniem multa virtute futuram
 Egregiam, & veſtras quę feruet legibus vrbes,
 Auguror: &, ſi quid veri mens preuidet, opto.
 Dixerat: illum omnes vno ſimul ore ſequuntur:
 Atque iter inc̄ptum celerant rumore ſecundo,
 Progressi in turmis: partitoqué agmine fulgent.
 Ut primū ſtrepuere tubæ procul ærotanoro:
 Ocyus admotis impellunt æneas flammis
 Tormenta, ac rutili ſonitus imitantur Olympi:
 Horrificosqué cauis bombos ſiphonibus edunt.
 Sub pedibus mugire ſolum: totuſq; moueri
 Mons circum: & terris tremere omnia viſa repente.
 At procul ut patrij thalamos ſenſere paratos
 Principis, impositæ præcelsis montibus arces:
 Hinc Asperga tonat: tonat hinc magno impete Neiffa:
 Hinc Vuirtembergi ſinuosa cacumina montis,
 Illinc Vrachij collis iuga læta reſulant.
 Audijt hoc Nicri lacus: & ceder vnda Nagolti
 Conſtitit: & retro cesserunt flumina Glembi:
 Intremuitq; Oenns. penitusqué exterrita vifsa:
 Et patriæ curuis immugit ora cauernis.
 Cùm ſubitum, dictuqué oritur mirabile monſtrum.
 Nanque alto tumuli vibratus ab aggere fumus
 Cum ſonitu venit: & pictum candente fauilla
 Dorothees currum ante uolat: in ſtarq; coronæ,
 Per ſudum tranſit, cœli in regione Serena:
 Et procul in tenuem ex oculis euanuit auram,

*Eiſulari toruſ-
torum ex aggere
& vicini arcibus*

Tunc aliquis palmas cælo cum vōce tetendit:
 Omnipotens genitor, precibus si flectere nostris:
 Aspice nōs & quod C H R I S T I pietate mereinur,
 Auxilium præsta pater: atque hæc omnia firma:
Leporis occursum. Vix ea fatus erat senior: lepus ecce trementi
 Excessus sylua campum petit. ocyus illum,
 Ominis haud læti signum, comprendit agrestis
 Turba: duciq; adfert Lndouico præpes: at ipse,
 Si quod habes, medijs qui te offers cursibus, omen:
 In te vertatur: tuqué illud sanguine tollas.
 Sic ait: & leporem iugulari mandat: & æquo
 Munere dotatum Thyrfin dimittit agrestem.

*Prælii ludus ad
aggerem.*

Interea ad tumulum productas longa cohortes
 Explicit legio: & campo stetit agmen aperto:
 Sex centum armati siphonibus horrida ludunt
 Prælia tormentisq; tonant. micat igneus horror
 Siphonum, & fictis Mars ludicus errat in armis.
 Non secus, ac quondam collatis viribus hostes
 Cùm duo Marticolæ pugnant, ac prælia miscent.
 Ipse acres stimulos Mauors in pectore vertit:
 Bellatorq; animo D E V S incidit. ambo furorem
 Concipiunt: vitamqué audent pro laude pacisci.
 At lento progressi equites, cum virgine passu:
 Sensim decedunt campis, vrbique propinquant.
 Subter anhelat humus, depressoq; pondere tanto,
 Vix satis est tellus, & sparso puluere fumat.
 Est turris vasto suspectu, in mœnibus vrbis:
 Hinc tuba læticum sonitu dedit ærea signum.
*Appausucluim
adueniente Spon-
sa Illustriſſima.* Tum verò festiuia repens per mœnia clamor
 Tollitur, ipsa venit: vicosqué effusa per omnes
 Vndeque visendi studio, ruit obvia passim
 Turba hominum: canique senes, pueriq; tenelli,
 Et matres, castaque nurus, blandæque puellæ:
 Visuræ sponsam, & genialia vota daturæ.
 Illa subit, festæque rotis, illabitur vrbis:

Nobilium

Nobilium stipata manu, medio agmine equorum.
 Suspiciunt omnes vnam: stupor occupat omnes:
 Miranturq; decus formæ, egregiamq; iuuentam.
 Os rubrum, ætherias imitantia lumina flamas,
 Non hæc in terris facies humana moratur:
 Angelus est nobis cœlo demissus ab alto:
 Angelicus nuptæ vultus: Hæc angeli imago.
 Tunc aliquis grauior natu: cui plurima mento
 Canicies erat: attollens super Æthera vultum,
 Complodensq; ambas conspecta virginem palmas:
 Si numero non fallor, ait, nunc tertia lucis
 Hæc hora est: (& erat, turriq; sonabat ab alta)
 Tertius ô vtinam, decimæ post cornua Lunæ,
 Prodeat è bisnis patriæ custodibus hæres.
 Finierat, paruæ cùm diua adit altera portæ
 Limina: Velbergi stabant ibi quattuor vtres:
 Mænalirosqué modos & pastoralia labi is
 Murmura contabant Syluani: orisqué recursu,
 Dissimili tenuem variabant pollice ventum.
 Risit, vbi hos vedit, Nymphæ: risere cohortes
 Armatæ: risere duces, equitumqué cateruæ.
 Nec litui cessant vsquam cantare, tubæqué:
 Æneaq; alternis pulsâ vndiq; tympana palmis:
 Ventum erat ad sacras Ludouici principis ædes.
 Intus reginæ matres ducibusqué potentes
 Progenitæ patribus, diuino à stemmate Nymphæ,
 Circumstant, sanctamqué manent longo agmine nuptam
 Dorotheen, vario succinctæ tegmine vestis.
 Has inter prima confederat inclyta sella
 Æmilie: genitrix Friderici cara Georgi
 Marchiadæ hinc sponsi germanæ principis omnes:
 Landgrauia Heduuigis: parsqué Eleonora mariti
 Ascanij: & coiunx Henebergici Elisa Georgi:
 Quattuor innuptæ: Æmilie pia, Dorotheequæ,
 Cui Mariæ prænomeni inest, Sophieq; pudica,

*Velbergici verb-
enulary.*

*Ludowici, Duke
Vvirembergicæ
foreræ.*

Annaq; formoso præstantes corpore Nymphæ:
Synceraqué fide insigne, & moribus aptis.

Vna aberat, partu nuper detenta Sabina
Landgrauij coniux haud infœcunda Vuilelmi:
Sed binas dederat fraterna ad fœdera natas.

Instrumenta Musica in aula.
Vtq; aulæ tetigere fores: tum pulsa frequenter
Tympana dant sonitum, spolijs instrata caninis.
Dusuper harmonico completur pergula cantu:
Tibia cum lituis, & vocibus apta quaternis
Sambuca, Aonizquæ fides, & Lydia buxus:
Corneaqué arguto conspirat buccina flatu.

Postquam omnis procerum cœtus pertransiit aulam,
Egressus portâ, viridem quæ dicit in hortum:
Succeduntqué duces foribus, Tyrijsqué quadrigis
Dorothee inuecta, & pictis in curribus Anna,
Anna parens sponsæ, famulis stipata puellis:
Primus equo, in portis aulæ, Ludouicus ab alto
Desiluit: quem fida cohors imitata, relictis
Atterram defluxit equis, tum sponsa quadrigis
Descendit: gloresqué suas, longa atria circum
Ordine disposita, Comitesqué Ducesqué decoris
Ornatas cristi ostroqué nitente, salutat.

Inde Dea in superam LVDOVICI ducitur aulam
Principis. hic postquam medijs in sedibus omnes
Congressi: inq; vicem dextras iunxere: locumque,
Quo fuit arcanae licitum pervoluere curas,
Insidunt primus Badanæ Marchio terræ,
Iam tuus ô Ludouice socer, compellat amicis
Vocibus Amelium, & docto inbet ore profari
Pauca suæ natæ. Tunc facta silentia linguis:
Et dicto Amelius parens, ita farier infit:

*Oratio Badensis
Cancellary ad il-
lustris. Sponsam.*
Nympha decus patriæ prælustri sanguine creta:
Scis cui te genitor, qua dote, & fœdere quanto,
Intactam dederit nuptam, quantisque iugariit
Omnibus: neq; vocis eget res notior huius.

Iamq;

Iamqué adeo patrijs eductam fistimus oris
 Hac sede : & propriam genti cum dote dicamus
 Vuirtembergiacæ dominam : Sponsoq; maritam
L V D V I C O, æterno sociamus fœdere lesti.
 Sed quia dulcis amor regni : blandumq; potestas
 Nomen : & immemores solium natale nepotes
 Esse vetat : patriæqué omnes dulcedine terræ
 Ducimur : idcirco agnatae valedicere Badæ :
 Imperijqué omnes germanis linquere habenas
 Fratribus, & ratio, legesqué, & iura reposcunt,
 Nunc ergo amissos patriæ obliuiscere fines :
 Marchiadūmqq; omni cum posteritate penatum
 Cede solo : nullisqué armis , nec fraudibus ullis
 Imperium hic repetas : ac , ne tua dicta retractes,
 (Quanquam in te dubij nihil villa in parte relicturn)
 More fidem solito obstringas. Sic fatur: at illa
 More fidem soliro, sacramentoqué ligabat.
 Stuccardi interea portæ statione relicta,
 Decedunt ciues : iunctaque repente phalange,
 Dispositi totis ducuntur in ordine vicis :
 Plebs ferro velata caput : cœu castra subire
 Apparet: aut durum detrudere mœuibus hostem
 Tum se quisq; domum recipit: ruptoq; feruntur
 Agmine: pars urbis custodit cætera vicos :
 Et vigil augustæ præ mœnibus excubat aulæ :
 Quæ peregrè nuper patrijs aduenerat oris.

Pronus erat Titan : & clarâ luce peracta
 Hesperium rubeo pelagus temone petebat:
 Transferatqué dies : cùm iam socialia præstò
 Tempora festivaqué calet domus vtraq; pompa.
 Hinc gens Tecciacæ gaudet celeberrima terræ :
 Hinc templo se Bada parat tēdisqué maritis.
 Tympana pulsa sonant : & fervent atria flammis:
 Purpureoq; habitu pueri, gemmisqué decori,
 Bis sex, auratis redimiti colla catenis,

*Renuntiatio pa-
terni domini fa-
cta ab illustrissi-
mo sponso.*

*Processus in tem-
pla.*

Præcedunt: manibusq; faces & lumiua gestant.
 Cum sponso insequitur procerum manus omnis: & alta
 Quis propior de stirpe gradus, stant ordine primi:
 Omnes albentis tecti velamine tele.

C A R O L V S à dextra sacer: à leuaq; **G E O R G V S**
 Brandenburgiacæ Fridericus Marchio terræ:
 Hinc ingens Cattæ **L V D O V I C V S** gloria gentis,
 Landgrauius: prisci quem dux comitatur Anhalti.
 Proximus antiquo Comitum de semine ductus
 Hennæbergiadum: cui Mompelgardica fama
F R I D R I C V S claudit lævum latus: inde Simone
 Lippæ Ioachimus ouat comitante Silesus.
 Vualdeciusq; Comes, & Marchica fama Iacobus
 Succedunt, Comitumq; cohors, magniq; Barones:
 Et quos nobilitas æquat generosa Dynastis.

*Deductio sponsa
in templum.*

Tum Spōnsa egreditur, matrum præcincta corona,
D O R O T H E E, insignis facie: seruoq; virenti
 Luteolas velata comas, tergoq; fluentes:
 Candida quam circùm vestiuerauæ vndiq; palla.
 It comes à dextra Nymphæ candente **G E O R G V S**
 Landgrauius: læuam germanæ Marchio ducit
 Ernestus, nitidi demissò lumine vultus.

*Orodo principum
macronarum.*

A N N A parens sequitur genitrix annosa **Georgi**
 Brandenburgiaci, tum glorum excelsa caterua
 Hinc soror Heduuigis, Cattorum principis vxor:
 Illinc Ascanij pars Eleonora cubilis:
 Æmylieq; soror læuam comitatur **Elisæ**
 Hennæbergiadis, cælebs formosaq; virgo:
 Iam matura viro, iam plenis nubilis annis.
 Post Iacoba, trahens Badano à sanguine nomen:
 Et Sophie princeps Maria cum Dorothæa:
 Principeq; Ascania comitata superuenit Anna.
 Omnes Tecciacò ductæ d' semine Nymphæ:
 Et Catharina domus germen Lignizidos: omnes
 Velleribus niueis, & festa fronde reuinctæ:

Caftaq;

Castaque; purpureum fusæ super ora pudorem.
 Inde pares Comitum sociæ, sociæque; Baronum,
 Et natæ illustres, & nobilioribus ortæ
 Matronæ laribus, cum virginico comitatu,
 Rite superueniunt, vultuque; habituque; verendo.
 Incedunt binæ, generosa propago, puellæ,
 Expertes thalami: quarum genialia nondum
 Sub iuga ceruices niucas Hymenæus adegit.
 Ac velut Oceani cum stellæ oriuntur ab vndis:
 Sole parante suos tenebris abscondere vultus:
 Heliadum chorus insequitur, radijsque; micantem
 Auricomolunam cœtu, super æthera cingunt.
 Sic thalmi sacrum Luduico adeunte iugalis,
 Dorotheen casto cingebant agmine matres
 Teutonides: pars virginibus circum vndiq; fusæ,
 Ibant insignes auroque; ostroque; nitenti.

Est aulae in teatis patrio de marmore templum,
 Religione sacrum: miro quo honore nitebat,
 Velleribus Tyrijs, & rubro murice cultum.
 Intus suave sonant octo discrimina vocum:
 Tactaque; fila canunt Hymenæon, & atria fumant
 Succensis facibus, tandemque; ardente iugali.
 Ara fuit picto medijs in sedibus ostro
 Constrata, & sertis, & sacra fronde reuincta.
 Hanc, ubi peruentum diui intra limina templi,
 Protinus eximio Lucas Osiander amictu
 Insignis, reuerenter adit: precibusque litatis,
 Praefatus C H R I S T M, sacra connubialia laudat,
 Sponsum deinde vocat præco, fidamque sodalem.
 Ille vocatus adest: Sponsam comitantur euntem
 Ductores bini, fraterque herosque Georgus,
 Consistunt ambo. simul incipit ore sacerdos:
 Vuirtembergiadum princeps, fate sanguine diuinitum:
 Cui se pulchra viro dignata est iungere virgo
 Dorothee: ecquid adhuc pactos seruas Hymenæos?

Templum aucti.

LVCAS Osiander D. Ecclesiastes aulicus.

Copulatio matris noym.

Ille ait: & nutu præsentia fœdera firmat.
 Tunc pius ad Sponsam vertit diua ora fæcerdos:
 Badana de stirpe decus, castissima princeps,
 Tu quoque connubij æterno te fœdere iunctam
 Luduico affirms domino lectique iugalis
 Illæsam retinere fidem promittis? At illa
 Annuit, ore pio. tum dextram iungere dextræ
 Præcipit, & firmo nectit duo pectora vinclo.
 Jamq; habitis precibus, genialia carmina fundit
 Musicus: atq; octo redeunt discrimina vocum:
 Festaqué concordi subsultant limina cantu.

Letus genitalis.

Interior thalamo componit regia lectum,
 Stamine gemimato, picturatisqué tapetis:
 Purpureoqué torum consternit desuper ostro.
 Circum infecta croco pendent velamina Serum:
 Stragulaqué, antiquis hominum variata figuris,
 Heroum mira virtutes arte loquuntur.
 Talem nec Pelopì construxit Lydia lectum:
 Nec Bacchæ talem patri exercere Lyæo.
 Iam templo egressi sponso cum Principe patres
 Altum intrant thalamum: lectique in parte reponunt
 LVDVICVM: gradibusq; tori nituntur acernis.
 Tum virgo ducibus circumstipata duobus:
 Cinctaqué castaruni pulcro venit ordine matrum,
 Et grege virgineo. Niueas infecera signi
 Faxq; pudorq; genas: vt cùm quis sanguine candens
 Tingit ebur: vel mista rosis cùm lilia fulgent:
 Protinus in lectum sacra Dorotheæ locatur:
 Inquæ latus pia costa viri dedit, unde petita est.
 Exultant cum voce duces: genitorqué parenſisque
 Optima, & Ernestus frater, gloresqué nurusqué,
 Talia lœtifico dicunt exordia plausu:
 Qualia delectæ quondam cecinere Rebeccæ,
 Et Laban, & genitrix, & sancto Bathuel ore:
 O digno coniuncta viro, patrijqué per vrbes

Epithalamion.

Tecciacæ

Tecciacas regni consors: sis Vrsula felix:
 Et Vuirtembergos auge fœcunda penates:
 Ut natos natorum, & qui nascentur ab illis,
 In portis videas, & latæ mœnibus vrbis:
 Tequé colat populus: tibi Neccarus, & celer Oenus
 Serviat: & medijs præsis dux magna Sueuis.
 Sic omnes fremitu plaudunt, & vocibus isdem,
 Illi consurgunt iterum: thalamoqué relicto
 Omnes ad coenam lituis clangentibus ibant.
 Est aula in tectis, Zephyrum quæ spectat & vrbem:
 Splendida regifco luxu, aulaisque superbis.
 Huic epulæ, ditesquè tori, cœtusquæ ministrum
 Sipantur: pendent lychni laquearibus aureis
 Incensi: & flammis vincunt funalia noctem.
 Postquam hic multiplici confratæ sunt dape mense:
 Atq; omnes procerum convenit in atria cœtus:
 Tunc manibus lymphas dant nobiliore ministri
 Stripe sati: tonsisque ferunt mantilia villis.
 Innumeris circùm famuli: quibus ordine longo
 Cura suos spectare duces, nutusque tueri.
 Quadraginta alij de nobilitate ministri:
 Qui dapibus mensas onerent: & pocula ponant.
 Viqué sacras dedit ore preces: palmasque tetendit
 Ad cœlum, diuâ venerandus voce, sacerdos:
 Olli discubuere toris; & corpora sellis
 Auro præcultis, ostroqué rubente locârunt:
 Luduicus primùm sponsus, Nymphœqué deinceps
 Dorothee: & reliquæ iusta matresque virique
 Confidunt serie: & regalia corpora tosta
 Carne replent: ynoqué sitim curasque repellunt.
 Cuiq; suus domino cyathum pincerna ministrat:
 Et iuuenis docto regalia fercula cultro
 Chironomus secat, argentoqué imponit herili.

At reliqui Comites magni, clariqué Barones,
 Vxoresque horum, & generoso à sanguine natæ,

Locus cana,

Cana septiella.

*Locus in quo ead
marunt Comites
et Barones,*

Turri alta sacros posuerunt sedibus artus.

Locus in quo ca-
uarunt Nobiles. Nobilium verò tenet inferiora iuuentus

Atria, quæ alipedum testudo annexit equorum.

Hic centum mensis libantur pocula Bacchi:

Impositisque decem dapibus cœnatur: & humor
De Guidobergiaca bibitur sine fece lagena.

At suprà, aurata ponuntur fercula lance

Innumera, ante Duces: & septuaginta meraci

Funduntur vini species, liquidissimus humor.

Musica vocalis.

Postquam prima quies epulis, ~~mens~~ sequē remotæ:

Tum quinquaginta vocum cantusqué magistri

Congeminant plausus: numerosqué per alta volunt

Atria: dulcifonus ferit aurea sidera clamor.

Hic alij teneras imitantur gutture Nymphas:

Sirenumqué modos aptis concentibus edunt.

Sublimes alij iactant super omnia voces

Tempora: & albentes numeris imitantur olores.

Sunt, qui demissis superant pulmonibus vrsos:

Murmuraq; ingeminant è gutture ducta profundo.

Pars medio voluit vocum sacrata tenore

Carmina: pars numeris circum sonituque vagatur.

Mox fide conspicuus, cytharam ferit alter Iopas:

Baccinaqué, & Phrygijs intermodulatur arundo

Vocibus: impellit sambucæ pollice claves

Musagetes: setoqué chelys tractatur equino;

Et leuibus digitis testudo intercinit icta.

Non ea Deinodoci fuit olim gratia vatis:

Carmine qui fletum generosa mouit Vlyssi.

Non sic percussis sociauit carmina neruis.

Qui citharæ sonitu sylvas, animosqué ferarum,

Dis genitus vates, & saxa sonantia duxit.

Non sic Penelopes plectro, suauique refecit

Phemius ore procos non carminis autor Apollo,

Tam grata insonuit corda, aut ducedine vocis.

Ambrosios inter latices, epulasquá Deorum:

Musica instrumentalis.

Pelea

Pelea cùm Thetidi thalamo pater ipse iugaret:
 Aut Phryga, cùm Satyrum Tritonia arundine vellet
 Vincere, detractaque cuti, deglubere victimum.

Et iam finis erat coenæ, gratesqué peractæ
 Coelitibus: longam properè transitur in aulam.
 Magnificiçq; Duces, Comitesq; & clara Baronum
 Concio, nobiliumqué manus, castæqué maritæ
 Principe cum sponsa veniunt, gloruniq; caterua,
 Virginœqué choro. Videas incedere binas,
 Ordine: & inflexo reuereri poplite patres.
 Viginti manibus gestant, de stirpe ministri
 Nobiliore, faces: sparguntquæ per atria lucem.
Tunc oritur stridor liturum, clangorqué tubarum:
Aeneaque alternis tunduntur tympana palmis.

Nec mora, Dorothæen ducunt duo, Landgrauiusqué
 Marchioqué Ernestus, Ludouici ante ora mariti.
 Ille dat amplexus: dextræ inuoluitquæ sinistræ:
 Instituitqué choros. Præeunt cum Lampade iunctis
 Ascanius manibus princeps, æuoqué Georgus
 Grandior Hennæbergiacus: binique sequuntur
 Tædiferi, claris patriæ natalibus orti:
 Ad numerumq; mouent omnes genitalia crura,
 In medio pia nupta volans, cum Principe circum.
 Et roseo vultu, & rosea ceruice refulxit:
Ambrosiæque comæ diuinum vertice odorem
 Spirauère: pedes vestis pendebat ad imos:
 Et vera incessu patuit Dea, Proximus inde:
 Brandemburgiacus cum matre Georgius Anna,
 Principe Badana, molles agitare choreas
 Instituit: tædas præfert Ludouicus, & alter
 Nominis eiusdem, Cattorum maximusheros.
 Post ipse Ascanium Cattus capit Eleonoram,
 Exercetqué choros: ardenter lampada præfert
 Mompeligardæa clarus Fridericus ab vrbe
Quem comitem læua princeps deducit Anhalti.

Zones & apparatus Chorœrum.

Choragi, &c saltarium ordo.

Tertius ipse egit cum Catta Heduuige choream
 Ascanius princeps: tædas gesſere choragi
 Ligniti generis ductor, Cattusqué Georgus.
 Proximus Aemyliam tenet Hennæbergus: & apto
 Crure chorum senior pulcra cum principe dicit.
 Cui duo Marchigenæ Ernestus, fraterqué Iacobus
 Anteferunt tædas: & bini ponè sequuntur.
 Postquam omnes duxère choros, cum principe princeps
 Quisq; sua, solito magnorum ex more penatum:
 Tum præco lituis in cœtum convocat omnes,
 Iægerus Melior, viridi velatus amictu:
 Eloquio grauis, & multa laudabilis arte:
 Cucus sublimi nomen venerabile fama
 Eminet: & iuuenes prudentia præterit annos,
 Vsu edocta suo. tuus hic, clarissime quondam
 O Curti Francisc, comes: nunc te duce rapto,
 Successor tuus, & rerum tutela, bonarum.
 Expanso is libro, clarè sic farier infit:
 Illustres virtute duces, magnique Dynastæ,
 Et clari valida cum Nobilitate Barones:
 Tecciacus Princeps festum geniale, chorosqué
 Constituit varijs decorare hoc tempore ludis:
 Et multis certaminibus: quis Martia bello
 Præfudare parat, seſequé accendere virtus.
 Ergo vbi clara dies lucem mortalibus almam
 Tertia protulerit: radijsqué retexerit orbem:
 Prima Cataphractæ ponet certamina pugnæ,
 Carceribus missurus equos. Pòst libera metis,
 Alipedum colla occurſu iungentur equorum.
 Armati hinc pedites certabunt comminus hastis:
 Tunc vbi ſe ſextus ſuſtollet in æthere Titan.
 Venatum in nemus antiquum tendetur: & vſua.
 Distractus catulis, telo fodietur acuto.
 Luce deinde nouâ peregrino corpus amictu
 Larvati, appenſum ſudibus curretis ad orbem.

*Proclamatio cer-
taminum eque-
ſtrium voce pra-
eannæ.*

Præterea

Præterea octauo ludetur sole palæstra.

Quisquis equum cursu valet: & qui viribus audet:

Aut hasta incedit melior, longisque sarissis:

Cuncti adscint: meritæq; expectent præmia palmæ:

Dixerat: at Chelius, citharæque impulsor Iopas,

Concordes tereti versabant pollice ieruos,

Buccinaque inflatur, raroque foramine buxum

Affonat, & digitis sambuca interstrepit ista.

Tunc iterum exercet doctorum læta choræas

Concio, & ad numerum bini Comitumue Ducumue,

Aut terni socias ducunt saltando pueras.

Quattuor his tædas de nobilitate ministri

Anteferunt totidemque à tergo ponè sequuntur,

Tunc laxo veniunt succincti tegmine septem:

Sacchareque obductas important nauiter escas,

Auratis pateris, Panchæc cinnama terræ,

Fæniculumq; & amygdala, dulceq; cardiamomum,

Citreæ mala, cichoria, limonesque virentes.

Deliciasque oris, coriandrum, uidasque cubebas:

Sacchareque expressos, fictosque in imagine vultus,

Circumquaq; ferunt ducibusque pijsque dynastis,

Fœmineoque choro, reliquisq; ex ordine promunt.

Iamq; ubi tempus erat placide dare membra quieti:

Lucida siderios cum nox ostenderet ignes:

Dux sibi Dorotheen sumit Ludouicus: & altum

Lætus adit thalamum: niveis quem Diva lacertis,

Amplexuque fove molli. tum cætera pubes

Nobilium inflato per rara foramina buxo,

Tympana cum strepitant alterno verbere pulsa:

Tangit humum solidam pedibus, plauditq; choræas.

Ac veluti maribus coniunctæ in amore columbae,

Aëra per liquidum volitant, atque agmine facto,

Cingentes cœlum, ludunt stridentibus alis.

Sic iuveni virgo coniuncta, viroque marita.

Excent choræas: & toto pectore gaudent.

*Choræ ad sonitum
instrumentorum
Musicalium.*

*Concionum &
aliorum corum
dynastij.*

*Choræ ad sen-
tum tympans, &
buxafistula.*

Sed iam stellanti nox præcipitabat amictu :
 Suadebantque leues humentia sidera somnos.
 Discedunt omnes Nympheque, & læta iuuentus
 Nobilium: Comitumque cohors, magnique Barones.
 At vigil ærato seruat custodia muros
 Agmine regales: illi tutricibus armis
 Obsidere fores: vicos hi moenia circum,
 Excubias vigilant agunt, urbemque tuentur.

LIBER QVARTVS.

Procula Ostera vix summos spargebat lumine montes,
 Orta dies: cum primum alto se gurgite tollunt
 Ætherei Phætonis equi: lucemque reducunt.
 Iam clangore domus, sonitu iam regia mugit
 Festiuæ: acceptos longè auia compita frangunt,
 Multiplicantque sonos. apto stant ordine circum
 Magnanimique duces, ostroque ornata iuuentus.
*Proclamatio pri-
mi certaminis in-
tra carceres, in
diem sequentem.*
 Tunc Ludouicus ouans, domino stipatus anhalti.
 Ductore Ascanio, simul Alberto Hoëlôo,
 Armoruni socijs, præconis voce diserti,
 (Qui viridi rursum laxoque astabat amictu,) Incipit effari: Medium cum crastinus orbe
 Sol erit: & minimas à vertice fecerit umbras:
 Carceribus mittemus equos & ludicra circo
 Prælia miscentes fictis pugnabimus armis.
 Sed ne quis legum ignarus, temeraria sumat
 Arma: sub arbitrium prius omnia iudicis arma,
 Loricamque habilem subdat, hastamque trementem.
 Tum quo quisque virum successerit ordine portis,
 Hoc idem in pugnam veniat: vicibusque quaternis
 Aduersum rapido passu decurrat in hostem.
 Nec prius extenta celum direxerit ala:
 Quam flexi metam contingat carceris, æquo
 Tramite: nec capiat sibi subueniente ministro:

Nec

Nec metam feriat: nec equum, neu cingula lœdat
 Consortis: hec calcar inops, neu spicula perdat:
 Neu permuteat equos: nisi facti copia detur.
 Qui melior fuerit mercedem ritè capescet.
 Nam durum quisquis suprema in casside robur
 Fregerit: huic victrix concedet laurea primas.
 Proxima tum dabitur, qui rectam fortius hastam
 Gesserit. at galea quisquis, cristaqué decorus
 Iuerit ante alios, huic tertia præmia cedent,
 Nympharum arbitrio: quas iudex deligit equus.
 Ultima, qui plures in pugna ruperit hastas.
 Acne cui immerito tanti tribuantur honores:
 Cuiq; suus iudex aderit, qui præmia palmæ
 Partibus exæquet iustis: neq; enim vnius omnis
 Res penes arbitrium: sed erit Mars omnibus idem.
 Nam Brandenburgi partesqué locumque Georgi
 Burgmilchlingus habet: cui clarum ingensqué paternæ
 Nomen inest virtutis, & ipse exercitus armis.
 At Rechbergiaca de nobilitate creatus
 Ioannes, auratus eques, tutabitur æquas
 Teccigenūm partes. Badani nomine Carli
 Cranzus erit index, Geysbolzheimæa propago:
 Landgrauij inde vicem supplebit in ordine quarto,
 Burcardus, Cramiæ quem gentis nomen honorat.
 Stammer Anhaltini seruabit principis æqua
 Sorte locum: Ernesti ius officiumqué Georgi
 Hennébergiadæ geret Ostheimæius heros.
 His dictis superas contendunt rursus in aulas:
 Æmiliamq; legunt, Teccæo sanguinè natam,
 Et Badæ antiqua genitam de stirpe Iacobam,
 Gleichiæcæq; domus præstanti pectore Diuam
 Magdalina, ut galeæ obseruent insigne decorum.
 Protinus inde Duces caris cuui matribus adstant,
 Et Comites magni circùm, celsiq; Barones,
 Legatiq; omnes, patrioq; à limite ciues,

*Ludorum equi-
striaum confituti
Iudices.*

*Henric. Herman.
Baro, in Burg-
milchlingen.
Ioan. a Rechberg,
eques auratus.*

*Wilhelm Cranz,
à Geysbolzheim.*

*Burcard. a Cram
Arnol. Stammer
Bernhardus Mar-
schalck, ab Oß-
heim.*

*Virgines delecta
Iudices.*

*Æmilia ducissa,
Vuirtembergica.
Maria Iacobe,
Marchionissa Ba-
denis,
Magdalena Co-
mitissa, in
Gleichen.*

Munera portantes veniunt, aurique talenta :
 Certatimque nouis onerant connubia donis.
 Huc auro solidi calices, pretiosaquae vestis
 Congeritur : iuvenes, longoquae ex ordine matres,
 Stant circum, castaque nurus ante ora parentum.
 Aurum dat genitor: genitrix rarum Anna monile:
 At grauibus textam Fridericus Marchio torquem
 Baccaribus, gemmisque grauem: dat vincula Cattus
 Sponsae Ludvicus, gemmis auroque corusca.
 Crateras donant alij auratasque catenas,
 Ex auro pateras alij, viridesque smaragdos:
 Aut durum fibris adamanta: & iaspida fulvum:
 Chrysolithosve rubros: aut Arabios hyacinthos:
 Aut, qui cerulea renitent ferragine, turchos,
 Nec non & reliqui, quae cuique est copia, lati
 Dona ferunt: patrij cum primis ordine ciues,
 Vuirtembergici. Mœnibus è cunctis certatum dona tulerunt:
 Et terræ patribus commendavere duobus :

Eberard. Biden- Quorum alter præsul Bebenhusi flectit habendas:
bach. D. Abbas Denckendorfæ tenet alter limina sedis.
Bebenhusensis. Ambo graues pietate viri, virtutibus ambo
Bartholom. Ca- Insignes: quos oris honos, & gratia mentis,
scus, Præoficu- Et simplex animus, fiscoque remotus ab omni
Denckendorffen- Condecorat mirum, rerumque domesticus usus.
fis. Atque illi sponsæ regalia munera portant,
 Ingens argentum mensis, cælataque in auro
 Omnia, quæ possunt epulas ornare Deorum.
 Et teretes orbes, paterasque, & pura salina.
 Et centum obryzo cochlearia ducta metallo:
 Lanceasque, & magnos argentea vasæ catinos:
 Poculaque, argento perfecta, atque aspera signis:
 Furcillasque auro nitidas: colloque monile
 Baccatum, & viridi florentes igne smaragdos.
Manus Acad- Quin etiam rapido vicina Academia Nicro:
psia Tbingensis. Vuirtembergiacas Academia clara per urbes,

Crateræ

Cratera impressum signis, auroq; venuustum,
Ferrę sui dedit huc monumentum & pignus amoris.

Sed neq; grandiloqui deerant suavesq; poëtæ:

Qui sacra carminibus celebrarent fœdera doctis:

Votaq; pro thalamo facerent, divinaq; Nympha

Ac Ducas æternis inandarent nomina chartis.

Quorum de numero facundi Balthasar oris,

Bidembachus erat, rerum vir maximus usu,

Et sacro præstans divini codice verbi,

Ac Stuccardæ antistes doctissimus ædis:

Qui faciles Elegos, & amabile carmen amæno

Dictarat thalamo. Tum Græcæ gloria lingue

Crusius insignes mira dulcedine versus

Miserat: & lerido felix Epigrammate venit

Engelhardus ovans: & culti Musa Premeri:

Et breue laurigeri, sed doctum carmen Egolphi:

Et qui Dorothæ Ludouicum scribere finxit:

Dorotheenq; suo rescribere iussit Vlyssi:

Atq; alij plures, celebrant quos aurea virtus,

Et vigor ingenij, nec vena maligna Poëtas.

Omnibus his largo grates Dux ære rependit,

Musarum fautor: studijs excultus & ipse,

Ausonijq; nitore soni. nam tempore multo

Ingenuas animum facilem demisit in artes,

Cumq; alij spernant hac tempestate camænas,

Non secus ac porcum Iudæus apella, fabamq;

Pythagoras olim: solus Dux Teccius artes

Has amat, & magno ponit in honore poëtas.

Qualiter Augustus quondam: qui primus in urbe

Imperij solus placidas tractavit habenas:

Virgilij cultor cum Mæcenate benigno.

Perge decus Ludouice D E I, celebresq; poëtas

Affere: sic nullo nomen delebitur æuo:

Virtutesq; tuæ ventura in secula tendent.

Nam sacer & magnus vatuum labor omnia morti

Petraracum Carmen
in Napoletana.

M. Balthasar. Bi-
derbach, Eccl' ga-
Simecardianæ
præpositus.

M. Mort. Crispius
Græca Lingua in
in Academia
Tubingeri pro-
fessor.

M. Leonhardus
Engelhardt, pa-
dagogarcha Sime-
cardianus.

Ducis Ludouicis in
artem poëticam,
& liberalia stu-
dia munificens.

Præfipit: & populis donat mortalibus æuum.

*Gratiarum actio
faſa a CL. V. Io-* Iainq; vbi perfectis adſtabant ordine votis:

*anne Bräſtbergero
I. V. Dottore, &* Tum Braspergerus, vir consultissimus æqui,

*Cancellarie Viri
tembergensi.* Cuius in eſt ori vītrix opulentia linguae,

Canitiesq; animi iuuenis, magnumq; loquendi

Pondus, & attonitus sermo qui permouet aures,

Prodit: & in tales osleniter exerit orsus:

Illustres virtute duces, animisq; benignis:

Et quotquot sacras decoratum munere tēdas

Vndiq; vniſtis: Princeps Ludouicus, & vnā

Dorothee coniux, animi matrona pudici,

Pro donis & agunt & habent, quas reddere grates

Non opis est noſtræ. quis enim tot larga rependat

Munera? tot gemmas, auriq; eborisque talenta:

Tot rerum pretia, obryzo potiora metallo?

Quæ paucis non est comprehendere plurima verbis

Sed D E V S, humanos qui casus lege gubernat:

Et pia facta videt iudex, pro dotibus istis

Præmia digna ferat. Neque vos certasse priores

Officijs pigeat, dextræq; potentis honore.

Dum cœlum ſtellæ, dum voluet Neccarus vndas:

Robora dum paſcent ſylua, dum gramina campi:

Semper honos vester, nomenque decusque vigebit:

Nec larga è memori labentur pectore dona.

Hæc ait. at lituis ſonitum ærea cymbala miſcent.

Tunc rurſum delubra adeunt: patriqué supremo

Iura tori ſacrant: cui vincla iugalia curæ.

Ordine procedunt: Ludouicum cingit Anhalti

A lœua princeps: à dextra Carolus, aulæ

Durlachia custos, ſocer & pater optimus olli.

Accinctus lateri, Sponſo aptus iaspide fulua

Enſis erat: Tyria renitebat murice lœna,

Demissa ex humeris: Phrygius quæ tegmina fartner

Fecerat: & tenui telas diſcreuerat auro.

Tum reliqui veniunt Comites, clarique Dynastæ:

Nobiliumq;

*Proceſſus in tem-
plum.*

Nobiliumque manus sequitur, torquataq; pubes,
 At Brandenburgus dextram deducit etuncis
 Dorotheæ: leuam comitatur clarus in ora
 Hassiaca, Lani princeps Ludouicus ad vndas.
 Ipsa gerit pallam signis auroqué rigentem,
 Atque intertextas Serum fabegmine vestes:
 Auro picta sinus, auro radiata capillos:
 Aureola redimita caput venerabile vitta,
 Succedunt binæ matres: & poplite flexo
 Illustres dominos templi sub limine honorant.
 Hoc faciunt Comitum vxores, sociæq; Baronum:
 Hoc & nobilium faciunt natæqué parefqué
 Geminis insignes, & nigro murice & auro.
 Tunc iterum pictam LVCAS Osiander ad aram,
 Sanctiloquus vates procedit: & ordine leges,
 Sacraqué iura tori recitat: simul aduocat ambos.
 Constituit hic heros: claraque in luce resulxit
 Os humerosq; DEO similis, nanq; ipse decorem
 Ludouico ætherius genitor, lumenqué iuuentæ
 Purpureum, & lætos oculis afflārat honores.
 Sponsam deducunt cum principe Marchio Catto.
 Illa solum, fixos oculos deiecta, tuetur.
 Ambos inde rogat lecti de fœdere vates:
 Vnâne cura duos, & amor socialis haberet?
 Nec quenquam ille suo thalamum præferret amori:
 Nec quenquam illa procum Ludouico pluris in orbe
 Penderet? æqualine arderent pectora flammæ?
 Postquam ambo annuerant vati, pro more roganti:
 Dat dextram ille suæ vxori, dextram illâ marito.
 At sacer antistes ligat his connubia dictis:
 Fœdera vestra, DEI præstanti nūmine firmo:
 Qui pater est, natusqué illi flatusqué coæuus.
 Nec quisquam tali sociatas fœdere mentes,
 Soluere possit homo. Breuiter sic fatus, ad almas
 Hortatur simul ire preces. tum poplite prono

*Renatio Coniu-
sij.*

L

Incumbunt ostro, & CHRISTVM prece supplice poscant,
Nec mora bissex iactantur in æthera voces,

Canticum Ludwici Daseri, Archimusi Viurtebergensis, duodecim vocibus compositum.

Suave melos : lætumqué canunt Hymenæon : & aures
Grata cantores vocum dulcedine mulcent.
Ora modosqué regit Daserus, in arte peritus:
Egregijqué autor cantus, vocumqué magister.
Vix tale Orlandus modulatur arundine carmen :

Vix Clemens, cantumqué fugans fugiensqué vicissim :
Vix gravitate valens Iosquini Musica prisci.

Luca Osiandri Theologia Doctoris, & aulici Ecclesiastæ consilio en Psal. 45.

At pius interea solum concendit eburnum,
Verbaqué sacra canit divino ex ore sacerdos,
Et pia Iessæ memorat præsagia Regis,
Edita de sponsi mirando fædere C H R I S T I :

Quo sibi nos homines, magno ille jugavit amore:
Non secus, ac summus terræ regnator in oris
Reginam cum jure tori sibi copulat æquo,
Virginibus cinctam pulcris: de stirpe propinquis
Virginibus: quas pompa frequens & læta choræa
Cantibus augustæ deducit in atria sedis.

Vive Osiander sagax : mentis quem plurimus ornat
Synceræ candor, pietasqué animusqué pudenda.

Ambitione carens, miserâqué cupidine liber,

Liber avaritiâ, studiisqué hoc deditus ævo:

Linguarumq; trium gnarus : penitusq; loquentis

Hyblæis vox mixta favis: & dextera quavis

Arte potens: te tota colit Germanica tellus:

Te patriæ miratur humus : te suspicit aula.

Vive Osiander sagax : dum biblia sacra legentur

Nomen ubiq; tuum, laudesq; decusq; manebunt:

Finierat templi antistes : precibusqué peractis

Harmonici cecinere modi. post ordine cuncti

Delubro excedunt Domini, rerumqué potentes

Cum Sponso nuptaque duces, matrumq; corona.

Ante fores templi sacrata in veste sacerdos

Stecherus (dubium potius morum né probandus,

Ingeniūne

Ingeniique bonis, & acutæ indagine mentis)
 Astatat mensæ: pelviqué legebat aëna
 Dona Ducum: primus quorum Ludovicus apertis
 Dat centum manibus, donum prælustre, Daleros.
 Inde etiam reliquæ fulvo stipis ære coacto,
 Centum floreni'cum septuaginta duobus,
 Gratzæ pauperibus cumulantur munera dextræ.
 Hoc illud virtutis opus, dignumque potentij
 Principe largiri miseris: inopesqué leuare
 Sumtibus atq; humilem dignari munere plebem
 Nec sibi divitias avidâ seponere cistâ:
 Sed miserari ægros: rebusqué fluentibus uti
 Ad laudem CHRISTI. Superas hoc itur ad arces
 Tramite: & ætheriis æquantur numina divis
 Terrigenum regum. Nam seros ista nepotes
 Fama manet: patriæq; audet plebs dicere patres.

Iam templo egressis, signum specula edit ab alta,
Ære cavo tubicen: & cymbala rauca resultant:
 Tympanaque ærisono clangunt percussa fragore:
 Et duodena modos geminantque iterantque tonantes
Cornua: barbaricumque sonant taratantara cantum.
 It cœlo stridor lituūm, clangorqué tubarum.
 Tunc famuli instaurant epulas, mensisque reportant
 Dona laboratæ Cereris: Bacchumque ministrant:
 Orbisqué argento ductos in margine ponunt:
 Et super argentum tenui mantilia filo.
 At lecti juvenes certatim, aulæqué magistri.
 Dapsilibus largas important lancibus escas.
 Triginta, quis ferre dapes, & fercula mensis
 Ponere cura data est: sex aule equitumq; magistri
 Præcedunt, virgæq; viam moderamine monstrant,
 Qui primus sequitur, sex lances lancibus æquè
 Impositas gerit, & totidem cum lancibus escas.
 Hic gelidi salares, formaqué insigne leonis
 Artocreas, tortique orbes, atq; aurea mala:

Eleemosyna ex liberalitate principum & reliquo unâ templo exercitantium: quae colligebat M. Iod. Stecher alter cōsiderator amicus.

Prandy nuptiali descriptio,

Numerus ciborum edulium.

Hic insunt frixa in speciem farcimini sua:
 Et fartum artocreas sectorum carne caponum,
 Fascia bina ambit: gemino variata colore:
 Altera Tecciaco, flauæ succo altera Badæ.
 Tum reliqui incedunt, & fercula lauta catinis.
 Argento ductis gestant. hic leniter assos
 Infert porcellos: ille vros nomine gallos
 Quos dicunt, prunis assos cendentibus, addit.
 Hic pukem passis confectam porrigit vuis,
 Confectam ille pyris: agninan proxima carnem
 Secum in aromatico fert lanx argentea iure.
 Contusos alius fulgente paropside pullos:
 Iure alius sapido prædulcia amygdala promit:
 Artocreas alius completum carne ferina.
 Lucius huc etiam piperato iure paratus
 Fertur, & elixi raphano maiore capones,
 Et capit aprugnum, & pilaris copia turdi,
 Et trutæ argento positaæ meliore lacustres:
 Additur his, oleæ species pretiosa, colymbas,
 Et ventri vtilior, nec noxia capparis alto,
 Sequé laceffenti lacrymas motura sinapir.
 Acne sint fauci tantùm sua pabula; & omnis
 Esca fere solam lapsu descendat in aluum.
 Quatuor important oculorum pascua serui,
 Expressis formata fauis, cretaquæ tenaci,
 Et resina molli: viuoqué ornata colore.
 Primus vbi varijs insignem frondib' hortum:
 Et ceruis, aprisqué, canumqué indagine cinctum,
 Elatis gestat manibus: mensaque reponit.
 Illuc cernere erat, iuuenem cum coniuge nudos
 Arbore sub viridi stantes, & flaua rebelli
 Mala tenere manu: teretique volutante circum,
 Corticis amplexum truncos, spirisqué ligantem:
 Et vetitos colubrum suadentem carpere fructus.
 Proximus hinc nati fert incunabula CHRISTI,

Impositumq;

*Cibi appetitabiles,
 qui prima mensa
 illatis sunt.*

Impositumque illis iuxta praesepia nudum
 Infantem, radijs illustrem, oculisque decorum:
 Quem ferrugineo velamine mater amicta
 Haud villo nixu, sub luminis edidit auras:
 Et iam curuatis genibus ceu numen adorat:
 Conduplicataq; manus virgo, simul adstat eidem,
 Demissò vultu, senior Iosephus: & alto
 Nescio quid secum meditatur pectore retum.
 Hinc Asinus, hos hinc praesepibus exerit altis
 Attonitum caput: & regem veneratur Olympi.
 Tunc duo pastores altis è montibus adsunt:
 Rustica multifori fundentes carmina canna.
 In medio turres surgunt, atque aurea mala
 Frondibus arboreis pendent: regesque Sabazii
 Gressum illuc tendunt: & munera lata ferentes,
 Thure D E V M, regemque auro, stacteq; liquore
 Agnoscunt hominem: & votis precibusque fatigant.
 Tertius importat viridantem germine montem,
 Distinctumque iugis, turriq; & collibus altum
 Quatuor. hinc vuis pendet vendemia pictis:
 Hinc canibus lepores auidis agitantur, & apri.
 At celso tumuli saliunt è vertice fountes,
 Oppleti vino: quorum vni desuper altæ
 Quatuor insidunt pilæ, duo signa ferentes:
 Altera Tecciacæ, Badicidos altera gentis.
 Ipse cauis liquida latebris mons æstuat vnda:
 Sirenesque innant & amantes fluminq; Cycni.
 Quæ medio montis surgit de vertice, turris
 Tecciacæque insigne domus, gentisque Badanæ
 Ostentat: viue hanc intra latuere volucres:
 Quæ post emissæ, circum atria longa volarunt.

Postquam hac multiplici constructæ sunt dape mensæ:
 Inquæ locum venere duces, castæque maritæ,
 Et reliquæ illustri generatæ sanguine glotes:
 Numinæ trina vocat, passis de pectore palmis,

Cælicus antistes; precibusq; cibaria sacrat:

Consecrationem sensa Alme pateris hominum, qui cœlum numine torqueas:

Et terram vegetas: terræq; animantia servas:

In te fixa manent humani lumina vultus:

In te hærent oculi: & tu oculis nos aspicis et quis

Alme D E V S. largosq; cibos, alimentaq; præbes,

Optatae quoties venerunt tempora cœta.

Tu nobis dextram pandis pater alme benignam:

Tu pecudum genus omne cibas: tu quicquid ubiq;

Vitales auras carpit, recreasq; foveasq;

Sis bonus ô, felixq; tuis: & numine miti,

Appositas sacra mensis genialibus escas.

Sic ait, & prono leviter se poplite curvat:

Ordine discubunt omnes: cum compare primis

pum & principis. Ludovicus sellis princeps considere iussus:

Serum in nuptiali prædictio. Quas roseo ornabat conchylis purpura fuco

At sacer & socrus tractum tenuere secundum:

Hæc lœvam natæ, generi dextram obtinet ille.

Chironomusq; adstat iuxta, qui iussa perito

Cultello peragat: furcisq; apponat obuncis.

Æmilie dextram, Badano proxima Carlo,

Obtinuit mensæ sedem: patre Saxone natæ:

Quam Brandenburgus reveretur Marchio matrem.

Ipse sed opposito, mensæ sub margine sedit

Brandemburiades, Badanæ proximus Annæ,

Matri Dorotheæ: Ludouicum quarta recepit

Landgrauium series, dextro coniuncta sedili

Saxonice Æmilie. Heduuigem Marchio leuam.

Brandenburgus habet, cari è regione mariti.

Landgrauij ipsius pulvino dextera lœuo

Affidet Eleenora, decus: ductoris Anhalti

Fida vxor. partem adversam custodit Elisa

Hennæbergiadæ coniux: mediusq; duarum,

Landgraviæ Heduuigis nitet, atq; sororis Elisæ

Hennæbergiacæ Rheni legatis ab oris:

Heidelbergæ

Heidelbergæ Elector quem miserat urbe.
 Proximus affini princeps accumbit Elisæ
 Ascanius, Mariamquæ tenet de stirpe Iacobam
 Badana lœvam, Ernesto genitore creatam.
 Ipse Hennæbergus dextram tenet Eleonoræ
 Conjugis Ascaniæ : medius quos inter acuto
 Chironomon doctè secat omnia fercula cultro.
 Hinc sedet Æmylie, Cattusq; Georgius illinc;
 Landgravius de patre satus ; Teccæja virgo,
 Æmylie : & pleno formosa & nubilis ævo.
 Accumbit dextræ Æmylies Lignizius heros :
 Oppositamquæ tenet Dea Falcostheinia sellam
 Vrsula : natorum mater generosa bonorum
 Cui Moimpelgardus lœva de parte Dynastes
 Additus, oppositum sibi chironomontæ tuetur.
 At lœvam Sophie Lignizia Mompeligardi
 Fridrici claudit. reliquis tum facta sedendi
 Gloria. Chironomi Cleopha Sulzæia dextrum
 Tangit honesta latus : Lupiano juncta Simoni:
 Quem Cattus patriis Gulielmus miserat oris.
 Fronte sed adversa, Badani fama parentis
 Consideret Ernestus : Mariam sibi Dorotheam
 Lœvus habens : sponsi generosa fronte sororem.
 Hinc Lupiæ de stirpe Simon tenet ordine deno,
 Leusthenio dextram de stirpe propaginis Annam
 Carolus extremo confedit margine mensæ
 Zollerius : sponso vultu inque obvertit & ora
 Huic dexter Neomarchiacæ legatus adhæret
 Principis, opposito geniali pectore Nymphæ.
 Cuiq; suus pincerna adstat : qui pocula ministret
 Grata suo Domino seu Vuirtembergidos ora
 Nata : procul terris five importata remotis.
 Dumquæ abeunt curæ : positis dum vincitur escis
 Prima fames : circum pateris it Bacchus : & omnis
 Aula sonat: dapibusque Duces vinoquæ levantur.

Hic alius Rhodamum poscit, Laufæqué liquorem:
 Crateres alius laudat, poscitqne Rosazos:
 Vipachias alius phialas, Bigamumue Lyæum.
 Plus mador Eilfingus sapit huic, Heppachius illi;
 Huic Beinstana placent: huic Fellbachæa rubella.
 Ipse suos inter conuiuas tempora fallit,
 Egregijs totum exhillarans sermonibus agmen
 Sponsus, & instructæ lauta inter fercula mensæ
 Ore dapes modicas, & sobria pocula sumit:
 Exemplaque monet, fieri quid fas sit, honesto.

Proxima mensa illic, transuersa pâta locata,
 Ceperat instratis flamante sedilibus ostro
 Hinc Sophiam atq; Annam, Teccæo sanguine cretas,
 Germanas Ludquice tuas: quas Ascanis inter
 Anna sedet Maria, affini coniuncta forori
 Lignitiæ: & tenerè Catto de patre puellæ
 Heduuigis, Mariequé pij cognominis Annae:
 Atq; alij Comitum priscis natalibus ortæ.
 Accubat hinc Badæ generosus stirpe Iacobus,
 Dorothæ spôsæ frater, Comitumque iuuentus
 Falcosteiniadum, cognato stemmate iuncta.

At simul hujc amense famularis turba, dapesque
Vinaquæ multiplicè generosa sapore, locaret.
 Immittunt dæpibus dextræ, & pocula libant.
 Vidisses aptos Nympharum hoc ordinis mores:
 Vidisses animos demissa fronte pudicos:
 Vidisses primis vix pocula tacta labellis:
 O madidi fratres, quam vos hinc sumtro vellent
 Exemplum vitæ, cum sobrietatis amore:
 Ut similes essetis vestri infer pocula mores:
 Sed neq; defuerant oculorum passim sensæ
 Huic Comitum: lacer Hebreus crudeliter ora,
 Ora manusque ambas, & multa cæd oculentis
 Insertur: medios illapsus nocte latrones
 Vulneribus Samaritæ merum suffundit, & ægrum

Tollit

Tollithumo: ac pondo miserans imponit asello:
 Æraqué caponi numerat: medicumq; requirit.
 At duo sacrifici libro, ancipitique securi
 Prætereunt miserum. medio stat turris in orbe,
 Puniceis ornata rosis, & floribus aptis:

Iamq; vbi prima quies cepulis, lanceisq; remote:
 Protinus electi iuuenes, equitumque magistri
 Ordine procedunt: dapibusq; recentibus adstant.
 Primus amygdaleo concoctum iure ferebat
 Cygnumq; artificiq; anatem sartagine frixam:
 Et ceruo artocreas completem: & amygdala rotas
 Inferta, & trutas feruenti lance lacustres,
 Prunis aslatae, nigrasque paropside betas.
 Agninas alter gestat Liparensibus asias
 Ignibus. aslatae succedunt ordine permera,
 Caricaque hic frixa, & capitato brassica caule:
 India quoque parit, pauones ritè sequuntur.
 Amnicolas alias mustelas lancibus infert:
 Ceruorum lumbos aliis: quibus additur una
 Artocreas, forma aligeri præsigne ministri,
 Qui metuenda DEI per terras nuncia portan.
 His super adueniunt & mala cydonia, & Istri:
 Husones ducti fluvio, conchæque bivalves:
 Atque avis in speciem, vitulina carne repletum
 Artocreas: carnesque boum, & feruore lebetum
 Suffocatae intrant anates, nullaque bilibres.
 Nec desunt alij, qui ocalis sua pabula promant.
 Infertur Daniel, medio visendus in antro:
 Poplite qui flexo, & prece supplice numen adorata
 Proditor ante ipsum crudeli sanctius istu,
 Sancius ora iacet, lacertaque brachia, & ambo
 Tempora: disceptusque pedes: aterque cruentata
 Puluere: quem circum septem cinxere leones.
 Aureus infertur vitulus, surrectus in auras:
 Et pilæ insisteret alte: neptæque viri que

Secunda mensa.

Cibi appetitabiles
Secunda mensa.

Armati saltant circum, plauduntque choræas.

Illic cornigerum videoas irrumpere Mosen,

Irato horribilem vultu, sparsisque capillis,

Et fractas legum procul abiecisse tabellas.

Tum duo vitiferæ botrum regione reportant,

Missi exploratum Canæ telluris in oras:

Ingentemque ferunt humeris, paloq; racemum.

Est septo inclusus, platanoq; patente virescens

Hortus ibi, & clivo viridi peramœnus adhæret:

Pampineis umbris redimitæ, hederisq; columnæ.

Hic bini juvenes equitant, manibusque laceſſunt,

Certamen cursu, septa extra ilignca, pubem:

Sceptraq; fulmineosque enses, & signa ferentem.

Tres autem pila sublati gryphes in una,

Vuirtembergiacæ ostentant insignia gentis.

Ipsò in colle biceps, Iovis armiger, insidet ales,

At comitum mensæ lucus fragrantibus halans

Floribus, & variis infertur frondibus hirtæ

Castaneæ, mixtisque roſis, ramoqué cydonis,

Et garyophillis, & odorifero muscato:

Retia quem cingunt apto venatica nexu.

Tres illo catuli cervum venantur in horto:

Tres alii cepere anum, captumque retentant.

Quem duo sylvicolæ nudato comminus ense,

Cuspideque ærata invadunt, iactuqué cruentant.

Hinnuleos, leporesq; duos, cervumq; paventem

Vnus persequitur, Hiberna è gente, Melampus.

Postquam escæ patrum venere ante ora recentes:

Protinus artifici peragunt sua munia cultro,

Chironomi: inciduntq; dapes: orbiq; reponunt:

At Pincernæ opplent liquido manantia baccho

Cymbia: Vrangæosq; cados, cyathæsq; Nicræos,

Aut Stuccardæo ſpumantes rore cululos.

Pars Beitelbaccha laudat de vite rubellum:

Pars Vuettervini recreantem corda liquorem.

EA

Est, cui plus sapiat Guidobergi palmitis humor:
 Obleftant alium Monachorum è collibus orta
 Temeta: auratis pars Luppelbergia trullis
 Libat: & Ecvino Steinheimia pocula misceret.
 Exoritur plaususqué ducum, risusqué penatum:
 Laztitizqué hilarisqué joci sunt hospitā vina
 Inter, & appositæ solennia fercula mensæ.
 Tunc etiam citharā ingreditur rubicundus Iopas
 Aurata: & facilem lascivo pollice cantum
 Pertentat. tacta pulsus fide mæror, & omnis
 Cura abit ingeminant lætantia pectora plausum.
 Tibia mox etiam bifori convivia buxo,
 Et chelys, & concors testudo, & buccina molli
 Clara sono exhilarant atq; octo carmina vocum,
 Disparibus variata modis, concordia cantu,
 Argumenta sonant animi felicia læti.
 Hic canitur quicquid Clemens contexuit antè:
 Orlandus quicquid Boja meditatur in aula,
 Musarum vertex, atq; hac coryphæus in arte,
 Quatuor ex illo vidi græge, quatuor hujus
 Ante alias artis buxiqué chelysqué peritos:
 Qui quoties libuit, chelybus cecinere quaternis:
 Et varios lusere modos concordibus orsis:
 Inde eadem Phrygio modulati carmina buxo,
 Aptè conflabant: eadem mox buccina eburna
 Concinuere, tubæqué sono & testudine mixta:
 Interea mensam famuli amovere secundam:
 Importantqué novas patinis gemmantibus escas.
Tertia mensa
 Lucius in prima gestatur lance gelatus:
 Carpioq; infertus pastæ: & Pannonia pruna:
 Tortaque præsigni referens candentia forma
 Lilia: & Ambrosio puls' elixata Lyæo,
 Fert alius croceo coctos in jure capones:
 Ætnæis alius vitulinas ignibus assas:
 Elixos alius patina renitente lacustres;

Hic assos lepores : lixas cobitidas ille.
 Est etiam artocreas, geptis qui portat Iberz.
 Et pruna Vngariæ tortis incosta; catino
 Gallinas alias corylorum porrigit assas.
 His coctæ accedunt, grato nidore, volucres:
 Et rubri cancri, nigroque ex iure ferina,
 Et puls è malis : & que mortaria pinsunt,
 Liba : nec artocreas defit perdice resertum,
 Addunt his alij spectacula grata ministri;
 Quæq; oculos possunt atq; ora cibare tuentum.
 Cernere erat tergo validi Simsona Leonis
 Hærentem, rapidas manibus diuellere fauces:
 Et nulla clavia, non villo robore ferri,
 Immanem molem solis lacerare lacertis.
 Aurea cæsaries olli, barba aurea mento:
 Ceruleæque ornant manicæ, tunicæque rubentes:
 Quatuor exurgunt nemorosa valle columnæ
 Floribus insignes, rubrique albique coloris:
 Lilia quos variant candentia, & aurea mala.
 Proximus ingreditur phlamydem succinctus, & auro
 Conspicuus nitido, durisque Georgius arnus:
 Albenti sublimis equo: caput aurea cassis
 Obtegit, & rubræ & carentis fulgida crista
 Cornua. dependent aurata monilia collo,
 Ensem dextra gerit nudo mucrone coruscum:
 Læua domus Teccæ præfixa cuspidè signum:
 At draco terribilem pandens immanis hiatum,
 Ardentisque oculos suffictus sanguine & ira,
 Attollit caudam, sinuatque volumine terga,
 Ante ipsum: viridesque extendit longius alas.
 Virgo autem rubro carentiisque astat amictu
 Insignis, dextraque albentei sustinet agnum,
 Et florem læua: capitidiadema resulget
 Regale: & lacrymis oculi complentur obortis.
 Parte alia CHRISTVS, deuicta morte triumphat,

Infernī

Inferni spolijs felix: tumuloque resurgit.
 Cui ruber ex humeris nodo dependet amictus.
 Dextera tres tollit digitos, minimosque patenti
 Includit palmæ: vexillum insignie sinistra
 Ventilat. armati sera fib no[n]te sepulcrum
 Afferuant: vigilantque duo, dubi laminatione confundunt.
 Frondibus hic etiam consertus promittur hortus,
 Et comitum infertur, laute istra fercula, menisse.
 Hic nemus arboreum: præduro roborè quercus,
 Puniceusque viret rubus, & pirus, altaque prunus,
 Et Caryophyli flores, & amygdala circum.
 Hic catuli venantur apros, de gente Britannia
 Insignes animis. venator comitatus vnum
 Ense ferit aprum: hastili ead[em] alter acuto.
 Inde canes alij lepores sectrantur; & apros,
 Et ceruos capreasque agitant de montibus altis?
 Venantumque manus posstatum linea plagatum
 Circumstant, cursu[m]q[ue] motient, & cornua perfrante.
 Quin etiam cauea infertur: quam candida cingunt
 Lilia, cumque pyro, frondes rufisque cydonia.
 Intus viginti nidos habuere volacres.
 Atq[ue] h[oc] vt mensa super acescere secundæ,
 Apposita ante Duces: iterum sua munia cultro
 Chironomi peragunt: & festas orbibus escas
 Imponunt. ibi forte aperit caueam vnu[s]: & ecce
 Viginti erumpunt volucres; atque aera tranant.
 Nec minus ambrosios fundit pincerata liquores:
 Secnemium, Meni natum de colibus, hanustum:
 Et Manheimæum Rhenanis vitibus oreum:
 Durmistenioq[ue] aurum replent, paterasq[ue] coronant.
 Pars Datothalæum, pars Scharnicelina propinat
 Pocula: Pinolis alij carchæna inscent
 Granuillana cadis, Moschatelliisque sapores:
 Gujthemios alijs pretiosa dat amphora succos:
 Et quod Teutonio Ringoium nomine dicunt.

Nec vox Aonidum cessat resonare, lyræque
 Tibiaque, & suavi vocalis buccina cantu.
 Haud minus & Comites, veteriq; à stirpe Barones
 Tecciacis ineunt læti convivia tectis:
 Fungunturque epulis: & dulci munere Bacchi
 Diffundunt animos: & conjugalia festa
 Vnanimes celebrant, fremitusq; & jubila tollunt.
 Est turris, lateri quæ angusta sedis adhæret
 Contignatque duas tectis regalibus ædes:
 Parte rotunda sui, sublimique ardua cupro.
 Huc mensæ festæque dapes cœtusque ministrum
 Stipantur: nitidisque cohors gratissima tædis.
 Viginti apponunt mensis genialibus escas
 Magnoruni Comitum, de nobilitate ministri:
 Et duo præcedunt Equites, denique sequuntur
 Lancibus argento ductis, pulcroque paratu:
 Cui varias addit species pincerna Lyæi:
 Quæ cujusq; viri poterant sapuisse palato.
 At qui nobilium descendunt sanguine avorum,
 Hesternas repetunt sedes, epulisque fruuntur,
 Et centum prandent positis ex ordine mensis.
 Legati huc omnes, huc consiliarius omnis,
 Cultores Musarum omnes, omnesque patroni
 Convenere, sacris iussi discubere mensis,
 Vix cepere fores: angustaque deficit ædes.
 Nam neq; convivis tantum regale vocatis,
 Præbebat epulum tecto sub divite princeps:
 Spectantes etiam potuque ciboque levabat.
 Tertia penè fuit nostri pars arce Lycæi
 Tecciaça, & mediæ excepti penetralibus aulæ:
 Nanq; omnes Comites, omnes abidere Barones
 Gymnasio, sacræ spectatum foedera tædæ.
 Indolis egregiæ Comes huc Hoëlioïs ivit,
 Inlyta Gymnasii Fridericus portio nostri:
 Moribus & genio Laris exornator aviti.

Mensa Comitum
 & Baronum.

Mensa nobilium
 & legatorum.

Fridericus Comes
 in Hoëloë.

Hue

Huc iit Oetingo Ludovicus patre creatus
 Cum fratre Alberto: Comes ingeniosus uterq;
 Qui studij & placidæ cultores ambo Minervæ:
 Olim jura fori sacra, & ciuilia docti,
 Constituent pacem: & cives patriamqué fovebunt.
 Huc Castellano Vuolfgangus nobilis ortu:
 Prælustrisqué Comes: multaque insignis ab arte,
 Spectator venit. venit spectator ameno
 Polhemius vultu, veteri de gente Barorum
 Polhemia satus, & studiis addictus honestis:
 Egregiaqué animum docilem formatus ab arte.
 Huc Iorgeri ambo generosa stirpe celebres
 Venerunt: quos gentis honor, quos plurima virtus,
 Et doctrina sagax, & cultæ gratia lingue
 Ornat, & Ämoniis manus haud incommoda nervis.
 Ter quina bis dantur genialis ferula popinæ:
 Quæ Stuccardiaci portabant ordine cives:
 Et quadruplex vini species, generosa Lyæi
 Pocula: quæ largo fundebant munere servi:
 Nam geminus dapifer mensæ, & pincerna cuiq;
 Hospitis ad nutum potuqué ciboqué parati.
 Lætitia hic omnes, dapibusqué fruuntur opimis:
 Et Bacchi impletunt veteris, piguisqué ferinæ:
 Grataq; regifico tolluntur murmura luxu.
 Nec non & servi per limina læta frequentes,
 Convenere foro: prætoriaq; alta tenebant.
 Fercula sex illis mensa ponuntur acerna:
 Et duplex vini species, & mitia Nicri
 Pocula: Rhenano non inferiora Lyæo.
 Deniq; nulla domus tota fuit urbe dapumq;
Lætitiaq; expensæ festæ, gratiæ liquoris.
 Necdum finis erat regalibus additus escis:
 Finierantve Duces solennis gaudia mensæ:
Cum famulivasa important dape plena recenti:
 Et quartam variis mensam bellaribus ornant.

Ludovic. & Al.
 bertus, Comites
 in Oettingen.

Vuolfgang. Co-
 mes in Castell.

Georgius Ruper-
 tus, Baro in Pol-
 hem.

Ioannes, & Iean.
 Christoph. Ior-
 geri, L. Barones.

Mensa feruente
 & plenis.

Huc lactic Batatis, & Parthicus massa cocti

Infertur: patriaque expressus caseus ora:
Pemimataq; obducto candentia sacerdare: & albo
Sacchae bis cocti panes, & amygdala frixa.
Martius hue fertur panis, & saecharare dulci
Itria confecta: & fusco de saecharare fusca
Accedunt, albæque ex albo saecharare pupæ:
Bis coctique alij panes, & amygdala libis
Ac popanis infartæ suis, dulcesque placentæ:
Et pateræ innumerae, confecto saecharare plena:
Effigiesque auro pictæ, succique liquentes:
Pomaq; quæ credas surrepta sororibus Afris:
Qualique Alcinoi felix autumrus habebat.

Addunt luminibus reliqui sua pascita serui:
Quis aspectantum saturi recreentur ocelli.
Curtius huc fertur, niueo præculta amictu:
Et chlamydem aurato subnexus corpora limbo:
Et phalerato insignis equo: tegit orea suras
Nigra genu tenus: effulgente calcaria in auro.
Dextra gerit cæstum: pictas moderatur habenas
Læuaq; & æripede admisso tellurishiatum
Insilit: ac tristes explet moriendo lacunas.
Parte alia victor Iezraëlitica tendit
Lora Iehu: domitatq; rotas auriga volucres,
Sceptra manu gestans: cui fortia pectora circum
Aureus ut torques: & cœrulea pilea velant.
Temonem niuea terni subière iugales
Ceruice: & flavis frænati hunc ante lupatis,
Ponè sedet curru miles armatus eodem
Siphones gestans plumboque & puluere fetos.
Iuxta adstant bini, & currum comitantur herilem,
Tartarico informes habitu. Regna fenestris
In præceps Isabella ruit: manibusq; ministri
Voluitur in caput, excelsa de turre: canesq;
Faucibus expectant audis, & guttura pandunt.

Cibi appetitabiles
quarta mensa.

Fons

Fons etiam fertur dulci repletus Iaccho:
 Sirenes cui binæ innant, Cycnique canori.
 Supra ipsum viridi septo circumdatus hortus
 Sylvester homines alit, albicomosque leones.
 Mars ceraso residet, Majaqué Atlantide cretus:
 Quem juxta glomerantur aves: simulacraq; circùm
 Effulgent fidei, & terras quæ dirigit, artis.
 His super & septo munitum fertur ovile:
 Vndenæquæ gregantur oves: muscoqué virenti
 Vpilio venit: & juxtæ canis excubat albus.
 Tres alii immanem discerpunt undiq; corvum,
 Colle super viridi: geminos duo ponè leones
 Perdomitant, equitantque viri, frenoqué coërcent.

Iamq; ubi sunt mensis hæc addita fercula quartis:
 Reinfallium infundunt pincernæ, & Rhœtica vina.
 Et Malvae facros latices, & Pannenos oræ,
 Arbosæque merum, Claretaque pocula libant.

Potquam extincta sitis, & amor compressus edendi
 Dant manibus lymphas famuli: & mantilia ponunt.
 Consurgunt omnes. superis dat vota sacerdos:
 Et pro divino persolvit munere grates.
 Laudamus superum regem, coelique potentem,
 Terrarumq; DEVM: facilem, dextraque benigna
 Felicem dominum: cuius clementia mitis
 Nescit habere modum, sine cuncto fine superstes.
 Ille etiam brutæ pecudum dat pabula genti:
 Exauditque preces corvi: victumque roganti
 Sufficit: & pullos tectorum in culmine nutrit,
 Non illum alipedum delectat robur equorum:
 Non validi vis magni viri, non fortia crura
 Militis, & solidis quæ constat tibia uervis.
 Illum vera juvat pieas, mentisque recessus
 Simplicis: & solo fiducia nixa favore
 Numinis, ac flatu spes confirmata sacrato.
 Sit decus huic soli, laus soli, gloria soli,

*Gratiarum ad
post prandium.*

Gloria non ullis intermoritura diebus.

Dixit: & inflexis genibus, pro more, recessit.

Iamq; ferè prono sol lapsus in æthere curru,
 Ibat in Oceanum: festas agitare choræas,
 Instituunt Domini, tecto interiore per aulam:
 Consonuere tubæ: & casta cum conjugé Princeps
 Dorothea Ludovicis ovat: thyasosq; Hymenæo
 Inducit: reliqui quem déinde sequuntur: & apto
 Ordine quisq; sua saltat cum principe princeps
 Pulcrius haud ullum venit spectaculum in ora:
 Nec vidi hac serie quicquam formosius usquam:
 Brandenburgiaco quām cùm ducente Georgo,
 Iret Henæbergus consanguinitate propinquus,
 Vnanimesqué agerent ambo, sociasqué choræas:
 Prævia flectentes divæ vestigia nuptæ.
 Non secus ac supero cœli si cardine lapsi
 Iuppiter & Phœbus, flavis in vertice nodis:
 Ille suis Pisæ comites, hic per juga cynthi
 Circumagat: lætosqué choros & gaudia nestant.

Mendicorum ci-
batio.

Interea turbæ passim expediuntur egenæ,
 Omnes reliquæ mensarum, & divitis aulæ:
 Semesæ carnes, piscesqué, & copia panis
 Triticei, & sapidi largissima pocula vini.
 Mille viri festæ mendici in limine sedis,
 Ante urbem proprii subter munimine tecti
 Consedere: manusqué D E O, Sponsoq; rogantes
 Tendebant: lætumqué toro Pæana canebari.
 Illos porticibus Dux accipiebat in amplis:
 Pascebatqué viros. Vidisses pauperis alta
 Cornua, & antiquæ jucunda oblivia curæ
 Mæsticiam pellente mero. Vidi ipse frementes
 Læticia plausuqué viros per limina: vidi
 Claudorum immemores crurum, tractare choræas.

LIBER QVINTVS.

BInis erat festæ lucis, cænaquæ peracta;
 Nox subit: & fessos hominū sopor alligat artus:
 Cùm pecudes volucresq; filēt & longa quiescūt
 Murmura sylvarum: vitreoq; humentia rore
 Astra micant, tacitoquæ cadunt labentia motu.
 Vt primū lux alma data est, pulsisque tenebris
 Clara laboriferos cœlo Tithonia currus
 Extulit: & dictæ subeunt momenta diei:
 Protinus in medium Teccæi principis aulam
 Conveniunt: quibus aut animus decernere ferro,
 Moliriue hostem, aut venienti obsistere turmæ.
 Ipse inter medios præconis voce diserti
 Princeps effatur Cùm primū crastina cœlo
 Puniceis invecta rotis Aurora rubebit:
 Libera carceribus ponam certamina equorum.
 Quisquis in hanc igitur mecum descendere arenam
 Audebit, legum non immemor antè datarum,
 Loricamq; humeris habilem circumdet, & altæ
 Imponat cristam galeæ: sed ephippia vitet;
 Circumclusa: nefas certando talibus uti.
 Nec, nisi ter telo oppositum decurrat in hostem:
 Nec plures gladio, quam quinos inferat ictus:
 Excussumq; manu cataphractus sublevet ensim
 Mole sua: & propria ascendat virtute caballum.
 Qui primam cursu melior perfregerit hastam:
 Prima feret secum viðtricis præmia palmae:
 Altera, qui plures: sed tertia victor habebit
 Munera: qui melior quinos impegerit ictus.
 At grege conferto, qui præstantissimus ausis
 Fulserit: huic quartæ tribuentur præmia lauri.
 Pulchrior armorum ornatus sua gloria quinto:
 At rerum novitas fuerit sua gloria sexto:
 Qui verò ęripedum moderamina doctos equorum,

Proclamatio certamini equorum extra exercitus.

Ante alios poterit curvo se vertere gyro:
 Septimus huic tribuetur honos: octava merebit
 Præmia, qui reliquos cursores vicerit omnes
 Cornipedis service boni: at qui levibus armis
 Loricaq; ierit melior, feret ultima dona.
 Virgineo primum delectæ ex agmine Nymphæ,
 Et quintum nivea victorem fronde ligabunt.
 Macti animis omnes: ubi primum craftina cœlo
 Lux aderit, galeis se quisq; recentibus armet
 Et meritum pulcræ expectet virtutis honorem:

*Delecta indices è
 choro virgineo, ad Nec mora, præhistres muliebri ex agmine lectæ
 certamè equestre Tres adsunt Nymphæ: quarum socialia nondum
 extra parceret.*

*Anna Maria, Sub juga cervices Hymenæus egerat ardor.
 principi: An- Virginei decus Anna chori, generata parenta
 tallini filia. Ascanio: Sophieq; domo Lignizide nata,
 Catharina Sophia Atq; Engelshovio Catharina insignis ab ortu.*

*Catharina, ab En- Forte novus tecto interea successerat hospes
 gelshoven. Stirpe Palatina clarus sacroq; Georgus
 Adventus Geor. Ore: Bipontini soboles generosa Ruperti,*

*Ioannu, Duci Bi- Alsatia veniens: quæ Luzelstheinia rupes
 pontini & Palati- Vrbis sublimem attollit cum mœnibus arcem
 ni Comitiu ad Hic aulam ingressus, magna comitante caterva,*

*Rhenum. Voce salutantum excipitur matrumq; Ducumq;:
 Agnataq; domo, mensisq; locatur acernis,
 Convivas inter reliquos: ubi mitibus escis*

*Omnes sub mediæ recreantur tempora lucis.
 Ingeminant Suevi plausum, Cattiq; sequuntur:
 Et læti applaudunt Badani, & Saxones alta*

*Voce fremunt: animi nubes odiosa severi
 Exulat: & puræ patet indulgentia frontis.*

*Postquam deinde fames epulis, vinoq; remota est:
 Confestim mediæ post tempora lapsa diei,
 Bellatrix glomerare cohors: avidumqué videndi
 Vulgus, & armorum quibus est incognitus horror,*

In cir-

In circum subeunt, & aperti grama campi
 Ordine circumstant. pueri matresque nurusque
 Invalidique senes muros ac tecta domorum
 Obsedere: alii ramis sublimibus harent.
 Circus erat lati mediis in vallibus horti:
 Horti, qui festis horebat proximus aulis:
 Planicie insignis, fulva conspersus arena:
 Et scrupis tectus: cuius quater area centum
 Donga pedes, centumque & septuaginta vicissim
 Lata: domusq; Notum versus constructa tepentem,
 Longa pedes totidem: spectari unde omnia possent.
 Nec minus adverso Borez praetoria ab axe
 Bina solo stabant: vetus unum & marmore fultum:
 Vnde Dicum, Comitumque pares, natque, nurusq;
 Singula lustrarent ficti certamina belli.
 Arboreum, trabibusq; unum surgebat acernis
 Ad scenam & ludos erectum nuper equestris.
 Ipse locus cavez tabulis atq; assere circum
 Septus: & arctatis hederarum nexibus apte
 Munitus: fulvo quos lamina ducta metallo
 Stringebat, manibusque suis paloquē ligabat.
 At geminæ portæ celsum super aera ductæ:
 Triginta quinosque pedes utrinq; levatæ,
 Et sedecim latæ, ducibusque virisque patebant,
 Desuper effigies insignia quatuor hastas
 Gestabant, numeroque pares, pictoque colore.
 Pegasus has inter, supremo in culmine portæ
 Enfiferum volucri vectabat Persea tergo:
 Iam jam sublatis liquido super aere plantis,
 Cursurus celeri præceps per inane volatu.
 At campi in medio, crispanti ex abiete pactus
 Cácer erat, limes cursoribus: unde reverti
 Scirent, & longos ubi circumflectere cursus.
 Tum duo per circum conjunctis passibus errant:
 Curæ quibus, campo circumductare celetes:

*Circi descriptio.**Cácer.**Magistri Campi.*

- Bernhardus à Lichtenstein senior :
Wolfgangus à Dinstett.*
- Inquē sua statione viros, atq; arma locare.
 Horum alter Bernhardus erat: cui clara nītebat
 Stirpe Libostenia domus, & sua fortis
 Dextera tranquillæ medio de limite vitæ,
 In senium vergens: humeros innixus amictu
 Gramineo fortis. Alter Dinstettius, armis
 Hungaricis, & equo per campum Saxone fertur:
 Cui pellis latos humeros, erepta frementi
 Ursæ operit pariter caput ingens oris hiatus,
 Et male texere ursæ cum dentibus albis.
 Iamq; tubæ lituiqué sonant, & rauca resultant
 Tympana: multiforoqué canit cava tibia buxo.
 Procedit legio sponsi, Tecceaque plenis
 Agmina se fundunt portis: hinc Suevicus omnis,
 Saxoniusque ruit variis exercitus armis.
- Ingressus Dux Ludovici ad cer-
tamen equestre intra carceres.*
- Primi ibi promicuere novem litui, agmine juncto,
 Tympanaq; ærissonos horrendū edentia bombos:
 Quæ viridi pulcrum ornabat circumflua tela,
 Et variis florum vexilla coloribus aucta.
 Hic fulgent immixta rosis sua lilia pictis:
 Quæ candore albam possent superare pruinam.
 Hic caryophyllis stant juxta ligustra: suasqué
 Hic inter violas præmollis amaracus errat.
 Ipsos sessores viridis velabat amictus:
 Et viridis petaso fuitabat crista virenti,
 Par frontem pingebat equi, par segmina caudæ
 Cristarum ornatus, viridi splendore superbus.
 Inde Duces ludi veniunt, volucrumq; patroni
 Cursorum: simili redimiti corpora veste,
- Patroni & pravij armigeri.*
- Cristarumqué pari cultu, phalerisque lupisqué
 Äripedum, & caudis & picta fronte virentes.
 Quos inter bombycis opus, ceu gramine tinctum,
 Et culti variis ornatum floribus horti:
 Inscriptumqué notis, Ludovici è nomine primis,
 Vexillum celsa Lymburgus prætulit hasta.
- Vexillifer Ioā. Ba-
re in Lypspurg.*

Hunc

Hunc ponè insequitur prínceps clypeatus, & auro
 Squameus, & lorica habili, galeaque decorus;
 Qui se Liligerum cognomine finxerat Album,
 It tergo demissa virens à vertice crista
 Duplex: insigni penè æquiparanda Smaragdo,
 Textilibus formata modis: latus ense coruscō
 Armatum: qualis celso æthere fulget Orion.¹
 At sonipes habitu regali, & crine superbus
 Auricomō, & formæ sibi conscius erigit armos
 Altius: attollitque juba, gressusque recurvat.
 Fronte micant cristæ, vario cum flore virentes,
 Perq; armos gemino hinc illinc discrimine pendent,
 Et viridi phaleræ renitent, & frena colore:
 Luxuriantque suo gemmata monilia collo:
 Caudaque textilium vernis variata rosarum
 Floribus, attollit pro festis crinibus artem,
 Hinc intexta rosis candentia lilia rubris,
 Et molles violæ, Tyrio velamine pictæ
 Exornant tergum, prætiosaqué purpura pendet,
His inscripta notis: DIADEMA ES TV MIHI VITÆ.
 Suspiciunt omnes: operique intenta juventus
 Miratur plus posse manus, quam matris acutum
 Naturæ ingenium. Celeres Ducis agmina cingunt
 Sex hinc atq; illinc: similis quos ornat amictus
 Et similes cristæ. Reliquis eadem omnia: vultus,
 Arma, & equi, galeæq; leves, cristæq; comantes,
 Et phaleræ insignes: & par concordia voti.
 Te quoq; festivo viderunt æquore cives
 Spicula dirigere, & fortæ torquere lacertos:
 Qui tibi de roseo formâras clara rubore
 Nomina, Anhaltinæ duxor fortissime gentis,
 Alscania generose domo: quam pinguis culta
 Exercentque viri, Muldæq; solum irrigat amnis,
 Insultat sonipes, campoque potitus aperto,
 Emicat: arrectisque fremit cervicibus, altè

Comitum Dux
 Ludovici habitus
 Ingressus Ioach.
 Ernesti Principis
 Anhaltini, &
 Comitis Alscania,
 in circu.

Ingressus Alberti
Comitiū in Hoen-
loo, &c.

Advētūrūtūm
ingressus & pri-
mūs, Friderici,
Comitiū Vuittem-
bergici & Mome-
pelgardiaci.

Tubicines Mom,
Pelgardiaci.

Patroni & armi-
geri.

Luxurians: luduntqué jubæ per colla, per armos.

Quin & Hoenloidum, Comes, inclita fama parentum,

Alipede invectus, circo sese arduus infert,

Qui Rosiger nomen de rubro fecerat Indo.

Ipse habitu armorum niveus, niveique caballi,

Et cristaë albentes, & concolor infula cristaë.

Vix omnes steterant circo bipatente celetes,

Tres numero, sociis matusi viribus hostem:

Cum superadventat, Peligardis clarus ab oris

Illustris principes Fridericus. it agmine primo

Aere cavo tubicen trinus: flaventiaque aptè

Vela tubas ornant, purò de sindone facta:

Quis Montbelgardæ depicta insignia gentis.

Hinc raucos dant æra sonos: & tympana, velo

Circumfecta pari, teretes dant tinnula bombos:

Omnibus in nigro capitum velamine, nigræ,

Et croceæ fulgent mixto discrimine cristaë.

Pectora sindon obit flamenti murice tintus.

Et croceo intextæ lucent subtegmine braccæ.

It chlamys hæc circum nigranti vellere pulca,

Inq; suo manicas constringit fibula tergo.

At capita & caudas flavens velabat equinas

Cristarum ornatus, nigro cum flore jubarum,

Quin etiam flavis sonipes it terga tapetis

Infratus, nigro quæ circum purpura fuco,

Mæandri in morem varium Melibæa cucurrit,

Tum Mompelgardæ præfixa insignia gentis

Frōntibus: ostētant geminos cum virgine pisces.

Ordine succedunt terni sublimibus hastis

Armati: simili flamenti corpora veste:

Et patroni ipsi, patronorumque caballi.

Signifer hos inter Reuschacho nomine clarus,

Fridrici fidus custos, aulæq; Magister,

Consequitur medius, binoqué satellite cinctus;

Quos idem cum patronis ornārat amictus.

Ipse

Ipse Comes Fridericus, & ære indutus, & armis
 Squameus hærebant: surasqué incluserat ocrea
 Auro intertextis: nigro siaventia fuco,
 Suppara thoracem cingebant: nigraquæ tergum
 Exornabat equi, Mæandris purpura flavis:
 Et frontem & caudam cristarum ornabat amictus:
 Tum lateri valido Peligardum accinxerat ensem:
 Exultatqué animis: & spe jam dejicit hostem.
 It consors pugnæ, & paribus comitatur in armis
 Stirpe Leosthenia insignis, dextraquæ virili,
 Albertus: patriis vir non instruens armis,
 Et Thummus, Danusqué unæ, nec seignior illis
 Anvillusqué, & Bojemo Ianuizius ortu,
 Haluillusqué ingens, armorum in prælia tendunt.

*Comitatum,
Friderici Comi-
tatis, &c.*

Advenit huc, ficto qui sese nomine Suanum
 Dixerat, Heidecius: Grano comitatus anico,
 Et telis Adriane tuis, ac robore cinctus.
 Quos Brandenburgus certamen ad acre Georgus
 Misçrat: & clypei simul ipse insigne decorum
 Induerat: laterique auratum accinxerat ensem.
 Nec decus Ascaniæ memorabile defuit oræ
 Mititius: quem fida cohors comitatur, Iustus
 Heisius, & Binao satus, & Belziccius ingens:
 Exigui numero: sed bello vivida virtus.
 Nanq; omnes amor unus habet decernere ferro.
 Tres cecinere tubæ: quas vela rubentia, flavo
 Intermixta croco, varioqué emblemate picta
 Ornabant. it crista rubens & flava supino
 Vertice: nec picti alipedum sua terga tapetes,
 Destituunt croceo insignes, rubroqué colore.
 Da veniam Ascaniæ pubes fortissima terræ:
 Quòd mea nec galeam melius cristasqué, nec arma
 Calliope memorat. quis enim tot mira colorum
 Lumina. tot rerum facies discerneret unus?
 Non Lynceus, non ipse Argus, cognoscere visu

*Ingressus Bran-
demburgensem
solatum.*

*Ingressus Anhab-
riporum equitum,*

Omnia qui potuisset, erat. quantumlibet Argus
 Centum luminibus cinctum caput unus haberet;
 Et Lynceus oculis penetraret viscera terræ.
 Sed neq; quām pictis miles effulgeat armis:
 Nec quali veniat cristarum ornatus amictu,
 Intererit multum: si forti robore dextræ
 Bellica tractarit superatis hostibus arma,
 Hoc virtutis opus, maturaqué gloria palmæ.
 Eccé autem obscuro simulátus nomine Babo
 Cum Brisca venit: & clarus de gente vetusta
 Badigenūm Frisus: celebris cui gloria patrum,
 Et generis cui certat honos, animosaqué virtus.

Ingressus Baden-
gium equitum.

Certamen equo-
stre inter carcere

Dux Ludovicus
Eques de Alboli-
bius adversus Co-
quitem Fridericū.

Postquam omnes circi campum subiere patentis,
 Principiò loca sorte legunt: signoqué tubarum
 Voce repente dato, spatha in sua quisq; recedit.
 Prima pares ineunt longis certamina contis,
 Fridricus Comes, & galea Ludovicus opera
 Ille quidem juvenis: sed enim maturius ævo
 Robur inest, longosq; probat tener impetus annos.
 Considunt in equis, intentaque brachia telis
 Interni expectant signum: fiducia pallens
 Et pavor insinuat cordi, laudumqué cupido.
 Postquam utrinq; videt pugnæ constare paratos:
 Dat clarum tubicen signum: cum finibus ambo
 (Haud mora) proslucre suis: tenduntqué lacertis
 Spicula: & infindunt celeres calcaribus armos
 Præpetis: ac proni ferienda in pectora pendent.
 Tunc campi tremuere sono, terraqué soluta,
 Quantus Threiēcio, jactatur pulvere campus.
 Consonat omne nemus plausu fremituqué virorum,
 Et studiis hominum: ferit aurea sidera clamor.
 Iamqué ferè medio coniuncti carcere, durum
 Alter in alterius confregit casside robur.
 Inde iterum cursu conversi, alioqué recurfu
 Vibrabant hastas adversis frontibus ambo.

Non

Non fecus, ac quondam Ledæo gurgite Castor
 Polluci Oebaliis frater collusit habenis:
 Inq; vicem cedunt ambo, vincuntq; nec unquam
 Ambitiosa pios dissolvit gloria fratres.
 Ter cursus egere citos illisaqué telis
 Tela sonant: humeris diffultat pinus aenis:
 Et lituis aures circum pulsantur acutis.
 Saxonicos sublimis agit, pars altera pugnæ,
 Ernestus Ioachimus equos: subit obvius illi
 Albertus trabe fraxinea, Leusthenius heros.
 Et jam Thyrrenus mugire per æthera clangor
 Incipit atq; iterum coelo fragor intonat ingens.
 Cùm subito exiliere loco, rapidisque feruntur
 Passibus in numerum, manibusq; trementia vibrant
 Spicula: & æripedum sulcant calcaribus armos
 Non ita præcipiti decurrunt flumina lapsu,
 Nectanto Boreas gelida bacchatur ab Arcto
 Impete: non celeres sic exiluere sagittæ,
 Parthica quas valido torserunt brachia nervo.
 Ter concursum armis: hostem semel iceras orno
 Ductor Anhaltinus, semel hastam fregit acutam,
 Pectore in opposito. medium Leusthenius heros
 Perrupit lignum, pugnoqué impegit in ipso.
 Tunc etiam adversis campo decernere jussi
 Inter se studis Hoëlioicus atq; Anvvillus:
 Et partes tutari ambas, & bella movere.
 Ludicra: jamqué æquis constabant finibus amber
 Cùm tuba dat signum, percussaq; tympana saltant.
 Olli profiliunt, volucrī velocius Euro,
 Intentaque hastas hastis, pugnamq; laceslunt.
 Ter trabe concursum iligna: ter fregit acutum
 Robur Hoëlioicus: dextræ levis absuit error.
 Ecce iterum subit in notam Ludovicus arenam
 Liliger: & fortis gaudet concurrere Thummo:
 Qui Neoburgæo sese jactabat ab ortu,

Princeps Anhal-
tinus, Eques de
Rosarutea adver-
sus Albertus Co-
mitem in Leo-
phelin,

Comes Hohenlo-
ius, eques de Rosa
Indica, adversus
Vulff. ab An-
weil.

Dux Virtember-
gicus, Ludovicus
adversus Conrad,
Thū à Neuburg.

Iamqué decus galeæ, jam spicula longa gerebat
 Ductor : & ad lituos hilarem sonitusqué tubarum
 Impellebat equum. subitus cùm carcere Thummus
 Emicat opposito, & dura prior occupat hasta.

Vt duo præstantes virtute & robore, tauri,
 Vere novo egressi stabulis, per florea rura
 Cornibus invadunt altis, fesequé laceffunt.
 It longè fragor, & sparsæ tolluntur arenæ:
 Sic illi toto certabant corpore nixi;
 Et pede pulveream tollebant præpete nubem.

Principes Anhal-
tinus adversus
Jean. Georgium
ab Halveil.

Bis flûpit pinum ductor Ludovicus : at unam
 Perfregit Thummus : notaqué excessit arena.
 At Rosiger pugna rursum congressus equestris
 Halvillum invadit: geminisqué in cursibus hastas
 Confregit geminas : semel icit acumine summo.
 Nam D E V S intentæ dextræ non defuit usquam,
 Currentique addit calcar, viresqué ministrat:
 Nec quisquam melior toto certamine visus :
 Seu reflectere equum, & curvo contendere gyro:

comes Hoenloius
adversus Herma-
nium à Ianniz.

Iam conferre manum, & concurrere comminus audent
 Ductor Hoenlojus, natusqué è gente Boëma
 Hermannus Iannuiciades : præstantibus ausis,
 Ambo alacres, animo sed enim prior ille potenter.
 Insonuère tubæ : cùm freno Hoëlio Indus
 Emicat, & dura clypeum super intonat orno:
 Hermanhoqué, rudem nodis & cortice crudo,
 Intorquet summis adnixus viribus hastam.
 Dissiluit media, æthereas impulsa sub auras.

Dux Virtem-
bergicus adver-
sus Jean. Henric.
@ Dann.

Mox alios ineunt cursus, aliosqué recursus:
 Nec mora, nec requies: subitis cùm Liliger armis
 Emicat : & campo rursus fese arduus infert:
 Casside velatus : qualis Phithiotide quondam
 Pyrrhus erat galea, nitidusqué horrore corusco.
 Ecquis erit mecum, ô Iuvenes, qui comminus hasta

Certet

Certet: & æripedem sacro de carcere mittat?
 En, ait: atque manum pinu ferventior implet.
 Obvius huic telis venit in certamina Dannus:
 Dannus equo volucri, & rapidis confisus habenis.
 Bis cassæ periære viæ: Sed tertia Dannum
 Reddedit insignem, diffracta fortiter hasta.
 Pòst alij subeunt equites, pugnamqué lacescunt.
Ascanius Cygnum, te Graue Hoeloica virtus,
 Liliger Adriaden superat. tum facta potestas
 Miscendi Ascaniis adverso prælia campo.
 Primus ibi in puguam vibrato robore venit
 Miltitius, domino forti congressus: & hastam
 Ilius opposito valida vi, pectore rupit,
 Pectore Anhaltino. subit huic Bimeia virtus:
 Summaqué Hoehloï perstringit braochia telo.
 Liligeroccurrit ferventi robore Iustus
 Heistus: & geminas diffringit communis hastas.
 Vnam Belzicci rutila sub casside rumpit
Ascanius Rosiger: virtus Hoëlda Baboni
 Restitit: ac Briscam ductor superavit Anhalti:
 Frisius ancipiiti congressus Marte, ruentem
 Liligerum ter pronus init: ter perculit hasta:
 Sed nunquam valuit durum disrumpere lignum.
 Postquam omnes paribus certarunt communis armis:
 Et statio jam cuiq; datur sua: protinus acti
 In geminas acies: partitoqué agmine fulgent
 Haud mōra: confertim lituis clangentibus omnes
 Carcere promicuere sacro: rapidisque feruntur
 Passibus: & strepero dominant super æquore cursus
 Æripedum: tenduntqué manus, & lenta lacertis
 Spicula contorquent: cursuqué ictuqué lacescunt.
 Qualis Olympiaco redimitus tempora ramo
 Alcides ibat: talis certamen in illud
 Miltitius venit. denas nanq; illè novemque
 Diffregit pinus. It coelo clamor, & æra

*Reliquorum con-
gressus intra cer-
mina.*

*Universale certa-
men.*

*Virtus Nicolai à
Miltio, in illo
certamine.*

Verberibus percussa sonant: ceu culmine nimbus
Grandine cùm crepitat: dat stridula cornus acutum.
Fracta sonum: duroq; crepat sub verbere cassis.

Tunc etiam Rosiger fregit duo robora: & unum
Heisius, intortum vibrans sub casside lignum.

At Dux LudvVICUS, nondum certamine missio,
Agmen agens secum, cursus moderatur equorum.

Tres equitum numero turmas, ternosq; vagari
Præcipit: & campos longè jubet esse patentes.

Olli discurrere pares: atq; agmina terni

Diductis soluere choris: primosqué secuti,

Convertere vias: alternosqué orbibus orbes

Impediunt: cursusq; novant, variantq; recursus.

Non secus ac liquidis errans Meander in undis

Ludit: & incerto lapsu restuitqué fuitqué.

Obvius ipse sibi variarum amibage viarum:

Aut veluti Creta quondam Labyrinthus in alta,

Mille viis habuit dolum, & irremovable limen:

Multiplicemq; domus cæcæ, ancipitemq; laborem.

Haud aliter Germani equites vestigia flexu

Impediunt: variantqué vias, & limina cursu.

Devexo interea propior fit vesper Olympo:

Cùm celeres' digressi equites, tectoq; patenti

Succedunt: quos densa manus comitatur euntes.

Iam famuli instituunt coenam: mensisq; reponunt

Fercula: Dux omnes nota intra limina secum

Accipit: auratoqué Duces locat ipse sedili:

Præcipuumq; toro, & conchyli murice Anhaltum

Excipit Ascanium: solioqué imponit eburno.

Ordine tum reliqui accumbunt: dapibusqué fruuntur

Et fessas reparant Bacchæo nectare vires.

Postquam demta fames: & jam coelestibus actæ

Pro dapibus grates: repetunt ex more choræas.

Illic ductores exercent ordine primas,

More patrum solito; Comites quos ritè sequuntur.

Tunc

Tunc subito in medium, lituo clangente tubisq;;
 Iudicibus cinctus venit Hennæbergicus heros:
 Et primùm ante omnes victorem appellat Anhalti
 Sanguinis Ernestum: Roseo cognomine clarum:
 Nec Comes Albertus prælato invidit honori:
 Qui Roseum antiquo nomen formarunt ab Indo:
 Principis auricoma circumdat tempora lauro,
 Æmylie princeps: forma pulcherrima virgo:
 Sive animum spectes, seu dotes corporis æquas
 At Comitis Gleichæa Comes caput ornat honestum,
 Nec formæ, nec stirpis egens, pia Magdalisa: alto
 Stat capiti crinale aurum, colloqué monile:
 Argentoqué illusa sinus effulget amoenos.
 Tertius insequitur donis ac munere palmæ
 Milticius: viridi decoratus fronde capillos:
 Quam Catharina dabat vultu speciosa modesto
 Nympha, Engelshovio de stemmate nata, piisq;
 Multorum votis iam sepe optata procorum,
 Extremus, nitidis reliquos qui vicerat armis,
 Dux Ludovicus ovat: notum cui candida nomen
 Lilia donârant. patris illum fronde recenti;
 Filia Marchiadæ decorat Badana Iacobe.
 Auro ornata caput, morum dulcedine mentem:
 Quisq; sua vîctor choream cum virginie ludit:
 Nec litui cessant usquam resonare, tubæq;;
 Cymbalaqué alterno percussa frequentius iactu
 Ingeminant: donec vîctores ordine cuncti
 Luserunt: reliquæ tum copio facta catervæ;
 Miscendiquejocos, exercendiquechoreas:
 Iam chelis, & cytharæ plectro pulsantur eburno:
 Tibiaqué argutas emittit buxeæ voces:
 Et movet ad numerum genialia crura juventus:
 Festivasqué agitat hilari sub nocte choræas.
 Omnia tunc læto miscentur limina plausu:
 Omnis aberit mœror, cura omnis, & omnis amœno

Premierum di-
stributio.

Chorea.

Exultat è vultu nubes : procul oris amaror
 Aufugit : & grati succedunt tempora mellis.
 Et jam tranquillo lucebant sydera cœlo:
 Vibraturque vndis cœli stellantis imago :
 Omnia cum repetunt somnos : aulamq; reliquunt
 Nobilium proceres, thyasis satiataque pubes.
 Præ foribus vigiles, & crebrior excubat ignis.

At pater ætherius, rerum cui summa potestas.

Iamdudum lætis conjugere tristia rebus

Oratio Dei patri ad filium. Cogitat : & fatis miscere adversa secundis.

Ergo his unigenam verbis compellat I E S V M.

Nate, meæ vires, animi pars altera nostri:

Cernis, ut unanimi consurgant omnia plausu,

Tecciacos intra fines : sponsoque parique

Omnia gratentur : successuque acrior ipso

Sponsus ovet, tum præcipue generosus Anhalti

Ductor : quem palmæ sublimem gloria tollit :

Albertusque Comes, lauri vicitricis honore

Ingreditur, victorque viros supereminet omnes.

Sed fati secura quies, expersque malorum

Præcipitem rapit : & laudum surrecta cupido.

Nam morbi veteris, recidiviq; immemor æstus,

Quo lateru flagrant costæ, membranaq; flammis

Succensis ardet : quatit æger anhelitus artus :

In pugnas tamen ille ruit, ferturque veredo

Præpete nec vitam dubitat pro laude pacisci.

Nunc ergo hæc animo fige, & me percipe porrò,

Quid mediter: quæ nostro animo sententia surgat.

Quam primum medios tollet sol crastinus ortus :

Agmina concurrent ducibusq; & viribus æquis :

Eximiæque iterum laudis succensus honore,

Ascanius duris tentabit tela lacertis.

Nec Comes Albertus, roseo vir equestris ab Indo,

A campis aberit : Martemque virofq; lacesset.

His ego cunc animos, solidasque ad prælia vires

Injiciam

Injiciam: & stimulos acri sub pectore vertam.
 Nec moxa concurrent ambo, pugnæque minaci
 Succedent: animasq; in aperta pericula mittent.
 Nam fato Ascanius congressum victor iniquo,
 Præcipitem dabit Albertum: celeriq; ruentem
 Deturbabit equo: cadet ille, armisq; relictis
 Excedet pugna, & latos confundet amicos.
 Scis morem hunc nostrum, miscere adversa secundis:
 Sollicitumque aliquid latet offundere rebus:
 Et fati versare vices: ne, nescia nostri,
 Mens hōminum ruat in vetitum, securaque damni,
 Assuecat nimium præsentí fidere sorti
 Dixerat hæc genitor: contrà sic filius orsus.
 Neverò, ne tanta patēr certamina ponit
 Misericordie finas, coeant in ludicra Martis
 Prælia: & unanimis contendant fortiter armis.
 Nam cum latificos armes in prælia fratres
 Seria? cur hilares conspergas sanguine tædas?
 Parce pio generi: & propius res aspice gentis
 Teccigenum: quæ pacis amans tua justa capessit.
 Et nostris meritum templis imponit honorem,
 Aut si hic est animus duræ committere pugna
 Ductorem Ascanium, & generoso sanguine cretum
 Albertum: ne cruda viro discrimina vita
 Afferat hic casus, pater o pater optime cura:
 Quandoquidem morbo jam dudum urgetur acuto:
 Ne sit Anhaltinæ, culpet qui prælia dextræ:
 Aut aliquis thalami perturbet ludicra casus.
 Sic CHRISTVS: sic ora pater divina resolvit.
 Parce metu fili: nihil isthæc pugna malorum
 Afferet: immitis nec in ilia tendet arundo:
 Extrema tantum livebit pelle cicatrix.
 Sed veteris recidiva ibunt contagia morbi,
 Eripiuntque virum coeli vitalibus auris,
 Tum demum: thalami cum jam socialia festa

*Responso filij: &
intercessio.*

*Barrius responso ad
filium, et consolatio.*

Transierint: nequid Ludo vici cœpta sinistro.
 Omine perturbet. dabitur tibi nate, tuisqué
 Hoc precibus. quid enim genitor tibi nate recuset?
 Sic ait: at C H R I S T V S lacrymis affatur obortis:
Canticum CHRISTI in sinu patris. Quām cupere in tristi Albertum subducere fato?
 Ut caræ possem in columem servare maritæ:
 Ipsique Ascanio, culpam qui protinus omnem
 Transferet in scie profusi sanguinis insons.
 Sed quia sic tua fata volunt: atq; exitus illum
 Sorte manet: fiat genitor tua rite voluntas.
 Est sua cuiq; dies, supremaquæ funeris hora,
 Quam nemo effugiet, mortali sanguine cretus.
 Qui moritur hodie, cras idem funeris expers,
 Optatum peraget cum dis cœlestibus æcum.
 Dixerat: & gremio cari genitoris inhæsit,
 Amplexus placide, & Teccæ procul aspicit oras.

Iamqué rubescet radiis fulgentibus æther:
 Et roseis conjux ibat Tithonia bigis,
 Ducebatqué diem, referens opera atq; labores.
 Ipse viros princeps in cætum sponsus ab omni
 Parte vocat, sonitu pellis latrante caninæ,
 Tympana quem referunt alterno verbere tacta:
 Atq; intermodulans Phrygio cava tibi abuxo.
 Hic qui fortè velint fixo contendere gressu,
 Et pede collato certamen injre sarissis:
 Invitat pretiis animos, & præmia ponit:
 Sic clara in mediis præconis voce locutus.

Proclamatio ludi pedestrii. Accipite hæc animis, lætaq; ad vertite mentes.
 Sol ubi cras medium cœli conscenderit axem,
 Armatigaleis iterum, cristisque nitentes,
 Collatis pedibus, longas quas labimus hastas,
 Hoc etiam super armato Mavortia ludo
 Præsidare solet, se sequē ad tendere virtus:
 Ceu nondum audentes trans æquora longa tritemes,
 Tyrrhenamue hyemem, nigrumue laceisse Pontum;

Tranquille

Tranquillo prius arma lacu, clavumq; levesqué
Exercent remos, & prima pericula tentant.

- Sed nemo hac ausit tecum contendere pugna:

Cui sua nobilitas non sit majoribus orta

Patriis: veterum nec sanguine surgat avorum.

Nec nisi tres quatiat, quas judex approbat, hastas:

Nec quinos ultra mucronibus inferat ictus.

Oppositam nemo contingat robore metam:

Nemo hastam feriat, teritur quā sutilis alvo

Balteus & laterum juncturas fibula mordet.

Nulli etiam sua tela, sius nulli excidat ensis:

Nec feriat quisquam, sed tentam torqueat hastam:

Vaginaqué suum, dextræ vi, liberet ensem,

Nullius auxilio: nec tela incussa præhendat:

Excudit manu gladios, ictusue repellat,

Vtqué fatigatos licet alternare lacertos.

Sic uno tantū fas est configere pugno.

Qui galea clypeoqué aliis fulgentior ibit,

Nympharum arbitrio primus sua præmia tollet.

Altera, qui plures certando fregerit hastas,

Fulmineosqué enses. Sed nec sine munere abibit.

Tertius, & qui illum egregiè pugnando sequentur.

Macti animis iterum juvenes præstantibus ausis

Pro decore & palma totos intendite nervos.

Hæc cubi dicta dedit, galeamqué auroqué trilicem

Loricam induitur: fidoqué accingitur ense,

Nobilibus gemmis stellato, & jaspide fulva.

In tergo pendet duplice discrimine crista

E cono demissa, rubro croceoqué colore

Tincta: sed æripedum pretiosa tapetia rubro

Murice picta tegunt: quibus auri fulva metallo

Corda intexta micant: interseptisque figuris

Inscriptæ tres literulæ, nexusque ligatæ:

Quas Ludovicus habet fatali nomine primas.

Nam quæ prima loco venit: hæc tibi principis uno

*Leges & premia
in hoc certamine
proposita.*

*Dux Ludovicus
ad certamen equos
pro extra carceris
apparatus.*

*Mysterium in E-
terna. LVD.*

Dat nomen signo : dein Vuirtembergidos oram
 Altera ritè notat : Ductorem tertia signat.
 Ordine si verso relegas, tibi prima notabit
 Dorotheen sponsam. Sed nominis altera signum
 Vrsula erit : bina vice si geminabis eandem :
 Vxorem illius dicet, quem tertia signat :
 Vxorem, Ludovice tui Diadema vigoris.
 Et quisquam arcana neget hoc in nomine causas ?
 Aut hieroglyphicis nil credat inesse figuris ?

Ante tubæ cantant, simili quas pendula fuco,
 Et paribus vexilla notis circumflua velant:
 Punicusque virum redimit capitâ alta Tiaras.
 Et rubræ & croceæ pendent à vertice cristæ.
 Par habitus Celeres, pária ornamenta Patronos
 Armigerosq; omnes decorant : par cultus equorum
 Quotcunq; à tergo tè Dux Ludovice sequuntur.
 Quos inter princeps Fridericus densam orichalco
 Circundat loricam humeris : aptatq; coruscum
 Ensemqué Clypeumq; , & rubra cornua cristaæ :
 Quem Comes à Roseo sequitur fortissimus Indo,
 Albertus cognomen habens, cristiisque superbis
 Arduus, & gemmis multo fulgentibus auro :
 Leustheniusqué heros paribus comitatur in armis :
 Et Vualdpurgæus Dapifer, quem ponè sequuntur
 Bis deni juvenes, cristiisque auroqué corusci :
 Robore qui mentis forti, validisque lacertis
 Famam posthabita possunt extendere vita :
 Calthaliusqué & Ianuisus, simul Anvillusqué,
 Et Thummus celer, Halvillusq; , ruuntq; volantq;
 Frenatis in equis : quos armis indita vestit
 Purpura : dependent variata tapetia tergis.
 Hinc Lemblin, Berlipsq; & Braitenbachius adsunt,
 Venningique ambo, clypeoqué insignis Ehangus.
 Dannum Friergus sequitur : Gôlnizius acrem
 Ponè Lamersthenium : subit unà Laubenbergus :

*Comites &c Nobis
 les cum secuti, nu-
 mero 23, omnes
 Cataphæcti.*

Et

Et cum Vualdnero, mox Vibacchusq; celerqué
Sternenfelsus ovat generoso robore fretus.
Iamqué omnem caveam varia cinxere corona
Matronæ, pueriqué, senesqué, & lœta juventâ:
Nec non Tecciacis effusa penatibus ibat,
Cincta choro matrum, & populos in semet agebat
Dorothee: huic auro crines, huic pectora palla
Tota latent, castasq; tetit longa instita plantas.
Illam omnes dominibus vicisqué effusa juventus,
Turbaq; miratur matrum & prospectat euntēm,
Artonitis inhians animis: ut flammea circum
Formosam exornent faciem, Tyriusqué nitentes
Velez honor humeros: ut longa cyclade siccām
Verrat humum: ut flavos nectat crinale capillos.

*Speciem antium eam
flavum in circa,*

Sol medium cœli transiverat igneus orbem.
Iam rauçæ sonuêre tubæ: jam fortibus ardens
Fumat areña pedum plantis: clypeataquē totis
Agmina succedunt campis, cîrcoqué locantur.
Non sic Isthmiaco solennia littore quondam
Oenomai in magno fremuerunt agmina circō:
Non Nemeæ littus vidit, non Delphica Pytho
Tot fortis animos, armisqué tot apta gerendis
Pectora non antiqua Elis: non inclyta Pisa.
Ipse triumphalem cavez resonabilis arcum
Nunc subit Ascanius: subeuntem casside aëna
Lætifici plausus, missusqué ad littora vulgi
Clamor, & emeritis hilaris tuba nunciat armis.
Ponè it Milticius palmæ præsignis honore,
Binaviusqué comes, nec non & cinctus Iusto
Heyso Belzicius, pariterqué ad prælia tendunt.
Ferrea compago laterum, ferro alta teguntur
Pectora ferratis onerantur tempora sutis.
Icitur adversum solis jubar: ipsaque lucem
Armorum lux alma timet: ferit æthera fulgor.

*Ingressus Cœlestis
in circum.*

*Principis Anhal-
sini ingressus cum
quatuor Cata-
phæctis.*

Hic postquam steterant obliqua parte celetes,

In geminas divisi acies : Ludovicus aperto

Dux Ludovicus adversus Nicolaeum à Mikiæ. Æquore primus init pugnam, venit obvius illi
Milticius : telumqué rapit, Martemqué lacepsit.

Vt primùm tubicen signat: clangore tubarum
Extulit: & rauco strepuerunt omnia cantu.
Dux acrem concussit equum: simul impulit arma:
Et telum ardentis contorât robore dextræ.
Ter cataphractus equo currit: ter præterit hostem.
Sed quamquam certo nullus fuit error in hoste:
Non tamen optato tetigit conamine pectus:

Vtque hilare clypeum tantummodo transiit ictu.
Milticius verò extremo baleare recutsu
Confregit telum: strictis mox ensibus ambo
Incurrunt: quinosqué infligunt fortiter ictus,
Bini abeunt cassi: perumpit tertiusensem,
Milticii incussus ferventi robore dextræ.

Comes Fridericus adversus Henricum à Binav. His bini subeunt, postquam data copia pugnæ,
Obnoxiusq; humeris Fridericus, & acer in armis
Binavius: sonipes fese attollebat in auras
Mompelgardæi Comitis: gressusqué plicabat
Pegaseum spirans animum. signo inde repente
Corripiunt spatia audito, metasqué relinquunt.
It cœlo clamorqué virūm, clangorq; tubarum.

Princeps Anhaltinus adversus Comitem Alber- tum ab Hoenloë. Tunc etiam Ascanius gestit decurrere campo:
Disquiritq; parem: quis enim, circō, inquit, aperto
Pervolet: & mecum certet fulgentibus armis?
Tum Comes Albertus simulato Hoēlous ab Indoc
Et lauro caput ornatus, palmaqué recenti,
Profilit: ac procul infesta subit obvius hasta.
Constitit Ascanius: telumqué obvertit in illum:
Certaqué victrici direxit spicula dextra:
Non aliter, quam Pisæo sua lustra tonanti
Cùm redeunt: illâc tendit Træzenius heros,
Hâc Ixionides, & ludicra prælia miscent.
Qui dominis, idem ardor equis: face lumina furgunt:

Ora

Ora sonant morsu: putrem terit ungula campum.
 Et jam Tyrrhenus mugiri per æthera clangor
 Incipit: atq; iterum cœlo fragor intonat ingens,
 Olli in pulvereum lituis clangentibus æquor
 Profiliunt: tenduntq; manus & spicula vibrant,
 Diffilit, Ascanii confracta hastile sub ansa,
 Pectore in adverso; pinum rapit inde recentem;
 Inq; Rosam Indæam prono mox impete fertur:
 Et tunc equi valida cervice reiectum
 Irruit, ac summo degustat vulnere corpus:
 Sutilis ærata teritur quæ baltheus alvo:
 Et clypei extremas juncturas vincula mordent,
 Ingeminant clamore viæ totusqué remugit
 Mons circùm; & vocem latè nemora alta remittunt,
 Lora excussa manu: retroqué in terga volutus
 Pendet equo infelix: ocreisque nitentibus hæret:
 Hærentem excipiunt famuli, collapsaq; membra
 Marmoreo referunt tecto: stratisq; reponunt.
 Tum datur auratis concurrere comminus armis,
 Leufthenio Comiti: stridenti huic obvius hasta
 Binavius, rursum circa succedit aperto.
 Cornipedis salière jubæ: atq; arrectus in auras
 Constitit: & celsis dominum suspendit habenis.
 At tuba lætificis pulsat clangoribus aures:
 Confessum & caveæ sonitu perfundit acuto,
 Leufthenii summa diffringit casside telum
 Binavius: reliquis dein icit cursibus hastam.
 Ense fuit melior stricto Leufthenius heros.
 Heysius hinc Iustus, Dapiferq; huic Carolus ore
 Obvius ærato subeunt certamen eodem
 Æquore. concinuere tubæ: volat ocyor Euro
 Carolus, & medio cristam deturbat Iusto,
 Inde ubi nudato certatur comminus ense:
 Ense ferit Iustum: resonat tinnitibus ensis
 Illius; & capulo manus excidit. ille repente

*Comes Hoenloius
equo excutitur.*

*Comes Leofsteini-
us, adversus Hen-
ricum à Binam.*

*Carolus Dapifer à
Vualpurg. adver-
sus Iustum Heyß.*

Georgius à Cal- Desfuit cataphractus equo: ferrumque resumit.
 senthal, adversus Fecit idem dapifer mayorte haud impare vicit:
 Joachimum à Bel- Sed binis melior Iusto fuit istibus Heyso.
 Hick.
 Herman à Lanuz Ob vius Vlrico, Veningi nomen habenti.
 adversus Vlricū Ac Braitenbachum tu telo Anvvile petisti.
 à Veningen. Vis animi vobis: sed fors odio sa repugnat.
 Ioā. Wolff. ab An- Interea sublimis equo se Thummius infert.
 vveil, adversus In medios, gladio Lammersteiniusque obtrifco.
 Fridericum à Compressi freno transfigurat anhelitas oris:
 Braistenbach. Stare loco nescit sonipes: vestigia mille
 Conradus Thum, Ante fugam pereunt: cornu grave rugit aēno.
 adversus Theodo- Horrisonus tubicen: citius jaculoque notoque
 ricum à Lamers- Fertur equus Thummī: bis pinu erravit acuta:
 beim. Extremo telum venienti impegit in hoste.
 Thummius in cursu: gladium ter percutit idem.
 Vuernher. à Neu- At Novohusæus contrâ fulgentibus armis.
 hausen, adversus Vualdnero ardenti sese tulit obvius: inque
 Joan. Iacobum Primo congressu vibratam pertudit hastam:
 Vualdner, à Et primo gladium confregit fortior ieu:
 Freundstein. Irrita Vualdneri suit hoc certamine pinus:
 Wolff. Heinricus Irrita Lemblini pinus, & pinus Ehingi,
 Lemblin, adver- Ipse tamen laudem conatus, & ipsa decorem
 sus Burckardum Vis animi, quanquam successibus orba, mereth:
 ab Ehingen. Nec minus Halvillum decepit lancea, & aarem
 Joan. Georgius ab Gōlnitium: caruitque suis profectibus ornus
 Halvveil, adver- Incita: sed binis tamen istibus ensis uterq;
 sus Nicolaum à Enituit, laudemque tulit mucrone corusco.
 Gölm̄. Iamque ubi de media cuncti tellure recedunt:
 Fridericus Sittich Continuò adversis Vrbacchus, & acer habenis.
 à Berlips, adver- Berlips incurvant: sudibusque feruntur acutis,
 sus Conradum ab Nil hastis ambo intentis potuere: sed ensem
 Vrbach. Ter Berlips, quater Vrbacchus collisit aenum.
 Ioā. Vnalterus à Post Friergus init vacui certamina circi:
 Freiberg, adver- Et Dannus: pinuque pares gladiisque reductis:

Et

Et Laubenbergus, fictusqué à sydere saxi;
Tendunt frena manu: & sēvis calcaribus urgent
Cornipedis. sed quassa caret successibus hasta.

Postquam omnes paribus certarunt ordine telis:
In geminas iterum diducit cornua partes
Dux Ludovicus, equum domitor domitorq; ferarum.
Stat ferri conferta axes mucrone corusco,
Stricta, parata: supraquā in equis, infraq; reluecent
Armati ferro, & cristis capita alta deçori.
Tunc ruit in medium dux, & loctissimā bello
Pectora sollicitat dictis, atq; increpat ultrō.
Festinate viri, nam quātā tarda moratur
Segnities? dixit: vaginaquē eripit ensēm
Fulmineum, & stricto ferit obvia tempora ferro.
Idem omnes simul ardor habet, rapiuntq; ruuntquē.
Sternitur omne solum cristis: tuni scuta cavæquē
Dant sonitum flictu galeæ, pugna aspera surgit.
Quantus ubi pelago sēvit nimbosus Orion,
Verberat imber aquas: quātā multa grandine nimbi
Præcipitant in humum: si quando procacibus Austris
Intonuit D E V S, & cœlo cava nubila rumpit.
Ipse etiam medios præceps defertur in hostes.
Liliger ærata munitus pectora veste.
Hunc armati omnes densi glomerantur in unum:
Et feriunt, strepit assiduo cava tempora circum
Tinnitu galea, atq; inflictis undiq; telis
Obruitur. Veluti celso cùm monte frementem
Circumstant telis paſtorum turba lēonem.
Ille autem partes pariter divisus in omnes,
Hos ferit atq; illos: ferroquē miçantia tela
Discutit: & erebras deturbat vertice cristas.
Impediunt hostes numero: manet ille reductis
Augustus telis, & inexpugnabilis obstat.
Ceu quondam Æmylio (ſi fas id credere) ponte
Armata immensus contra ſtetit agmina Cocles:

fus Ioan. Henri-
cum a Dann.
Philippus à Lau-
enberg, adver-
sus Bernhardus
à Sternfels.

Vniversalis con-
futus.

Vasenberia à Neu- Porsennamqué unus patria detrusit ab urbe,
baußen, virtus in Nec minus & virtus Neohuso apparuit ista
codem. In pugna : tres ille enses diffregit in alta
 Gölntii galca : tres alta in casside Ehingi.

Nox ruit interea, & montes umbrae turri opaci;
 Finierat pugnas honor, officiosus equestres.
Ocyus excedunt juvenes, circumq; relinquunt.
At famuli instaurant spulas, atq; ordine circùm
Caretas magnas statuunt, & vina coronant.

Tunc cœnæ accumbit cara cum conjugi conjux
 Quisq; sua, primique Duces, Comitesq; secundi,
 Nobiliumq; cohors : dein cætera ritè juventus:
Indulgent vino, & vertunt crateras aenos.
 Protinus à cœna repetunt longa atria tecti:
Instituuntq; choros, fremitu longa atria sonant.

Distributio præ- Tum judex cunctis in cœtum ex more vocatis:
 Victorem Ascanium præconis voce sonori
 Declarat: crines rutilanti ad velat honore
 Anna Maria patris : gemmisq; auroq; coronam
 Imponit gravidam, vultum dejecta modestum.
 At, qui deinde locum tenuit virtute secundum,
 Milticio contexta auro, gemmisq; coruscis
 Palma datur : quam pulra genas, & lactea colla
 Nympha Engelshovię stirpis Catharina ferebat,
 Tertia dona Leosthenius Comes abstulit : ortus
 Quæ Lignizzi tribuit Catharina : sinusqué
 Alta rubensqué genas, niveosq; decora lacertos,
 Quartus honos Neohuse tibi fortissime cessit:
 Quòd plures conferta acie perruperis enses,
 Nec Peligardæo defit sua gloria Monti,
 Inventori operum miranda ex arte novorum:
 Hesterna quem luce suus decorarat amictus.
 Hunc redimit Badana genus Marchæa Iacobe,
 Et viridi comit præstantes fronde capillos.
 Proximus insequitur donis Heinricus equorum

Binavius

Binavius domitor: qui flectere colla caballi
 Doctior, egregios expresserat aëre gyros.
 Tum palma Conradus ovat, generosus avito
 Nomine Thummorum, & sumtis fortissimus armis;
 Illi terga bonus sonipes, & ad arma, tubasqué
 Ato; ad Olympiacas natus consurgere palmas,
 In circo fuerat, pugnaxqué in pulvere virtus.
 Ultima, qui gravibus fuerat cataphractus in armis
 Comtior, autori cesserunt præmia palmæ
 Ludvico heroi. dabat hæc clarissima forma
 Princeps qua toto vix illa venustior ibat
 Agmine: multorum spes in vidiosa procorum,
 Iam nox terrarum, cœliq; amplexa, labores,
 Ignea multivago ducebat fidera lapsu:
 Indulgens reparare animos: genialibus omnes
 Discedunt choreis; & dant sua membra quieti.
 Sed vigilum excubiiis, septas obsidere portas,
 Cura datur: vicosqué iterum succingere flammis.

L I B E R S E X T V S.

Nde pruinosis cælo fugientibus umbris,
 Expectata dies, tollebat lumina, quintus:
Cūpede collato vocat ad nova prælia Mavors.
Hoc venti spirare timent: hoc Limpidus aës
 Et veneri, ludisque vatat: pars acrior anni
 Exulat, & vernæ patet indulgentia lucis.
 Ergo ubi finierant genialis prandia mensæ:
 Omnes armati, ferro, galeisque corusci
 Adsunt: & cristicis redimiti tempora, suimunt
 Arma manu: duroqué obducunt pectora ferro.
 Princeps ingreditur Ludovicus, & agmina jungit
 Armatus galea, clypeoqué & cuspide aëna.
 Cui Comes hortatrix animosi gloria belli,
 Et labor, & vegeto regnans in corpore virtus,

Dies quintus Na-
ptiarum.

Dux Ludovicus
ingressus ad cer-
tamen pedestre.

Quæqué, indefessos penitus subrepsit in artus,
 Sedulitas operum, pigræqué oblivio vitæ.
 Hesterni accedunt socii pugnamqué pedestrem
 Armati subeunt, excepto corpore clari
 Alberti roseo qui se ostentârat ab Indo,
 Vulnera nunc tardus, recidivi & semine morbi,
 Nec non & seni, celer Halvillusqué & Eheingus,
 Gölinitiusq; Lamersh eimiusq; alterq; Veningus,
 Et Laubenburgus pugna abstinuere pedestri:
 In quorum, subière locum, Burckhardus, ab alta
 Editus Anvilla, Vuelbachæusqué, sacerqué
 Lanschadius, cum Schillingo, Spætoqué Vilelmo:
 Omnes accincti gladiis, pugnæqué parati:
 Omnes lorica armati, galæisque combatentes
 Induti cristas: triplici discrimine sectas:
 Quod croceus color, & niveus, faciebat, & ater.
 Femina quin etiam simili variata colore,
 Distinctas triplici ostendunt discrimine bracca:
 Signaque consimili crastensia tincta nitore,
 Loricas inducta super, flaventia mixtis
 Albenti, & nigræ jungunt velamina telæ.
 Idem habitus celeres ornat, comitesqué patronos:
 Et qui cum Phrygio tractabant tympana buxo.
 At Mombelgârdæ princeps clarissimus oræ,
 Fridricus, cristas flavoqué, rubroqué micantes
 Lumine: Venatûm penè exequaverat omnes
 Cornibus: & gemina variaverat, omnia tela,
 Tegmina. Nam dextrana nigro subtegmine braceam
 Fecerat albem: niveo subtegmine læravam
 Nigrantem: niveo velârat crura juvenco.
 Signa rubent crocei succo distincta coloris.
 Tertius hanc aciem Catta virtute Georgus
 Landgravij Haf: Landgravius venit: & secum prima agmina ducit:
 Hortaturquæ viros, hilaris, festivaqué mentis
 Vis illi: curæq; vigent, animiquæ viriles,

Et

Comites fecuti
 Principem, 24.
 catastrophali.

Et labor, & telis non inconsueta rotandis
 Dextera : nec patrio defit à semine virtus.
 Omnis quem Cattæa phalanx comitatatur euntem :
 Vualdecius Comes, & Rhœni moderator Adolphus,
 Lippæusqué Simon, Falcotheniusqué Sebastus :
 Magnanimi heroes, Comitumq; ab origine clari.
 Holzusus medium se infert, & Vuœsthala proles.
 Quos Holzendorfus, Schirschloßladesq; sequuntur,
 Teutonico ritu soliti gestare sarissas.

*Comites secuti
Landgrarium.*

Dicit Anhaltinos proles genetosâ maniplos
 Miltitius : quem Biniavus comitantur, & Heysus,
 Belcitusqué iterum, nec non famaque Riderus
 Præstans, & qui se Burstellum hominè dicit.
 Albicomæ flavent sublimi in vertice eritæ :
 Et ruber ac croceus femora interstinguit amictus :
 Signaque sunt niveo flaventia juncta colori.
 Fortè equus erumpens campo defertur aperto
 Circumagitqué rotam : junctis cui bina lacertis
 Desuper insistunt simulacra virique, nurusqué :
 Inq; vicem nunc virgo suprà, vir vertitur infrà :
 Nunc juvenis sursum fertur, viroq; deorsum.
 Attoniti risere omnes spectacula fictæ
 Mira rei : & multi passim temerariae damnant
 Aufa hominum : tanquam duò corpora viva ferantur
 Postquam omnes caeam longa cinxere corona,
 Et campo adversi apparent : hastasqué lacertis
 Protendunt longè : mediis in millibus ambo
 Ductores ibant primi, pugnæqué laborem
 Partibus æquabant justis, & sorte trahebant.
 Quinq; ibi Landgravio casu cessere Geôrgo
 Teccigenæ, Schillingus ovans, animoq; potentis
 Vrbacchus, validaq; manu Vualdnerus, & ingens
 Pectore Venningus, Spætæaque fama Vilelmus.
 Carcer erat medius, nigra fuligine tinctus :
 Sulfuræque intus face, & acri pulvere fœtus,

*Anhaltinorum
nobilium ingressus.*

*Sartis pedium
qui numero atrin
que exequantur.*

Flamarumque ferax, & tectis ignibus ater.
 Hunc ultra, citraq; viri colere pedestres:
 Et loca sorte tenent. tum postquam in prælia totas
 Implicuere inter se acies: legitq; virum vir:
 Desigunt tellure hastas: laterique sinistro
 Inclinant lævas, pedibusque audacibus adstant,
 Intenti pugnæ. latè circùm æneus hastis
 Horret ager: campique armis sublimibus ardent.
 Ut cùm quis segetem culmis per florea rura
 Densam, & maturis horrentem cernit aristis.
 Ulterius medio spacium sol altus habebat,
 Landgravii adversus turmæ: sed condere vultus
 Apparat, & tectis umbram conspergit ab altis.
 Classica jamq; sonant: percussaq; tympana dextræ
 Ictibus alternis: & læto tibia cantu
 Accendit Martem, vires animosque ministrans.
 Aspectant circùm matres, & vulgus inermum,
 Invalidique senes, & celsis arcubus adstant.
 Nec non Dorothee Nympharum cincta corona,
 Desuper aspicens, cāmpum spectabat, & ambas
 Teccigenū Cattumque acies, certare paratas.
 Cum subito in medium ferventi promicat hasta
 Dux Ludovicus, ovans animis: telumque coruscat
 Sortitus fortunam oculis. venator ut olim
 Suspenso cupiens cervum transfigere passu:
 Incedit, pariterque oculos & spicula tendit.
 Huic parte adversa, sumptis animosus in armis
 Vualdecius, bello proles animosa Georgi,
 Nomine avum referens, animo factisq; parentem,
 Occurrit: telumque aurata ad tempora torquet;
 Atq; inter galeam, summi thoracis & oras,
 Diffringit medium ingenti conamine pinum.
 Dux autem adversa ferit illius ora sarissa
 Comminus: & toto perrumpit corpore lignum.
 Non secus hoc resilit: quām tecti à culmine grando:

Aut

*Dux Ludovicus
adversus Franci-
scum Comitem in
Vualdeck.*

Aut si quis parvo feriat cava tempora saxo.
 Tunc iterum certo contorquens dirigit ictu
 Hastam Vualdecius, magnis cui viribus obstat,
 Ductor: & adversi frontem ferit. icta sarissa
 Dissilit: & rupti sparguntur fragmina ligni.
 Sed neq; Valdecia fuit irritæ lancea dextræ
 Principis, hostili genuitque in pectore erupta.
 Tertia congerminant inter se spicula: nunquam
 Cassa manus: nunquam intenti vis irrita teli.
 It clamor cœlo, stridentque hastilibus auræ.
 Ceu quondam rupto configunt turbine venti,
 Hinc Notus, hinc gelida Boreas insurgit ab arcto.
 Emotæ strident sylvæ: tremefactaque nutant
 Robora: præcipitemque trahunt evulsa ruinam.
 Tum gladios stringunt: & quinos ensibus ictus
 Congerminant: nudoque prior supreminet ære
 Ludvicus Princeps, & tempora fortis oberrat.
 Excipit ille ictus galea: reddiditq; vicissim,
 Oppugnatque caput: prætentaque sustinet arma.
 Terga Idæa crepant alterno verbere tacta,
 Eliditque sonos vario spiramine buxus.

Tunc duo profligunt ad ludicra prælia Martis:
 Mompelgardæ Fridericus plurima terræ
 Gloria: nec tales Comes aspernandus in actus.
 Et Rheni sapiens moderator Adolphus, aëna
 Veste ferox: solido stabant cui robore vires.
 Bis telum valido vis Mompelgarda lacerto
 Fraxineum torcit: telum bis fregit utrumq;.
 Nec violenta manum pinus frustrata fuisset
 Tertia, ni tenebris fuscaffet lumina Mavors.
 Ille instat, nudoque hosti supreminet ense,
 Adversumq; ferit: gemitum facit ærea plaga.
 Bis tamen eventu caruit tum fortius icta est:
 Fractaq; dissiluit percussa lamina cono,
 Macete animi princeps: olim sic ibis in hostes,

*Comes Fridericus
adversus Adol-
phum Comitem
Rheni.*

Nudaquē pro patriis oppones pectora muris,
Nam geris ante annos animum, curamq; virilem.

comes Leostaini- Interea pugnam invadit Leusthenius heros
us, adversus Hein Annosam quasflans valido molimine pinum,
ricum Schilling, & Fulmineumq; ensem. mens altum spirat honorem
Canstatt.

Conscia virtutis: ceu nota in pascua taurus
Bellator tendens: qui adversa fronte juvencum
Impetit, & flavam pedibus respergit arenam.
Obvius huic, qui fē Schillingum nomine jactat:
Sanguinis antiqui juvenis: nec moribus impar
Majorum, & veterum fama haud indignus avorum.
Congresus pedes hunc venientem cuspide longa,
Dein mucrone ferit: robustaque cuspis & ensis
Dissiluere manu, sed vis Schillingia ternas,
Leustoencio potior, rupit cum laude sarissas.

Dapifer à Vual- Post hos armati festiva in prælia tendunt,
purg, adversus Vualdpurgus Dapifer, præclaraque fama suorum
Milticium. Milticius. jaculo prior imminet ille trabali,
Inq; virum tonquet: proceraque cassida in ipsa
Fraxinus, ut metæ stererat vicinus, adacta est;
Non diffracta tamen: donec vis tertia telum
Impulit, & duro discussit fortior ictu.

At non Milticiæ deest virtus pristina dextræ.
Hacorni pejrière duæ: pariterque secundo
In galea mucro, glacies ceu futilis, ictu
Dissiluit: fulva resplendent fragmina arena,

Burckhardus ab Hinc duo Tecciaci, Burckhardus, & acer in armis
Anvreil, adver- suis Conradum ab Conradus, longis dant obvia pectora telis:
Vrbach. Vrbacchi hic generis, Anvili sanguinis ille.
Concurrunt per inane sudes. tamen altera frangit
Vrbacchus tela: infestis benè pugnat uterq;
Ensibus: armorum sed abest fortuna tumultu.

Simon Comes à Patre alia Lupianus init certamine miles,
Lippen, adversus Heroa virtute Simon: cui sanguinis alter
Ioan. Vnolff. ab Hæres Anvilli, Vnolffgangus, it obvius armis
Anvreil.

Ærisonis:

Ærisonis: notique terit vestigia campi:
 Fraxineam vibrans, Macedum de more, sarissam.
 It tremibunda abies Lupiano torta lacerto.
 Sed frustrata manus ter comminus intulit hastam:
 Ter retulit, virtusque coacta est cedere sorti.
 Ense tamen quasso melior fortuna secuta est:
 Et medium rupit sublimi in casside ferrum.
 At non Anvillæ similis fuit exitus hastæ.
 Nam quanquam primo fuit irritus impete jactus:
 Non tamen optato caruerunt cætera fine
 Spicula: quæ vacuas diffracta ivere per auras.

Insequitur Calthenthalius, vibratque sarissam:
 Binavius cui contrâ instat: jaculumque coruscat
 Ingens, arboreum: & magna vi tendit in hostem.
 Sed sine profectu certarunt pinibus ambo:
 Ambo errore pares, tum Calthalius ornum
 Abjicit, & rutilo ferratum protinus hostem
 Ense petit, galeamque ferit, gladiumque suprema
 Casside perfringit: totam fragor impulit auram.

Conspicitur longe gradientis lèxtera Thummi,
 Bellatrix, tenet in capulis hastisque páratas
 Mens generosa manus: animus thoracas anhelus
 Irrumpit: galeamque trémunt horrore comarum,
 It contrâ telumque vibrat Vualdnerus, at illi
 Thummiades toto connixus corpore pinum
 Intorquet: subit illa caput Vualdneris: ibiqué
 Frangitur, & vacuas dispergit frusta per auras.
 Obvius huic binas Vualdneres intulit hastas,
 Atq; ambas valido dextræ molimine fregit.
 Tertia frustrata est, cum protinus ense recluso,
 Aggreditur Thummum, & ferro cava tempora pulsat:
 Pulsat & ille hujus, gladiumque in casside rumpit.
 Vrduo cum certant immanes unguibus ursi,
 Atq; aures circùm variis assultibus errant,
 Alternantque vices: & mutua prælia miscent.

*Georgius à Cal-
tenthal, aduersus
Heinric. à Binav.*

*Conradus Tham,
aduersus Ios. Le-
colum Vualdne-
rus,*



Sebastianus Comes à Falckenstein aduersus Herma à Ianuiz.

Nec Falcothenius patria virtute Sçbastus
Defuit. hic magno librabit robore tædam:
Inquæ altum Ianvisiaden prono ore ruebat.
Non desunt animi ambobus, non vivida virtus:
Confliguntq; : acresq; manus in verbera tendunt.
Nunc hasta aduersi, nunc strictis ensibus instant.
Sed neutri tamen inflictum diffundere telum
Est licitum : ceduntq; manus, successibus orbæ.

Ioan. à Burßall aduersus Friderici à Braitenbach.

His super ingreditur campo Burstallus aperto,
Libratumqué alto contorquet in aëre robur.
Qualis Olympiaco quondam certamine Tydeüs,
Aut apud Eurotæ tendebant flumina Cætor:
Hic patris Ægæi, Iovis ille secutus honorem.
Fert procul oppositum cælæm: dextraq; trabalem
Hastam intorquet agens: cui latus nomina rivus
Indidit: at Braitem dicit vox patria bachum.
Illi ergo Burstallus ovans, conamine forti
Intorquet jaculum: duro quod in ære moratum
Restitit: inquæ iæto dissultat lancea cono.
Mox eadem recipit vestigia: & altera rursum
Spicula contorquet. it stridula pinus in hostem:
Et sonitum facit, in partes disjecta quaternas.
Inde virum nudo perstringit comminus ense:
Et medium rumpit, plaga veniente secunda.
At Braitenbachus telo violentius uno
Confracto eessit, sortem conquestus iniquam.

Bernhard. à Sternfels, aduersus Ulricum à Veningen.

Proslit hinc alaci Martis percussus honore,
Sidera, cui nomen, rupesqué, dedere superbum:
Quem contrâ aggreditur non equa sorte Veningus.
Nam cassa hastæ redit, damnataquæ verbere ferri,
Destituere sua pugnacem laude Veningum,
Sors hostis melior, nam binis dextera plagis
Sternofelsa ferit adversa in casside tædam:
Fragminaqué aérias altè sparguntur in auras:

Ioannes à Vacis-

Tum reliqui subeunt: gelinas Vœisbachjus hastas,
Cum

Cum gladio rumpit, fato huic obversus iniquo,
Ter sine profectu Ravius intentia movit
Bracchia: sed gladium tamen uno perdidit istu.

*bach. adversus
Rodolphum Rau
à Holzendorff.*

Landschadium firmo gradientem poplite justus
Agreditur: durasqué tenet, Mavortius Heyses,
In itatione manus: & pugnæ præparat artus.
Huic habilis lateri clypeus, loricaqué tergo
Auro picta nitet, fulgenti & murice vestis.
Fulmineumqué aptus circundat baltheus ensem,
Ergo ambo miscent platio certamina campo:
Ille prior ligno: prior hic mucrone corusco.
Vnam Landschadius totis cum viribus hastam:
Vnum ensem adversa galea disrumpit Iustus.

*Io. Ulricus Land-
schad: adversus
Lufsum Heyse.*

At non diffcili sortiti prælia Marte,
Spætæx virtutis honos Theodorus agebat,
Et Neohusæa Vuernherus origine clarus.
Intermixta sonant Idæo classica tergo:
Cum Neohusæus magna vi missile telum
Ingerit: inq; alacrem contorquet fortiter hostem.
Spætiades instat non segnius, ac rotat hastam
Arboream: virtus utriusq; apparuit æqua
Binaqué dissiluit galeis crepitantibus hasta.

*Vueraberus à
Neuhäuslein adver-
sus Guilelmum
Theodoricum
Spät.*

It fremitu gaudens festa ad certamina Dannus:
Vuestphala cui pinus duro venit obvia ligno.
Vuestphaliz vis cassa manus: tela integra semper
Ære remissa cadunt: telis nihil omnibus actum.
At Dannus torsit totas, in prælia, vires:
Verbedaq; insonuit: geminas & contudit hastas.
Acrior hinc juvenem stricto mucrone petivit.
Nec frustrata manus. plaga nam fortè secunda,
Fractus in adversa consedit casside mucro.

*Ioan. Heinricus à
Dann adversus.
Heinricus à Vuest-
phala.*

Tunc contrâ insistunt certamine Martis anheli,
Fribergusqué acer, nec non Belziccia virtus:
Hic gladio fidens, ille acer, & arduus hasta.
Viribus armorum, magnaqué cupidine laudis

*Io. Gualtherus à
Freyberg adver-
sus Ioachimum à
Belzick.*

Accensi incurruunt. sed prima deviat hasta
Fribergus : reliquos valido diverberat ictu.
Tum crebros ictus ora, & cava tempora circum
Ensisbus ingeniinant. tres hic Belsiccia virtus
Enses perrupit ; minor hoc Fribergius unum.

Wolff, Heinricus
Lemblin adversus
Balthasarem
ab Holtzendorff.
Fridericus à Ber-
lips adversus loä.
à Scheurschloß.

*Ludovicus Dux
Vairembergicus
aduersus Philip-
pum Rider.*

Vidi etiam, adverso telum vibrare lacerto,
Holtzendorffæum : quem contrâ fortior ibat
Lemblinus gladio, atq; hasta violentius acta.
Nil benè vibrata juvenis Berlipfius hasta
Evaluit gladio melior: Scheurschloßius unum
Ensemqué & pinum, geminos Berlipfius enses
Pertudit : & paribus decadunt carecere fatis.

Ecce autem Princeps itefum Ludovicus aperto
Procedit campo : telumque coruscat acutum
Eminus: oppositum tentatis superare Riderum.
Nunc, ait, ô nostros nunquam frustrata vocatus
Hasta ades : hic iterum nostræ te subjice dextræ :
Et rumpâre libetis. hæc dicens ingerit hastam.
Nec DEVS incepito; nec dextera defuit æqua.
Nam binas validis rupit conatibus ornos
Ingentes, duras : quales Tirynthius heros,
Pastoris, fertur, rupisse in vertice Iberi :
Cui triplex facies, tria corpora, lumina terna,
Nec dum finis erat pugnæ: densatur in unum
Omnis pugnantum manus : atq; ad limina metæ.
Collatis pedibus, glomerati hinc comminus atq; hin-
Dant cuneum : strictis seges hic mucronibus horret
Ferrea : sanguineæquæ rubent in vertice crista.
Iam pede pes junctus, umbonequé neftitur umbo,
Ense ensis, clypeus clypeo, densusqué viro vir.
Insignis belli vultus, minitantiaqué armis
Arma ferent: manibusqué manus, & verbera miscent,
Pro se quisq; viri ac summa nituntur opum vi.
Nec mora, nec requies. sonitum dant scuta, cavæquæ
Conflixtu galeæ : quam multa cadentibus Hœdis,

Aut

Aut Athon, aut Rhodopen solid a n i v e r b e r a t A r c t o s :

**Aut quantus fragor Hercyniæ, cùm Iupiter Austris
Horridus aéreas perturbat fulmine sedes.**

**Aut quanto tellus quatitur Riphæia nimbo
Cùm Boreas furic, & cœli cava nubila pellit.**

**Quatuor hīc duris perfregit frontibus enses
Mompelgardia manus : totidem Ianvisius acer.**

**Ipse acies impellit ovans, dextrasqué suorum
Ludvicus : duroqué jubet confundere ferro,**

Iam non plebeja contextos casside, vultus.

Arma sonant iherum, confractique ensibus enses :

Strataq; per campum resplendent fragmina truncæ :

Hic capuli, hic mucro, disslati hīc lamina ferri.

Nec pugnæ datur illa quies, immiteq; Martis

Continuatur opus : donec cum sole labores

Exhausti, & seris adreperet Hesperus horis.

Ecce autem flammis inter nigra tigna volutus

Carceris exundat vortex, junctaqué phalanges

Dissipat : occulto sub pulvere flammea vivit

Stuppa, vomens cardum fumum, piceasq; favillas.

Illicet ignis edax summa ad fastigia vento

Volvitur : exuperant flammæ ; surit æstus ad auras.

Vt quando atra vadis Phlegeton incendia miscet :

Flammivomiasq; ardens Acheron ejecit arenas.

Inde faces stupræqué volant, cœliq; sub auras

It vapor : obsignatqué viam : ruptusqué fragore

Intonat horrisono celsis in montibus aér.

Tunc modus armorum, pariterq; incensa quietunt

Semina flammarum : circo deceditur omni :

Et positis armis, Tyrio discumbitur ostro.

Hīc epulas tangunt, & munera grata Lyxi :

Instaurantqué animos dapibus, reparantqué labori.

Postquam expleta fames, & tempus parta ferendi

Præmia victori : juvat exercere choræas.

Ergo Hennæbergus, cœtu comitante suorum,

*Virtus Comitis
Friderici Mompel-*

ligardisci.

Virtus Ludovici

Ducis Virtem-

bergici.

*Incendium carce-
ri inflammati.*

Concilio accitos iterum ad sua limina cogit:
 Æraq; tympanaq; & biforem resonare tunulsum
 Imperat. hic primi Iusto redduntur honores
 Heyso: qui reliquis armis fulgentibus omnes
 Vicerat. illi auro crines evincit Ibero,
 Castra nurus, primis & pubescentibus annis
 Integra: Sueva genus: operum haud ignara Minervæ.
 Altera victori Ludovico laurea cessit
 Vuirtembergiaco: viridis cui præmia ferti
 Dat soror Æmiliae: qua nulla venustior inter
 Saxonicas virgo, testis habitavit Anhalti.
 Tertia dona facit judex tibi, candide Thummì
 Quæ capiti imponit virgo Badovillica. quartam
 Vualdecius meruit præstanti laude coronam:
 Ultima Fridricus Peligardo à sanguine clarus
 Abstulit auricomis rutilantia ferta capillis.
 Iamqué ad eò donati omnes, honore superbè
 Puniceis ibant evincti tempora ramis:
 Tum Dux venatum Ludovicus, & inclytæ pubes,
 Tecciaci quotquot compleverant hospitis aulam,
 In nemus ire parant ubi primos craftinus ortus
 Extulerit Titan radiisque retexerit orbem.
 Conticuere chori, & dapibus ludoqué decenti
 Fit modus. humenti nox præcipitatur Olympo
 Lunaqué noctivagos circumfert aurea vultus:
 Et gelidam rutilans arcton prospexit Orion.
 Ante domos, intraqué, & ad urbis mænia festæ,
 Excubiae vigilant, & regia testa tuentur.
 Vix medianam cœli transiverat humida metam
 Nox, tenebris adoperta caput: cum stridula passim
 Per vicos rauco conspirant cornua cantu:
 Nec mora: pastores sylvisq; assueta juventus,
 Mollibus è illatis opera ad venatica surgunt:
 Retiaqué agglomerant de mīs rarissima pilis.
 Expediuntqué plagas, lato & venabula ferro,

Pars infrænat equos, pulcrisq; tapetibus armos
 Insternit: comitqué jubas: manibusqué laceſſit
 Pectora plausa cavis, verbisqué hortatur amicis,
 Est nemus arboreum corylis, atq; ilice densum,
 Virgutisqué frequens, luſtrisq; insigne ferarum;
 Dictynnæ domus, ad Borean ubi vallis amœno
 Incipit à piano: devexaque proſpicit arva,
 Cassibus hoc rigidis, lataque indagine cingunt
 Agricolæ: celeresqué tenent ad vincla Molosſos:
 Quisq; sua ſtatione vigil, deducitur una
 Inclusus caveæ, vel tigride ſævior, ursus;
 Et campi media vinſtus tellure locatur.
 Orta dies fuerat, dux Vuirtembergicus unum
 Convocat in cætum proceres: ac talibus inſit:
 Magnanimi heroes, quos rebus dextra gerendis,
 Et bellī commendat honos, ac plurima virtus:
 Hac luce umbrosis meditamur ſaltibus arma,
 At cum ſol medium cœli tranſcenderit axem
 Craftinus, & claro radioſ demittet Olympo:
 Aère pendenteſ ſudibus curremus ad orbem,
 Pro pretio argenti, quinis, centumūc Daleris,
 Aut intermedio: ſummuſ hoc minimum illud in ære,
 Iamq; adeò ex equitum numero duo treſve celetes
 Delecti reliquiſ opponent omnibus arma:
 Et poſito longiſ certabunt pignore contiſ.
 Qui melior telo pendenteſ involuerit orbem;
 Aut rite attigerit, tortamq; venustius haſtam
 Rexerit: hic preciuſ pro cursu victor habeto.
 At cui vel calcar pedibus defluſerit imis:
 Aut haſta exciderit: ſonipesue in'præpete cursu
 Tardior exierit: ſine dono immunis abito.
 Nulli faſ fuerit ſolennem iſſitere circum.
 Nil arva obnubat vultum: nec ſumere telum:
 Aut orbeni: iudex quem non signaverit antè:
 Nec faſ cornipedem, niſi cursu egerit omnes,

*Proclamatio de
cursuſ ad ſuppoſiſ
sum orbiculum.*

*Leges & conditio-
neſ poſtremi baſti-
ludiſ.*

Permutare alio: dolus & fraus omnis abesto:
Dixerat hæc princeps præconis voce locutus.

Dicessus, Georgij Friderici, Marchionis Brandenburgi, &c. Tunc Brandenburgum conjux ægrotæ Georgum A thalamo revocat. Volat ille citatior Euro, Conjugis optatæ cupiens prævertere morbum. Iamqué valedicto ruris petit arva paterni: Venatum reliqui lustra in nemoralia tendunt Primus equo celeri insedit, stimulisqué fatigat Ludvicus: facilique in gyrum versat habena. Tortile per seriem nodis fulgentibus aurum, Et gemnis radians it summo Pectore; & aptè Innisum dextro, levum procumbit in armum. Hinc Comes Ascanius levæ succedit: at illinc Landgravius dextre: sequitur quem frater, & avo Grandis Henæbergus, Lupiæ comitante Simone. Atq; alii innumeri: nec non & Teccia conjux Matrum cincta choro, rubrisq; inventa quadrigis. It portis: nuruumq; cohors, equitumq; caterva, Missilibusq; armata phalanx sociæ agmina jungit.

Vrsus ad venationem emissus. Ut ventum in sylvas, atq; in via lustra ferarum: Protinus è cavea proturbant vocibus ursum Immanem agricolæ: tergoq; bipennibus instant. Ille domo egressus, visuque jubaque cruentus Excussis movet arma toris, dubiumque residens Infremtit: ac trifidis vibrantia corpora villis Surrigit: ignescunt canibus latrantibus ire. Copula detrahitur: solitisque hortatibus agmen Instigant rapidum. volucri ruit ocyor Euro. Levantes, Leppas, Leopardus, & ore sagaci Luderius præstans, tum cætera turba latrantium, Nebrophronusque Hyleus, & cursu præpes Aello, Ocypeteque & nare sagax humeante Melampus, Et Lenche, & Porpax, Spudeq; Lichasque Phylaxque Emicuere simul, latratu & signa dederunt. Ille sedet, spargitque canes: nunc fronte minaci,

Fulmineo

Fulmineo nunc dente ferox, nunc ore frementi
 Horridus, incusso latrantes dissipat ungue:
 Et palmis aures circum alternantibus errat.
 Non tulit hanc speciem furiato dente Lepardus.
 Impatiensq; animi jamdudum vincula pugnat
 Exuere ipse sibi, colloqué morantiā tendit.
 Ut primum vacuo conceffum est currere campo,
 Ocyor & ventis, & fulminis ocyor alis
 Irruit: inquē feram morsus infigit atroces.
 Tum se obvertens, ruvit arma hastilia contra
 Vrsus: & in se omnem pugnando colligit iram:
 Proturbatqué hostem: morsusqué eludit inanes.
 Advolat auxilio fratri, jam liber habenis
 Demtis, Levantes: nec segnius instat utrisq;
 Luderius, gemino quos omnes Anglicę partu
 Ediderat Lælaps & eodem patre creatos.
 Prima Leopardus signavit vulnera tergo:
 Proxima Luderius, Levantes hæsit in armo.
 Tum verò exoritur clamor, sylvæq; lacusqué,
 Responsant contrà, & latratibus intonat aér.
 Sed Dux Ludvicus procedere longius iras
 Haud voluit: canibus timens, configere servo
 Imperat immanem telis fulgentibus ursum.
 Dicto paret ovans juvenis, ferrumq; coruscans,
 In nova sanguineos armantem vulnera rictus
 Irruit ære feram: missioqué in pectora telo
 Lucida sublato venabula condit in armo.
 Volvitur ille fremens: cumq; omni sanguine vita
 Effluit: ac multo tellus tepefacta cruore est.
 Inde Duces medium in campam, sedesq; paratas
 Quisqué subit: prædæ intenti jaculisq; plagisq;.
 Circumstant equites: quorum pars vallis apertæ
 Armati servant fauces: pars æquora campi
 Prospectant in equis: resonant longè avia circum
 Latratuq; canum, & magno clamore virorum.

Canum Anglicorum immixtio.

Vix confusio.

Ceruus venaticus.

Tum capreæ è latebris actæ , timidiq; patentes
 Transmittunt cursu campos, atq; agmina cervi
 Pulverulent a fuga glomerant, sylvasq; relinquunt.
 Primus ibi emissio tormenta per ænea plumbo
 Transadigit cervum, fulvaquæ exendit arena,
 Landgravius ductor: Teccæ principis alter
 Trajectus ferro cædit: & vacua arva cruentat.
 Vnus Henæbergo rapidis elabitur armis:
 Nec quisquam tota fæse tulit obvius hora.

Dissessus à veritate.
 Interea spissus nebulis obducitur aër,
 Obscurantquæ diem nubes, densique vapores.
 Signa canunt lituus famulisque refigere lina
 Cornua præcipiunt. jamquæ exatiata ferinæ
 Dextera cedis erat: princepsq; & principis ingens.
 Vespere procedente, redit comitatus ad urbem.
 Hic iterum positis celebrant convivia mensis:
 Exercentquæ jocos: & fusonectare curas,
 Lætitiam faciente mero, de pectore pellunt.
 Assuetaquæ animos vocum dulcedine mulcet,
 Musarum chorus, & citharæ pulsator Iopas:
 Fertquæ gravem mensas circum cratera minister.

Ecce autem geminam interea construxerat ædem
 Mulciber: & tacito compleverat igne quaternū
 Iuncturas laterum, ad portam resonabilis horti,
 Hinc atq; hinc tæda textas, atq; abierte secta.
 Quales oppositis fertur statuisse columnas
 Littoribus, sacer Alcides: hanc vertice Calpes,
 Illam Abylæ adversam præcelso culmine montis.
 Et jam roriferis volitabat lutea bigis

Incendit duarum adicularum: un de tonitrua & sagacis ardentes exie-
gunt.
 Luna, facesquæ ibant, & claro sidera cœlo:
 Mulciber ædificulas flaminis ardentibus opplet:
 Incenditquæ foros, fundoquæ exestuat imo:
 Non secus erumpunt, superasq; feruntur in auras
 Ignivomæq; faces stuppareq; : & in æthere flagrant:
 Designantquæ viam flammis: tenuesquæ recedunt

Consumta

Consumitæ in ventos: ac, cœlo sœpe refixa,
 Transcurrunt, crinemq; volantia fidera ducunt:
 Aut Lybici quondam pennis flammantibus angues
 Cum sudum per inane volant. Extenditur altè
 Horrida per latos acies Vulcania campos.
 Insonuere poli: sonitumque dedere cavernæ,
 Et gemitum ingentem flamarum, emissaq; longò
 Tormenta, & fractæ reboant ad mœnia voces.
 Ceu quando horrificis juxtà tonat Aethna ruinis:
 Interdumq; atram prorumpit ad æthera nubem.
 Turbine fumantem piceo, & candente favilla:
 Interdum tormenta rotat: imisque cavernis
 Sulfurei eructat scopulos & viscera montis:
 Attollitqué globos flamarum & fidera lambit.
 Nec minus opposito vicinus colle Vesevus
 Spirat inexhaustum ferventi vertice sulfur,
 Et cinerem attollit, liquidique aspergine fontis
 Intronat: atq; Atnæ sonitu responsat acuto.
 Mille decem exierant rapidis è faucibus atro
 Igne faces: nec dum æqua solo fumantia fiunt
 Culmina: congreginant tot mille tonitrua rauco
 Acta fragore iterum, & cœli sublata per auras
 Tunc tectum nutat sublime, & pinguibus ignis
 Affixus tædis, & mixto sulfure vivax
 Spargitur, ac faciles præbent alimenta favillæ:
 Donec in horrendum turris consideret ignem,
 Culmine præcipitata suo. tum deniq; furva
 Stagna videbantur flammato Acheronte refusa:
 Ferrataeque Erebi mundo se pandere portæ.
 Volvitur ater odor tectis: cœloque supernæ
 Fit fragor: ætherias ut cum D E V S impulit arcæ:
 Involuuntqué diem nimbi, & nox humida cœlum
 Abstulit: ingeminant abruptis nubibus ignes.
 Noctis erat medium fermè, bobusque subactis,
 Seræ Lycænus versabat plaustra Bootes,

*Ruina adiculæ
infernorum,*

Surgitur in somnos: sequē ad sua limina flectunt,
Tecciacæ implerant quotquot convivia mense.
At vigil obsecros servat custodia vicos.

SEPTIMA lux gelidam cœlo dimoverat umbram,
Oceanique iterum Titan emergit ab undis
Clarior, & trepidas consumit in aëre nubes:
Hunc nōq; cādentes violarunt manē prauis:
Nec venti lāsere truces, nec flabria Aquilonum:
Sed Iudis vacua aura patet: brumaque sub ipsa
Lātior hyberni tepet indulgentia veris.
O nimium dilecte DEO Ludevice, tibi æther
Militat, & claro toties exortus Olympos,
Ceu conjuratus venit ad tua ludicra Titan.
Eja age sis vati felix, vultuquā sereno
Respice, quā extremo meditamus carmina ludo.
Nam mihi tām variae nunquam occurrēre figuræ:
Nunquam tot vultus, tot rerum signa novarum.
Et quis tot larvæ hominum, quis singula fando
Explicit: aut posset verbis æquare figuræ?
CHRISTE tuas item cantanti suffice vires:
Insinuaquā animo te spiritus alme poete:
Et si digna meos circundat laurea crines
Cæsarea donata manū: si conscia Phœbi
Mens mihi: tu nostris tu rursum allabere ceptis:
Ut mea tranquillo decurrant Carbasa ventos:
Et ratis optatæ tandem advertatur arenæ.
Postquam luce sacra, verbum cœlestis salutis
Auditum templo, perfectis ordine votis:
Et regale epulum per limina deinde peractum:
Iamq; dies rerum medias contraxerat umbras:
Tunc omnem caveæ complent magno agmine circum
Matronæ, puerique, senesque, & Sueva juventus,
Intenti ludo simul, & canipestribus armis.
Pratinus irrumpunt larvati obscura noveni
ingressus in cir. Ora viri: teretesque tubas mugitibus implet:

Quæs

Quos inter medius ferit ænea cymbala Cyrbas:
 Omnes ornati viridanti corpora byssō.
 Idem habitus clangentum, eadem vexilla tubarum
 Idemq; ornatus volucrum, qui nuper equorum:
 Cūm sacro passim exirent de carcere missi.
 Patroni, hos equites à tergo ponè sequuntur:
 Ipsi etiam larvis tecti, cultuqué vircenti:
 Gramineasq; gerunt manibus sublimibus hastas
 Idem habitus celerum, patronotumq; virentum:
 Qui nuper, posito fieret cūm carcere latus.
 Ecce autem viridi navis variata colore,
 Lilia quam decorant depicta, rosæq; rubentes:
 Per canipi spacium infertur, cuneosq; theatri:
 Et puppi, & rostro Grajos initata phaselos.
 Pro malo salit int mediz fons sede carinæ:
 Ejectantqué cāvis liquidas siphonibus undas.
 Armatus pharetra, teloqué ardente cupidō
 Stat picta in prorā, & magna vi projicit ignes:
 Sublataqué procul dextra, facibusqué coruscat.
 At puppim fortuna tēnet, supēr orbe resistens
 Passibus atnbiguis, & clauso lumine cœca.
 In prorā obloquitur, centum discrimina vocum,
 Musatum chorus: & citharam pertentat Apollo:
 Calliopea lyram, Clio chelyn, enthea buxum
 Melpomene perflat: Eratotestudine ludit:
 Omnes lunatis tedimitæ tempora mitris,
 Et cirrhō insignes, cincinnatisqué capillis.
 Ipse tenet mediuni Princeps Ludovicus, & illum
 Ascanius juxta, faciem larvatus, & ora,
 Atq; ambo viridi velati corpus amictu.
 Non secus ac quondam, peteret cūm Phasidos oram
 Aesonides, prima tentans freta naufraga puppe:
 Tædia longinqui blanda testudine Ponti
 Orpheus, & sacro mollivit carmine Mopsus.
 Acta ratis sensim scruposam sulcat arenam:

cum ad decursum
 versus orbiculū:
 durum tempe
 Mantenedorum
 Ludovici Duci
 Vvirstembergici:
 equis de albo li-
 lio: & Ioach. Er-
 nesti, Principis
 Anhaltini: Equi-
 ti de rubra Rosa.

Non ullo clavo, non ullis concita remis:
 Nec zephyro quisquam antennas obvertit olentes:
 Nec summo latas prætentat in æquore tonsas.
 Æripedes terni vectant, fundoqué rotarum.
 Subjectos lapsus, & stupea vincula proræ
 Intenta impellunt. suus unicuiq; caballo
 Hinc atq; hinc comes incedit, gressusqué gubernat,
 Virgineo vultu : phaleraqué, & lora, lupique
 Herbarum speciem referunt, viridesqué smaragdos.
 Talis ubi pelagi motas compescuit undas
 Produxitq; diem : trifida Neptunus in hasta,
 Per mare veliferum, cælo subvectus aperto
 Flectit equos, curruqué volans dat lora secundo:
 Atq; rotis summum levibus perlabitur æquor.
 Tum variaz Comitum facies Panopeq; Thetisque,
 Cymothoeq; & Nereidum pulcerrima Doto,
 Tritonumq; chorus, Glaucique exercitus omnis.
 Ecce autem ante ratem, volucremq; ante ora caballum,
 Incedit lyricen : senique cybisteteres,
 Miranda specie, viridiisque in ueste sequuntur:
 Ludentes varios sinuoso corpore gestus.
 Nam tribus insistunt bini : binisque supernè
 Insistens unus, prono patit æquora lapsu.
 Dumque cadit, terno convertit corpora gyro:
 Et pedibus semper rectus consistit in ipsis.
 Perq; omnem caveam miro dein impete fertur:
 Ceu volitans per plana citus sola verbere turbo:
 Quem pueri gyro circump; vacua atria versant,
 Intenti ludo : plagiisque volubile buxum
 Curvato exercent spatio. stupet inscia turba,
 Miraturque suam, studiis puerilibus, artem,
 Tunc omnes reliqui pare dexteritate sequuntur
 Atq; agili mittunt ad terram corpora saltu.
 At medius, seu vir, seu fœmina corpore toto
 Se pandit : tergoqué jacet per rura supino.

Dena

Dena velut Tityus porrectus jugera, duram
 Visceribus dum pascit avem. mox cæterâ pubes
 Infistunt cordi, se sequé in brachia tollunt
 Mutua, & in scapulas mirando robore ponunt.
 Credibile est olim, cœlestia regna petentes,
 Sic montem monti super imposuisse Gigantes:
 Et Phlegram Cyrrha cumulasse & Pelion Ossa.

Hic postquam circo Ludovici navis aperto
 Constitit: inquæ sua placidè tellure resedit:
 Expectans socium fætì certaminis agmen.
 Protinus irrumptuſ cudenti corpus amictu
 Velati, flavisqué ornati tempora vittis,
 Sex equites, pugnas æris stridore cientes.
 Quos totidem à tergo larvati, ponè sequuntur
 Magnaniini heroes, simulati nomine falso,
 Balthasar, Melior, Caspar: tres qualiter olim
 Extrema Reges Arabum ditione profecti,
 Creduntur, nato Bethlæ inter mænia **CHRISTO**,
 Myrrham, thus, aurum, numero pare dona tulisse.
 Addunt se comites, ludo Pilatus, & æquo
 Qui fæſe Caipham, cognomine in ora ferebat:
 Armiger & juvenis, nullo celebratus honore.
 Omnibus Arabiæ pendent à vertice mitræ,
 Et sua flavicomiſ velantur tempora vittis:
 Omnes puniceis cudentia corpora limbis
 Succincti: lato quos circumplectitur auro
 Baltheus: & tereti subſtringit fibula morsu,
 In manibus præfixa gerant hastilla ferro,
 Cornea, longa rubro minii fulgentia succo.

Hos superadveniunt, Geticis capita alta tiaris,
 Velati, & sœvo simulati nomine Turci
 Sultanus Selymus, Mahometes atq; Amurathes,
 Terrifici ingentes animos. chlamys horrida tergo
 Pendet, & aurato fulgent circumlita luto
 Vellera: puniceusqué ornat color ora viorum,

Secundū contuberni ingressus in circuus.

Tertiū contuberni ingressus Turcarum.

Cornipedumqué lupi, phaleræq; & ephippia cudent,
Et nivei cùm pendent latera alta tapetis.

Ipsi ferratos & acuta cuspidé contos

Protendunt longè: sonitum dant buccinæ eburnum,
Bis geminæ, & pulcros modulantur ad æthera cantus.

Quarti contuber-
ny ingressiu, Hun-
geroru. Insequitur nova forma gregis, Geronqué, Bisonqué,

Vigeriusqué Comes: ostro quos sublita coniunt

Vellera quadrifido contextaque cœrula flavis,

Albaqué punicis fulgent: petasusqué capillos

Discolor obnubit: pendent redimicula tergo.

At nudus apici capitum superimminet infans,

Spicula contorquens manibus, cornuq; reflectens:

Præsentemq; viris stragemq;, necemq;, minatur.

Tum chlamys it, demissa pedes talaris ad imos:

Puniceæqué rubent ocreæ: calcaria cudent.

Dextro humero in lœvum suspensus circuit armum

Ensis falcatus. qualem fert aliger Hernies:

Aut qualem Inachides sexta cervice Medusa.

Concolor exæquat variantia vestis equorum

Terga: nec erecto similes in vertice cristæ

Deficiunt: pictoque armi velantur amictu.

Tres itidem paribus fulgentes cinctibus antè

Cantores, lituisqué sonant, atq; utre canoro:

Vtre, Polonorum qualis gens flatibus implet:

Agresti, quoties carmen modulatur, avena.

Addit se socium, faciemque & membra perustus

Æthiopum ductor, cum terrifico Calecutho:

Hungaricis recti petasis, fluit instita tergo

Ad talos demissa imos: quam concolor herbis

Imbuerat liquor, & flavens variaverat aurum.

Harpa hæret lateri: tereti juvat aurea morsu

Fibula nec pedibus calcarq;,& vincula, desunt.

Nec minus eripedum terga ornat amictus equorum,

Auratisqué virens foliis adverberat armos

Antè autem tubicen, cribriqué impulsor eburni,

Inductam

Quinti contuber-
ny ingressus &
thiopum & Cale-
cuthi Regum.

Inductam alterno membranam percūtit ungue:
At; aliis digitis retinens coclearia lēvis,
Nunc eadem fronti, mento nunc admoꝝ etimo,
Nunc dextris ferit unguiculis, mirabile carmen.

Hos ingressa super truccē Pentéfilæa caballo,
Dicit Amazonidum lunatis agmina pœstis,
Quam Thomyris sequitur, nudoq; Semiramis armo;
Omnes arnatæ jaculis: & terga sagittis.
Inquæ manu gestant præfixa cuspide pinus:
Dependent humeris corythi, & læthifer arcus.
Aurea quæ in collo flavet coma: & aurea turbæ
Cassida, & argento ductus tegit ora galerus,
Cui manus admixtum cono crispaverat aurum,
Carbaseosqué sinus, & barbara tegmina crurum,
Nectit Amazonio cælatus baltheus auro,
Martigenæ credas propè flumina Thermodreontis
Lunatum volitare agmen, turmisqué vagari,
Innumeris, Tanim postquam ferventi securi,
Fœmineoq; oinnein Schytiam frègere, tumultu.
Prævolat Hyppolyte, nervos impellere docta
E: blandam tentare chelyn: fidibusqué canoris
Incinit: & numeros interserit utre Camilla.
His properè longo subeuntes agmine Mauri,
Sublimes in equis, protendunt arma lacertis:
Balthasarus, Melior, Caspar, diversa priorum
Pectora, nominibꝫ sed condita fortè sub isdem,
Nec par ornatus, nec concolor ambit amictus.
Nam niveus totos habitus circumtegit artus:
Lineaq; albenti subnectitur infula filo,
Et tegit alta comas, limbo densata rotundo.
At laterum tractus spatioſaque pectora latè
Velat honos niveus: gemma quem fibula mordet
Rasilis: undantesq; sinus irrigat Iberus
Baltheus, unde anceps dependet ad ilia mucro,
Insequitur Pharao, Sicula tellure profectus,

Sextum Comilitum Amazonum

Septimum Consortium Maurorum

Et quondam Affyriis rex Sardanapalus in oris,
 Teutoniæqué heros sacer Hiltebrandus, & illi
 Cum Valertino comes aliger it Michaëlus:
 Qui mores hominum trutina præponderat equa,
 Ut fama, & justa dispensat præmia lance:
 Concolor est facies cunctis, & pectora circum
 Carbasius albenti, Mavors, substringit amictu,
 Octo præcinuere tubæ, paribusqué nitebant
 Vestibus induiti: color omnibus unus, & idem:
 Idem habitus cunctis: eadem ornamenta caballis:

Parte alia tres incedunt per scrupea circi

Ottavum comili-
stium tres peregrini-
natores ad D. Ia-
cobum.

Æquora: quorum humeros obvelat ianthina lèna
 Ad summos demissa pedes: capita alta marinis
 Ornatus conchis petasus, pupisqué decorus
 Obnubit: manibusqué gerunt ex more dolones:
 Et lætum Paana canunt, divumqué Iacobum
 Carminibus celebrant, numerotres impare: terna
 Voce pares: Abrialiamus pater, Isacus illo
 Patre satus: divoqué nepos à patre Iacobus.
 Non secus, incedunt noti per jugera campi,
 Quàm qui Callaco venerantur littore templum
 Manibus extructum divi, ceu fama, Iacobi:
 Glauca coronati festivis tempora conchis.
 Præcinit utriculus sylvestri carmina canna,
 Et chelys ista sonos seta modulatur equina.
 His medium se infert, qui corpora tecta gerebat
 Pelle ursi, seviq; caput (sic vidimus) apri:
 Indutus villis onerosum & dentibus aureis
 Vuisthanus: qui se porcorum à monte ferebat.

Nonum conju-
bornium quartuor
Tartari.

Vltima subsequitur Scythico velata colere
 Turma: rubras alto gestantes vertice mitras,
 Cæruleo induiti saturatas murice pallas:
 Accinctiq; harpis: quali gens Tartara amictu
 In pugnam venit: immani Vaydeccus, & acri
 Nomine Rascius, Sabiasq; & Thurius asper,

Cymbala

Cymbala aëna quatit, tergo bipatente Camelis,
 Larvatus Corybas residens, alternaqué jaqtat
 Brachia : & in numerum ferit æribus æra canoris:
 Mænaliusqué utris, cornuqué intersonat uncum
 Bis circum larvati omnes cinxere patentem:
 Et tandem spatiis se composuere propinquis.
 Limes erat medius : quò currere, & unde reverti,
 Fas erat : à validis pendebat funibus orbis:
 Quem dextra lèvaqué altis imposta columnis,
 Bina tenent manibus simulacra : hoc Roboris, illud
 Iusticiæ. nam fortis opus memorabile dextræ
 Intrepido certare animi, pro laudibus, ausu :
 Iusticiæ est meritam virtuti reddere palmam.

L I B E R S E P T I M V S.

DAm strident litui, percussaq; tympana ferro
 Dant sonitum: simul ora lupo spumantia pressi
 Exhortantur equi: seq; ad certamina firmant.
 Primus ibi Melior, Persarum tectus amictu,
 Gente Bipontina Bojoqué Georgius ortu,
 Clarus Ioannes, pignus deponit: & ære
 Liligerum invitat Ludovicum hastaqué lacepsit,
 Et quinquaginta pretium jubet esse daleros.
 Non renuit pignus Dux Liliger: & simul æquum
 Per campum fertur, rapidoqué abit ocyor Euro,
 Et medium rapit orbiculum. quem deinde secutus
 Non tetigit Melior, pinuqué erravit acuta.
 Emicath inc iterum, mediumqué hastæ implicat orbem
 Liliger: & cavez confessum ingentis, & ora
 Prima patrum magnis victor applausibus implet.
 Bis Melior circo pendente Georgus aberrat
 Bis rapit intorta Ludovicus Liliger hasta:
 Postrema tetigit Melior vice: Liliger errat.
 Proximus hūc pugnæ Hartmannus succedit Ianus,

*Decursum certan-
 trium equitum, ad
 pendentes orbicu-
 lum.*

*Ladovicus Dux
 Virtemb. certan-
 cum Georgio Ioā.
 Palatini Rhom.,
 duce Bipontino,
 qui se Meliorum
 praeuerat.*

Joachim. Ernestus Habsperga de gente satus, qui rura gubernat
 Princeps Anhalt. Badovilla aliás: Syrio nunc Caspar amictu.
 certas cum Equite Is pretium pugnæ, deponit quinq; Daleros,
 Casp. Ioan. Hart. Obviat Ascanius, Roseo qui nomen habebat
~~man. ab Habsberg~~ De campo, & pretii tantundem opponiit in ære:
 Alternatque vices dum Liliger Ludovico.
 Sed minor Hartmanni fuit hoc certamine virtus,
 Ascanii superata manu: dat præmia palmæ
 Cratèrem judex, fignis extantibns, asprum.
 Certamen Ducū Inde ad conatus fausto subit omne, qui se
 Virtembergici Balthasarum Syrio larvārat vellere clarus
 cū Equite Baltha Falcosteinæ generis de stirpe Sebاست.
 Saro Sebastiano Nanq; is Liligerum certamine vicit eodem,
 Comite in Fal- Ac donum pugnæ retulit sibi, quinq; Daleros,
 eckenstein. Tantundem pretij, vultu Pilatus Hebræo'
 Certamen Princi- pu Deposuit, Caiphas tantundem: nobilis ille:
 pi Anhaltini cū Equite Pilato, & Hic Rheni Comes ingenuæ virtutis Adolphus,
 Ducis Virtemb: cum Equite Cai- Lliger hunc vicit, bellator Anhalticus illum.
 pha, Adolpho co- Ordine dein adsunt Turearum, horrentibus armis,
 mite Rheno. Tres imitatores: quorum Lignizius heros,
 Primus ovat: Selymique efficto nomine fertur:
 Triginta fulvo depōens ære Daleros.
 Nicoleos totidem ponit, Miltizia proles,
 Qui se à Threitio Machometem finxerat Istro.
 Certamē Anhal. Iamqué iterum fragiles fragor incitat æreus hastas,
 Principis cum E- Cum roseus sonipes, motus clangore tubaruni,
 quite Sultano Se- Arva quatit pulsū, & contollit pulvere campum:
 lymo Ioachimo, Dispergitqué juba: & motas surrigit aures:
 Duce Ligniensi. Bis rapit orbiculum, roseo incita lancea pugno,
 Nec minus & Selymi Ioachimus nomine tectus:
 Exhortatur equum, tædamqué obvertit in orbem:
 Contorsitqué suis vibrantia tela lacertis:
 Nil tamen intenti profecit acumine ferri.
 Dux Virtem- Liliger insequitur, fortique trementia rursum
 bergici certamen Tela manu torquet: perniciose alite vento:

Per

Percampum sonipes pendentem fertur ad orbem,
 In voluitqué hastæ. Geticis succedit in armis.
 Spumante inqué impellit equum, Milticia proles:
 Dextera: sed voti fuit irrita. sic duo Turcas
 Diliger hunc, illum Rosiger superavit Anhaltus,
 Hand inora: Binavio Henricus de sanguine cretus:
 Nomen Amurathi Scythicum qui Regis habebat:
 Profilit, & justa ob victos jam percitus ira,
 Ascanio ponit bis denos ære Daleros,
 Vindiceq; arma manu rapit. ut cum sanguine viso,
 Aut jaculo in tergum Tigris virgata recepto,
 Acerior in pugnam ruit, & majoribus hostem
 Viribus aggreditur: fervens vim suscitat ira:
 Incenditqué animum rabies, & conscia virtus.
 Iam Rosiger volat Ascanius, stimulatqué caballum,
 Et pede ferrato, atq; effusa largus habena,
 Sed telis orbem, fixoqué involvere ferro
 Non valuit, tangens imi curvamina fundi.
 Ocyus adducto torquens hastile lacerto,
 Suspiciensqué polum Heinricus, sic voce precatur:
 Tu D E V S huic nostro præsens succurre labori:
 Et sine me hoc delere nefas: ne pristina belli
 Fama hoc parta loco, rursum labefacta recedat:
 Atq; omni decore amissio, pretiisqué relictis,
 Saxones ignavis cogantur cedere dextris.
 Eja, age, si nostros non aspernaris honores:
 Hac sine me superare vice, & regre tela per auras.
 Dixerat: & toto connixus corpore lignum
 Intendit: mediumqué hasta super implicat orbem.
 Bis redit in cursum Ascanius, bis vincitur hasta
 Thracis Amurrathi, præciumqué amittit: & auro
 Heinricus potitur, sed non Mahometia pinus
 Milticii tranquilla fuit, nec dextra quieta:
 Ereptumqué sibi dolet hunc virtutis honorem,
 Ergo his Binaviū compellat vocibus ultrò:

cum Equite Sul-
 tano Machometo
 Nicolao à Miltz

Anhaltini con-
 certatio cum E-
 quite Sultano A-
 murathe Heinri-
 co à Binam.

Deliberatio Mil-
 ticii cum Binavio
 de mutanda ve-

Be: & curundem Care vir, & nostris Henrice haud indecor armis:
 à circa egressus. Aut hoc omen inest habitu, luimusqué Getarum
 Supplicia informi quos præsentamus amictu:
 Aut hunc adverso celebramus numine ludum.
 Quocirca mutare habitum, vultusqué minaces
 Exuere hinc meditor: blandamqué assumere formam
 Oris, & Idaliæ mentiri pectora matris.
 Sæpe amor expugnat, quos ferrum vincere nescit.
 Ipse etiam Alcides, toto prius orbe subacto,
 Mæonicas inter calathum tenuisse puellas
 Dicitur, & duris stamen torfisse lacertis.
 Tu Paris esto: Paris magnum superavit Achillem.
 Iustus erit Pallas: Pallas nisi tuta fuisset
 Tydidei: imbelli poterat succumbere Glauco.
 At Juno Belciccus erit, quis fortior illa,
 Quæ soror ætherei fertur conjuxq; parentis?
 Sic ait: atq; Heysum dextra comprehendit Iustum,
 Belcicum læva: campoqué excedit aperto.
 Interea Oetingæ generoso à stemmate gentis
 Gotfridus, fictæ dominator Biso Granatzæ:
 Et Zochius factio Gerson cognomine dictus,
 Tolletæ dominus: subeunt ad ludicra Martis:
 Et Conradus equo Velbergus Iapyge fertur,
 Qui se Vigeria Comitem de gente ferebat.
 Bis denos quivis ponit quinosqué daleros:
 Vuirtember. cum Nec mora cornipedes rauci canor incitat æris.
 Equite Don Biso Liliger it, celerique via defertur ad orbem.
 de Grada: Got- Non secus, ac nervo per nubem impulsa sagitta
 frido Comite Oe- Insequitur Biso: BISONEM Liliger: illum
 singenf. Biso iterum, vastis tremit actibus incita tellus:
 Anhaltini Prin- Subtrahiturque solum: quatit æger anhelitus artus,
 cipis, cum Equite Cornipedum: & falsus rivis fluit undique sudor:
 Don Gerson de Liliger hoc vicit BISONEM præpete cursu:
 Tolleta, Baltha- Et rursum ducis Gersonem Rosiger. sed Vigerii laris hæres
 fero Zoch. Vuirtemburgici Liligerum superat, pretium & certaminis auscert.

Tum

Tum Rechbergæ natus de stirpe Philippus,
Æthiopum qui se simularat nomine Regem,
Succedit pugnæ: & pretium fert quinq; daleros.
Fert totidem, qui se Calecuthum dixerat ore,
Et Bucholcæa prognatus origine Ianus.
Liliger hunc: illum Rosicampi lancea vincit.
Nunc medios inter cursus exultat Amazon
Pentesilæa: manuqué rapit Mavortia tela.
Quam lectæ comites, Chaldæa Semiramis, & tu
Massagetum quondam Tomyri Regina secuta es.
Fert pugnæ pretium bis denos quisq; daleros.
Primaqué jani Tomyris Rosicampum Marte lacessit,
Vueiler equo fidens nec quicquam hastæqué trabali.
Nam Rosiger certa superavit acumine pinus.
Mompeligardæi Fridericus nuper agelli
Præsidium, validis nunc Pentesilæa lacertis
In pugnam subit: & servens quatit arcta virago.
Pentesilæa, levis totas, accepit habenas
In campum sonipes: volucrqué simillimus Euro.
Contra orbem validi contorquet tela lacerti.
Irrita vis abiit, sed non abit irrita dextra
Liligeri ducis: & palma victrice potitur.
Inde Leosthenius campo succedit aprica
Miles, Amazonio velata Semiramis ostro.
Hunc Rosiger vincit, veteris protector Anhalti.
Protinus in medium larva occultatus Eoa
Progreditur, Catto princeps Ludovicus in agro:
Et frater simul, eximia virtute, Georgus
Landgravius: Melior, falsi hic cognominis, ille
Caspar: & Erpachizæ Comes unà Balthasar oræ:
Balthasar Af syrius, sed origine Teuto Georgus.
Quadraginta illi ponunt pretium omne daleros;
Rhenanos hic fortè decem. volat ocyor Euro
Et dextra telum, Ludovicus, dirigit ala
Landgravius: certaque hasta contendit ad altum

Conte de Vigero,
Conrado à Vel-
berg.
Certamen Princi-
pius Anhaltini cù
Rege Æthiopum
Philippo à Rech-
berg. Et Ducus
Vuirtemberg, cum
Equite Ioā. à Ca-
lecuth, Ioanne à
Buchols.
Certamē Anhal-
tini Principiis cuno
Tomyri, Burck-
hardo à Vuclier,
Ducus Ludo vici
cum Pentesilæa,
Friderico Comite
in Vuirtemberg.
Iterum Anhalti-
ni cum Semira-
mide Alberto, Co-
mite in Leofstein.
Concertatio Prin-
cipis Anhaltini,
cum Equite Ca-
sparo ex Æthio-
pia, Ludovice
Landgravio Haf-
sia: Ducus Vuir-
temb. cum Equi-
to Meliore, Geor-
gio Landgravio
Hafisia. Iterum
Principiis Anhal-
tini cum Equite
Balthasaro Geor.
Comite ab Erp-
pach, Iterum Du-
ciis Vuirtemberg.
concertatio cum
Pharaono Siculo
Simone Comite à
Lippen, &c.

Orbiculum: certa sed erat tamen error in hasta.
At non Ascanius jaculo bonus errat: & hastam
Consequitur, quodcunq; petit fortunaqué juris
Nil habet in jaculo. victus nunc exiit Hassus:

Nunc Comes Erpachius pītu superatur eadem:
Nunc & Vualdecius: qui Sardanapalus in illud
Certam en Syrio tectus descenderat ore.

Nunc eadem pinus Ridesellum vincit Iahum:
Qui Vallertino sese jactat ab ortu:

Obtuleratqué decem, victori dona, Daleros.

Nec minor Ascanii dextra, Ludovicus ibidem
Liliger effulxit: qui Cattā à gente Georgum

Landgravium superat: Lupianum hic pr̄terit idem,
Qui se Trinacrii Pharaonem dixerat agri:

Et bis sex, pretium captārat equestre, daleros.

Liliger hic idem tria Martia peccorā vicit,

Holzhuso Ravios celebres de sanguine fratres:

Et quandam Angelico Michaelēm nominie tectum

Qui precium pugnæ tulerat: ter quinq; daleros.

*Alia concertatio
Principis Anhal-
tini cū Sardana-
palo, Francisco,
Comite a Vual-
deck Ducis Ludo-
vtici, cum Equite
Hilsenbrando Ru-
dolpho Rau, ab
Holtzhausen.
Iterum Anhali-
ni cū Equite Val-
lertino, Ioanne
Ridesel.*

Iam concendit equum Hermannus, Ianvizia proles
cū Anhaltini cū Qui se Abrahānum titulo occultārat avito:
fratre Abrahamo Et denos ponit, pretium haud exile Daleros.
Hermannus à Ian- Isacius totidem ponit, totidemqué Iacobus:
niū, & Ducis Vuir temberg. cū fra- Quorum hic Halvillo, pugnæ subit, editus ortu:
tre Isaac Conrado Ille è Thummorum Conradus sanguine venit.
Thum, & rursum Anhaltini cū fra- Liligerum Isacius superat: qui nomine vero
tre Iacob Georg. Thutminus erat: Rosa vincit avum, vincitq; nepotem.
ab Halvueil.

Ingressus novi cō Iupo, Minerva, Venus, cæcique cupidinis arcus,
tubernis, Veneris, Et Paris, auratum gestans in pollice malum,
Minervæ, Iuno- Pulverei redeunt tandem in spacia horrida circi
nisi & Paridū. Vitta rubens, sparsos per eburnea colla, capillos
Temporibus cingit: laterique herentia presso
Candida virgineas adstringunt suppura costas:
Puniceo quæ aptè fulgent circumdata limbo.
Ante Paris fertur, regali splendidus auro:

Adstri-

Ad strictoq; omnēs ostentat corporis artus
 Tegmine: dulce oculi rident, & dulce juventus.
 Nēc litui desunt, & agresti Musica cornu,
 Panos rauca sono: qualem Idæ in vertice pastor
 Inter Dardanias exercuit ipse bidentes.

Sed jam in fine rei tepidis sudoribus artus
 Cornipedum, & longi suspendunt ilia flatus:
 Quando ferè nitidus summis Sol montibus omnis
 Erepsit: & noctis equos Luna alta reducit.
 Tum Dux Tecciaci Ludovicus Liliger agri,
 Incipit effari præconis voce diserti:
 Quandoquidem melior, Iuvenes, pars acta diei:
 Ludorumquē satis lux hæc habet: altera lucem
 Cūm cruceis inventa rotis Aurora reducat:
 Propositum repeteremus opus. nunc mentibus omnes,
 Quod supereft, læti benè gestis corpora rebus
 Procurate viri, & ludum sperate parati.
 Iussa viri faciunt, intermituntquē laborem:
 Et dapibus reparant vires, animumque Lyæo.

Vercitur interea cœlum & ruit Oceano nox,
 Involvens umbræ magna terramquæ polumquæ:
 Et gelidum tenuans humentibus aera bigis.
 Tunc itefum à cena pubes Vulcania sulfur
 Expedit ignivomum; facibusqué accingitur atris.
 Mensa erat ante fores horti, junctæquæ propinquæ
 In conspectu arcis: super illa fumida glandes
 Machina fert positas, humanæ in membra figuræ:
 Ut speciem præstent geminorum ardendo gigantum:
 Et trepidam cieant per mutua vulnera pugnam,
 Iamque faces ardent: incensaqué fulget imago,
 Ore vomens ignes: sonitumqué imitatur Olympi:
 Ut qui olim nimbos & non imitabile fulmen
 Salmoneus ære, & cursu simulavit equorum.
 Interdum flammæ geminant: nunc tempora pulsant
 Mutua: s̄pē altam contingunt verbere frontem.

*Ludus à cena in-
 cediarius seu flâ-
 mi vodus, repre-
 sentans duos gla-
 diatores in igne
 concertantes.*

Interdum superas feriunt jacula ignea nubes:
 Inflammantque vias. piceum fert flammea lumen
 Tæda, & commistam Vulcanus: ad astra favillam.
 Non secus ac quondam Briareus cudentibus ignes
 Faucibus eructat, cœlumque inflamat: & illi
 Oppositus diris ululatibus intonat asper
 Enceladus: ruptoque vias illuminat igne.
 Aut cum Trinacia Cyclops incude laborat:
 Brontesque innumeris exasperat Aegyda signis:
 Fulmineoque altum Steropes in castide conum
 Crispatus agens: nequitque ater thoraca Pyracmon:
 Ingemit ignifluis Lipare fumosa cavernis.

*Globorum ardenti-
 si & flammivo-
 morum ejaculatio.* Intus, graminei paries quam prominet horti,
 Ignivomos fert flamma globos. Globus actus in auram
 Alta petit spatia astrorum: similisque volanti
 Surgit in immensum: & sparsos late ejicit ignes,
 Horrendum visu: tandemque exhaustus ab æthra
 Tardior in terram redit: atque exstuat igni:
 Flammantesque vomit cunctis ex partibus angues.
 Avia respondent sonitu juga. pervigil ut cum
 Artificumque rotata manus, & fulmina Cyclops
 Prosubigit: pulsis strepitant incudibus urbes:
 Sideraque alta fragor penetrat. stupet inscius alto
 Accipiens sonitum montis de vertice pastor.
 Aut velut horrescunt late Catanensia rura:
 Cum vomit Aethnæus fumosa incendia crater:
 Involvens circum rapidis nemora avia flammis.

Iam gelidam Phæben, & caligantia clarus
 Miserat astra dies, nitido proiectus Olympo:
 Ortaque depulerant Aurora lumina nubem.
 Tunc ubi cursorum manus omnis, & ambo celestes
 Regia finierant genialis prandia mensæ:
 Circum omnes repetunt: quis nondum facta potestas
 Certandi, hesternis induit corpora larvis.
 Hic Rosiger centum, positis uno ære, daleris,

Liligerum

*Continuatio de-
 cursus equestris
 ad orbiculum.*

Liligerum invitat pretio, pugnaqué laceſſit.
 Non renuit pretium Dux Liliger: & simul omnes
 In ſe oculos vertit. tum ſtridula cornua cantant:
 Et Rosiger Princeps opus inchoat, æquora prono
 Emensus curſu, & tremulum delatus ad orbem,
 Parte ima tetigit. Princeps quem deinde ſecutus
 • Liliger, orbiculum telo dejecit acuto,
 Implicitqué aetæ bis terqué in curſibus haſte:
 Ac pretium victor retulit cratera, ſuperbo
 Efulgentem auro, gemmisq; nitentibus aſprum.

Tum Burckhardus ovans animis, & robore dextræ
 Anvillus graditur, Vaideccus nomine, & ore
 Tartarus obſcuro latitans, Sabiasqué ſecundus:
 Qui ſe Razarschum cognomine dixerat uno,
 Laimingo clarus de ſanguine fortis Erasinus.
 Anvillusqué alter prodit certamen ad illud
 Vuolffgangus, Schythico cognomine torvus, & asper
 Rasacius: Turyusqué illum Schadecerza ſecutus,
 Daxpergum veteri de nobilitate creatus,
 Pro ſe quisq; decem fulvo Rhenana metallo
 Praemia deponit. ſed nemo ex agmine victor
 Tartareo excedit: Thuryum præter Schadecerzam.
 Nam Rosiger ſuperat Vaydeccum, Rasaciumq;
 Liliger horribilem Razarschum: qui tamen ipſe
 Vincitur à Thuryo, certamine rurſus eodem.
 At qui Vuifhanſi nomen Syobergus habebat,
 Horridus in jaculis & pelle Libyſtidis ursæ,
 Stammhemie natus Vuolffgangus origine gentis:
 Viginti ponit certamen ad acre Daleros:
 Impiger immiſſis Rosiger quem vincit habenis.

Tunc & Binavius redit in certamina circi
 Hesternus Geticis Amurathes victor in armis:
 Nunc Paris Idæo veniens à vertice paſtor
 Regius: & pretium bis denos ære daleros
 Pugnæ offert: totidemq; Venus, Miltizia fama,

Certamen Princepi
Anhaltini cū
Duce Vuirtemb.

Certame. Anhal-
tini cum Vaydeco
Oſonoſci: Burck-
hardo ab Anueil
Ducis Ludovici
cum Sabiath Ra-
zirsch, Erafmo à
Laymingen, Ite-
rum Anhaltini
cum Schanckus
Rafark, Ioann.
Vuolffgangus ab
Anueil Ducis
Vuirtember. cum
Mariebignie Tu-
ry Schadikerſci:
Carolo à Dazperg

Concertatio An-
bal. Princeps cum
Ioan. Vuift à Sy-
berg, Ioan. Vuolff.
à Stamheim.

Certamen Ducis
Vuirtemb. cū Pa-
tride, Heinrico à
Binau. Anhalt. cū
Venere, Nicolaus
à Miltiz: Iterum

Ducis Virtemb. Nicoleos: illo minor in certatibus heros
etem Pallade, Ix. Liliger, hoc Rosiger fuit: & pede celsit uterq;;
fr. Heyß. Iterum Alter pastorl succumbens, alter amori.
interveni, cum
Iunone Iacobino Nec minus & Pallas Heysus processit Iustus
a Belzick. In medium: quinosqué tibi generose daleros
 Liliger opponit pretio: positoqué potitus
 Victor oyat. festæ nihil omni tempore lucis
 Pulcrius in toto visum apparere theatro,
 Quàm Venere, armigeraq; viros superante Minerva.
 Indoluit Rosiger, laxisqué immissus habenis,
 Vincere Belziccum gestit, qui quinq; daleros
 Obtulerat pretium, speciem Iunonis iniquæ
 Frustra mentitus. nam justam accensus ad iram
 Ascanius fulvo Iunonem Saxone vincit:
 Et spolio Iunoris ovat, palmaquè superbit.
 Liliger hic. ergo Veneris nos prælia vincant,
 Quos neq; Tartarei proceres, neq; vincere duri
 Evaluere Getæ? quæ tanta insania pugnæ:
 Cedere fæmineis, superare yirilia tela?
 Non ita. Namq; et si nullum memorabile nomen
 Palma habet: at probrum tamen avertisse juvabit.
 Hæc qit: & pignus Veneri haud exile, daleros
 Bis denos ponit. parto illa superbit honore,
 Et totidem opponit, spe certæ concita prædæ.
 Sed Venus orbiculo bis aberrat: bis tamen illum
 Liliger involvit telo, vincisqué resolvit.

Eiudem concer- Acrior hoc factus successu Liliger heros
tatio altera cum Ascanio centum ponit, sua lucra, daleros
principe Anhal- Ille offert totidem. stridor latus turgent equorum
tino. Æris, & admislas sulcant calcaria costas.
 Hic iterum centum, lucratur in ære daleros
 Liliger: & pretium recipit cratera, figuris
 Lucentem variis, auro gemmisqué superbum.

Gladiatorium seu Postquam finierat pugnas Ludovicus equestris,
Gymnicum cer- Et cursus confecti omnes, ac dona peracta:

Protinus

Protinus in lati succedant æquora campi,
 Armati ferro pugiles, delecta juventus
 Gymnasiis passim, studioqué addicta palestræ.
 Hos geminæ dirimunt acies: quarum una Georgum
 Percolit, antiquum sequitur pars altera Martem.
 Hos vulgo Catos, illos cognomine dicunt
 Pennigeros: volucres quod jactent aëre gestus.
 Principiò pugnæ lecti duo rite magistri,
 Teccigenæ arbitrio: qui ortas componere lites
 Norint, & meritum virtuti reddere honorem.
 Oxembacchus erat certaminis arbiter unus:
 Alter Vogelius, custos fidissimus aulæ:
 Ambo satellitæ ductores, ambo periti
 Artis: & innumeris iam pridem exercita castris
 Dextra viris: aggressa viros: & sole fab omni
 Militiæ jurata manus, tunc arduis altos
 Ostentat Panopleus humeros: cui facta potestas
 Adversam pugnâ fervente laceſſere partem.
 Hic liber nexu, latequé in terga solutus
 Emicat: ac cœli jactat per inane lacertos:
 Poplite nunc varo fidens, nunc ludicra fortis
 Corpora collidens saltu: geminatqué rotatas,
 Multiplicatqué manus: & verberat iſtibus auras.
 Ordine deinde locat denso cuncta arma theatro,
 Hastasquæ enſesquæ, illicoquæ è robore ficas.
 Populeasq; ludes, unà Æmathiasquæ bipennes
 Tum legere arma jubet, sumisquæ occurrere telis.
 Nunc si cui virtus, animusquæ in pectore præſens
 Adſit: & infestis attollat robora palinis,
 Hæc dudum nobis pugnæ conſeffa potestas
 Principiſ arbitrio, ſed nulli hic nectere fraudem
 Fas erit, aut alta jam pridem mente reſpoſtum
 Exercere odium: ludicros ſumite cestus,
 Atq; alaci mecum contendere diſcite Marte
 Martigenæ hæc bello eſt & ferro proxima virtus.

*Magistri paleſtra
 & gubernatores.
 Hermannus Oxē-
 bach, & Ioc. Vo-
 gel, Praefecti ſatel-
 litum.*

*PANOPLÆS.
 Princeps pugilum,
 & ſummiſ pale-
 striæ.*

*Armorum aperte
 collocatio.*

*Provocatio ad
 certamen.*

Dixit, & ad superas interritus extulit auras
 Brachia, & in media tursum confisit arena,
 Protinus accedunt socii Phidolus, & hasta
 Phidolus, Abas,
 Prerelus, Pyxaga- Fortis Abas, Ptelerasqué, & sica fortis adunca
 thus, Doricles, A- Pyxagathus, Doryclasque & pilis asper Aconteus,
 conreus, Phegeus, Et gladio melior Phegeus, & Latomus ingens:
 Latomus, pugles Et quos obscuræ tacet ignorantia plebis.
 à penna cognomi-
 nati: vulgo ~~See~~
 derfchter.

Omnes attollunt palmis ferventibus arma
 Expectantqué hostem, telis pugnæqué parati.

Illi autem cunctari omnes, nec credere quisquam

Altera provoca- Se pugnæ. Panopleus iterum clamore lacescit:

tio. Quæ finis standi? quo me decet usq; morari?
 Siccine cessatis: ubi nunc manet ille magister
 Nec quicquam Mavors memoratus? an ille fatiscit
 Ventosa in lingua, pedibusqué fugacibus istis?
 Pennigeri hæc eadem cuncti simul ore fremebant:
 Exoptantqué viros, contraquæ occurrere poscunt.

Cum tandem densis olli thoracibus adstant
 Iphitus, Elurus
 Creillus, Crispus,
 Alalleus, Idas
 Pheudimus, pugi-
 les à D. Marco co-
 gnominati, vulgo
 Marxbrüder. Muniti, & cæstus audent attollere contrâ,
 Iphitus, Elurusqué ingens, vastoqué Creillus
 Murmure, & atroci Rallias asperrimus ore:
 Et Crispus, Flandro notus gladiator ab agro:
 Et rufos crines, barbamqué informis Alalleus,

Terribilisque Idas, tractandaqué impiger hasta
 Pheudimus: atq; alii, quos fama obscura recondit.

Primus ibi duplices poscit deponere amictus
 Martigenas fratres Phidolus, & omnibus unus
 Exemplum prior ipse dedit, tunicisqué rejectis
 Membrorum solidos artus, solida exuit offa,
 Hoc faciunt omnes, hoc Martigenæqué coacti,
 Et paribus densi circum glomerantur in armis.
 Ut se se permensi oculis, & quisq; priorem
 Speravere locuni, non protinus ira, nec ictus.
 Primus congreg-
 sus pugilum. Alternant paulum timor, & conjuncta pavori
 Consilia: explorant vires, dextramque minantur:

Atq;

Atq; enses hebetant, alternaq; brachia jactant.
 Arma armis gladio gladius sonat, ense recusus
 Ensif, & Oebalii coēunt in prælia fratres.
 Ut duo cùm certant adversis cornibus hirci
 Alta petunt primūm subtracta cornua fronte,
 Mutuaq; immiscent, dum tandem bile tumenti,
 Tempora temporibus collidunt, fronteq; frontem,
 Pheudimon hic primo congressum Marte Doryclas
 Vi superat. nam prima procul vix ora levantis
 Fulminea frontem dextra, disjectaque fundit
 Lumina: & impacto faciem ter sauciat ense,
 Protinus excedit pugna, gressusque secundos
 Pheudimus abjectis detractat saucius armis:
 Nec Doryclas alii voluit se opponere Marti,
 Tum pretium argenti ponit victoribus, arma
 Quæq; super Princeps, florenos quatuor: ensi
 Destinat ancipiti senos; nec munera quisquam
 Victor habet, vulnus nisi crudum inflixerit hosti.
 Hinc animis furor additus: atq; odia aspera surgunt
 Ignotis prius atque incensa mente feruntur
 In medium. Primus dextra felici bipennem
 Arripit ingenti Phidolus corporè nudus,
 Et quatit, & crebris diverberat aëra plagis
 Obviat huic alia certamen ad acre bipenni
 Iphitus: & vinclo chlamydem diffibulat arcto.
 Effulsere artus, membrorumq; omnis aperta est
 Ianua: & ingentes plagis pátuere laterti.
 Ut proprius ventum, confidunt poplite varo:
 Telaque protendunt, frontiq; oriq; minantur.
 Abduxere retro longè capita ardua ab ictu,
 Immiscentq; hastas, hastis, pugnamq; laceſſunt,
 Verberaque ingeminant nec quicquam: & pectore fatus
 Emittunt: errantque aures & tempora circum.
 Fervidus hic crudam Phidolus dirigit hastam,
 Transadigitque femur, subsutaque yellera braccæ

*Munerum & pre-
miorum in singu-
la arma propo-
sito.*

*Duorum bipenni-
gerorum certa-
men.*

Discindit. trahit ille pedem, & pendentia cruræ
Femina. sed pugnam renovat tamen incitus ira
Iphitus: & contrâ speculatus in agmine denso,
Obvius ire parat Phidolo, duraquæ torquet
Spicula in aduersum: nec spes effecta: sed ambæ
In pectus cedidere manus, namq; hastæ sinistrum,
Phidoli percussa manu, transverberat arinum.
Ille pedem referens cruda decepsit arena,
Brachia læsa, pedemq; trahens: ut aquaticus anser,
Cui fera pastoris bâculo vis percudit alam.

Duorum gladiatorum certamen, nudis ensibus armant,
Phegeus, Musarum studiis castæ quæ Minervæ
nudis ensibus commissum, summa acritate, Addictus quondam, nunc Herculis arma securus.
Atq; Atlantiadæ tractans pro more palestram:
Adversusque illi Flandrorum è luctante Crispus,
Ense bonus nudo, & præda spoliisque superbis
Multorum pugilum, quos stricto vi cerat ære.
Nam prius haud illo minor in certamine cuiquam
Cesserat, optata semper redimitus oliva,
Artibus his fretus, palmæ quæ superibus honore
Multæ prius passim solidu jactayerat ore,
Phegea contemnens: ipsum cœu nulla manerent
Præmia: sed manes, reclusaque janua lethi,
Namque hæc congressi ludicra in prælia circo,
Ensibus insurgunt rapidis, animosa quæ tollunt
Pectora nec vitam, dubitant pro laude pacisci.
Conseruere manus, intentaque brachia telis
Alternant. valido Phegeus prior imminet ense:
Verberaque ingeminant: totaquæ immensis arena
Insequitur. vigil ille metu cum pectori & armis,
Huc alterpat & huc, semper cervic e reducta,
Mille cævit lapsas circum cava tempora mortes,
Auxilioque pedum. sed non tamen immemor artis
Adversus fugit, & fugiens simul ictus obstat.
Respirant tandem, & paulum defel sa reponunt

Brachia

Brachia: sed Phegeūs arenī insurgit hiatu.
 Nulla manus requies: denisq; insibilat aer
 Ictibus: inqué vicem pugnant animosus uterq;
 Hunc pudor, hunc viēto jam spes ardentior hoste
 Instimulat: Crispumq; iterum fugat æquore toto
 Phegeus. ille animam differt, cautusq; futuri
 Rejicit intentos armis hostilibus iictus.

At Phegēus validis consertum viribus hostem,
 (Is vigor ingenio est, ea confidentia dextræ.)
 Ultrò audax animis instatqué: & desuper altè
 Imminet. ut præceps cumulo salit unda minaces
 In scopulos & fracta redit. sic ille frementein
 Circuit expugnans: tandemq; fera arma carentem
 Advocat: & telis inopinum interserit iustum
 Comminus. inflicto sonat omnis vulnere vertex:
 It crux, & tepido signantur tempora rivo,
 Et coma concrescit tepido madefacta liquore,
 Punicexqué rubent aures, & sanguine manant,
 Vicisti Phegeu, neç sortem deprecor istam,
 Crispus ait: vicias tibi do cum munere palmas.
 Haud procul lignam fert circum tempora sicam
 Ælurus, rapidoqué fremens immurinurat ore.
 Huic ars pelicias membris inducere vestes:
 Infectasqué cutes manibus purgare bidentum.
 Contra hunc Pyxagathus sicam contollit: & altè
 Fulmineis ambo suspensi corpora plantis,
 Erexit manus: toto procul ora recestu.
 Irruit Ælurus damnis securus, & ambas
 Consumit sine lege manus, & prodigis iræ
 In ventum vires nec quicquam effundit inanes.
 Tela oculis, manibusq; prior vigilantibus exit
 Pyxagathus, sicamqué obicit. flicituqué resistit.
 Forte illuc plagam venientem à vertice vidit:
 Et telo except: nisi quē immotus eodem

*Duorum pugilum
sicut certanum
congressus.*



Desuper illatam retulit: durumque reducta
 Libravit dextrā media inter tempora sicam,
 Sanguine conspecto tollit vītricia palmæ
 Munera Pyxagathus: fulvaque exuktat arena.
Duorum pugilium hastilibus seu pilis communius certationem congressus,
 Conscia jamdudum virtus, laudumque cupido;
 Magnanimum stimulo, ceu calcar, Acontea pungit:
 Ille quidem & gladio bonus, & contendere sica:
 Nunc jaculo incedit melior parvaque sarsiſla:
 It parili contra hastili ferventibz Idas:
 Cui manus hircorum detractas comere pelles
 Assueta, & caudas morsu producere ovinas:
 Nil actum primæ duro certamine pugnæ:
 Fortis tuterq; matu, jaculbque invictus eodem.
 At jam congressu postquam coiere secundos
 Intulit in lœvum præsignis Aconteus armum
 Hastile atq; humeros & brachia sauciāt orno.
 Idē excussa manu terræ incidit hasta: sinumque
 Desudat sanguis, sterilemque cruentat arenam,
Duorum pugilium manus sica conseruentiū certamen. Ecce iterum, vīctor clamatus Marte priori,
 Constitut in digitis, & summi pulvere campi
 Phegeus: & sica Rallantem invadit obunca.
 Sed quia depositum nondum desueverat ensenti,
 Ira ardens vacras agit inconsulta per auras
 Brachia, præcipitatque manus. at providus astutus
 Rallas, & toto curvatus corpore Rallas,
 Et Rallas vigil arte sua, nunc rejicit ictus.
 Nunc nutu cavet ambiguo, capitisque citati
 Obsequio: manibus nunc obvia tela repellit
 Inde renidenti lustrans obit, & fremit ore:
 Sanguineamque rotat ferventi à vertice sicam:
 Incautumque ferit per nares Phegea Rallas.
 Ille sed actepto restaurat vulnera Martem:
 Expositque virum. sed lœtus munere Rallas
 Denegat. & se ictum pugna non esse superbie.

Iam

Iam nova Vogelius caput altum in prælia tollit :
 Pugio quem nodis ac acumine pineus armat,
 Dextra crispatus nec quisquam ex agmine tanto
 Audet adire viruni. multum ille diuq; moratus,
 Tandem alacris, cunctosq; tuens excedere pugna.
 Munera digna manu, nullo certamine tollit.

Pugio unus subla-
tus hæsi caruit.

Hastam proceram vibrans, & mole sua stans
 Latomus expectat, circoqué moratur aperto.
 Nemo pede in tollit contrà : hoc ferventior ille
 Provocat adversa pugilem de parte : diuqué
 Cunctatus frustra, palma victrice potitur.
 Et si quis toto fuetit gladiator in anno,
 Qui fervente vélit mecum certare sarissa:
 Inveniet promtum. sic fatus, præmia tollit.

Latomi processus
ad certamen sa-
tis in soundum.

Emicat hinc ense oblongo rubicundus Alalleūs :
 Nudatumquē rotans, alterna in brachia jactat:
 Exultans animis : & crebro congerit ictus :
 Obviat huic animosus Abas, & prælia necit :
 Immiscetq; manus manibus, ferrumquē coruscat.
 Fulminei sic dente sues, sic prælia tigres,
 Sic libyci crudis ineunt assultibus ursi.
 Tum pavor & gelidus defixit Alalleā sanguis :
 Et media vulnus deforme in fronte reportat.

Digladiatio facta
longis ensibus.

Ecce autem Pterelas procedit corpore vasto
 In campum pugil : & crebra ferit aëra sica.
 Quæritur huic aliis, nec quisquam ex agmine tote
 Progreditur : nec quisquam audet se tollere contra.
 Tandem insperatus, densa de plebe ventum,
 Emicat, audaci protendens brachia nisu
 Pumilio exiles breviter contractus in artus.
 Isaiades qualis, vasta cùm mole Goliam
 Impar aggressus fulva prostravit arena,
 Stuppea contorquens Balearis verbera fundit.
 Intumuere animis Pterelas nanusquē : sed ille

Pygmachia Pte-
rele cum ligmas
sua Nana.

Celsior usq; gradu validos fert desuper ictus.
 Hic brevis erecta surgens ad verbera planta
 Os petit: at cæptis non evaluere potiri
 Frustratæ brevitate manus: licet optima rerum,
 Exiguo magnas sinuarit corpore vires,
 Majoremq; animum dederit natura minori.
 Acrior hoc Pterelas animoqué & pectore supra est:
 Et tandem eludens sublato poplite nanum
 Transmittit, pulsatqué nates, & mitigat iram.
 Fit sonus: & lætos attollunt agmina plausus.

Iam labor exiguus Phœbo restabat, & alto
 Hesperus ibat equo: cùm cœnam epulasqué frequentant
 Certando fessæ, fessæ spectando catervæ:
 Magnanimqué duces ludis jam ritè peractis,
 Læticia certant, reliquis gaudentqué diebus.
 Hic epulæ: penitusqué cavæ concentibus aulæ
 Miscentur, lituisque sonant. urbs tota resultat
 Plausibus: & posito vili subtegmine cives.
 Festivosqué gerunt habitus, cristasqué biformes:
 Caraqué plebejo teritur prætexta tumultu.

*Alberti Comitus
ab Hoenloë diffi-
cili agrotatio.*

Interea Alberti Roseus penè aruit Indus,
 Indus Hoenloë: quem fictis gesserat armis:
 Parcarumqué dies, & vis inimica propinquat.
 Costæ ardēt: premit ægra sitis: latus aspera torquet
 Febris: & insurgunt recidivi semina morbi:
 Difficilesqué ægros labefactat anhelitus artus,
 Os livet: positæqué movent fastidia mensæ:
 Nec quisquam potest visos cognoscere vultus.
 Tum genitrix, lectis ut forte propinqua resedit:
 Et curam nati, pro more fideliter, egit:
 Ah quem te aspicio? quantum mutatus ab illo
 Alberto, patriis qui nuper ovabat in armis?
 Cur heu non possim communi occumbere letho?
 Felix morte mea, neq; in hunc servata dolorem.

Quid

Quid lucem hanc invisa DEO, quid demoror annos
 Intelix mater? sed fati præscia mater
 Non frustra hos dederam monitus, hæc seria jussa,
 Cautius ut sævo velles te opponere Marti:
 Haud ignara parens, quantum novus ardor in armis,
 Et quid laudis amor tali certamine posset.
 Hæc genitrix: lacrymis, ita quæsta gemebat, obortis.
 Ille oculos vix attollens: ne mater acerbum
 Hinc caput luctum: neve huic succumbe dolori.
 Non thalamus nocuit, non prælia ludicra Martis,
 Non præceps casus. vidisti incedere rectum
 Postea: & illatas aulis accedere cænas.
 Nec manus Ascanii dedit innoxia morbum:
 Est vetus: & lapsu forsan renovatus ab isto.
 Testis erit medica celebris Kielmannus in arte:
 Testis erit Phrygio, cui felix dextera semper
 Curandis hominum morbis. quin erige mentem,
 Nec culpa immeritos. viridis fors ista juventæ
 Debita erat nostræ. si pubescentibus annis
 Emorimur: senii nihil experiemur acerbi.
 Nec vos arguerim, duro certamine ferri
 Qui concurrifistis. DEVS hoc dispensat ab alto
 Æthere mi fatum. quicquid DEVS Æthere ab alto
 Destinat, id nunquam mortalibus officit ægris.
 Iamqué adec tibi summe D E V S, pater optime, grates
 Lætus ago: quod me fatalis sevocat hora:
 Et tua me cœli stellis fulgentibus infert
 Alma manus, miseri surreptum cladibus ævi,
 Sis bonus, ô, clemensqué mihi, veniæqué paratus
 Condonas culpam. quod te per cœlica posco
 Flamina, per C H R I S T I nobis placabile numen.
 Sic ait, inquæ humeros cervix collapsa recumbit:
 Et letho rapitur caput: actaque vita per auras
 Concessit læta ad superos, corpusque reliquit.

Joannes Kielman,
 & Paul. Constan-
 tin. Phrygio: Me-
 dicina Doctores,
 Archiatri Vair-
 tembergici.

Comitus Alberti
 mors.

At verò, vultum ut vidit morientis, & ora,
 Ora modis genitrix nati pallentia miris:
 Ingemit: & duplices tendens ad sidera palmas
 Ejulat: & guttis humectans grandibus ora,
 Terq; quaterq; manu pectus percussit honestum,
 Solantur medici mœstam famulæqué cadentem
 Corripiunt isterqué manus ad fulcræ reponunt.
 Et jam fama volans, tanti prænuptia luctus
 Ludvicum, festasqué domos & mœnia compleat.
 Omnes dant gemitum tunsis ad pectora palmis:
 Regiaqué immugit luctu, præqué omnibus unus
 Ingemit Ascanius: luget Ludovicus uterq;
 Alter Tecciaci dux, alter limitis Hassi:
 Luget Henæbergus: Badanæ Carolus oræ
 Luget Marchiades: & tu generose Georgi
 Cattorum princeps. omnis Baro luget: & omnes
 Magnifici Comites, cum nobilitate dolentes
 Atrato ingentem tollunt velamine luctum.
 Dicatur in templum generosi flebile funus
 Alberti Comitis: Comites interqué vetustos,
 Virtembergiaci generis, tellure locatur.
 Omnis turba Ducum, Comitesq; altiꝝ dynastæ,
 Nobilitasq; omnis, summum comitantur honorem
 Funeris: intersuntqué sacræ: solatia luctus
 Exigua ingentis: Comiti sed debita magno.
 Et nunc servat honos sedem illius: ossaq; nomen
 Marmoreo in tumulo (si qua est ea gloria) signat.

*Sepulchrum Comitis
Alberti.*

*Dilectus Princeps
pum creditio do-
num à nuptiis.*

Postquam regales epulas, festumq; jugale
 Bis septeni clausere dies: tempusque peractum
 Quemlibet ad patrios rursum jubet ire penates,
 Primus ab urbe redit Badanam Carolus oram,
 Et dulci linquens uxorem in limine caram,
 Dat nuptæ monitus natæ, vocesqué reponit
 Auribus: & tacito fert verba novissima voto.

Digressus

Digressus placidis affatur vocibus urbem:
 Cara mihi tellus, magnæ cui pignora curæ,
 Depositumq; ingens animo commisimus æquo.
 Sis felix, & perge diu florere, sacrumquæ
 Relligionis opus, pacemq; tuere benignam.
 Sic fatus miti lecticæ infertur. at illum
 Prosequitur socio pafu Ludovicus euntem.
 Inde Bipontina clarus de stirpe Georgus:
 Et Catti fratres, & fama Henæberga recedunt.
 Vidiſſes mōrente genas hīc imbre mādentes
 Et tristes abitus. vidilſſes corpora saltu
 Fœmineo ethnicissé Dicum, Comitumq; sororim:
 Utq; agiles ipsæ versarent aëre gyros
 Cornipedum, & doctis inhiberent oratupatis.
 Ite bonis avibus, Princeps ait optimus, ite:
 Et nostri memores veterem retinete favorem,
 Illustres animæ. Tum clari ductor Anhælti,
 Lignitio comitante suo, natāqué pariq;
 Postremus cursum tenet: & sermone moratus
 Ludvicum illustrem, socianiq; in amore maritam:
 Tandem ait: Vnanimis duo candida corda valet.
 Mentibus, patriæ illustres fundate nepotes:
 Qui leges, qui jura colant: verbumq; salutis
 Syncero studio ventura in secula mittant:
 Et casta maneant in Relligione parentum.
 Tunc illam amplectens: & tu pulcerima forma
 Sueviadum digno tandem possessâ marito,
 Vincula casta fove: Eximiis sic nulla decoris
 Damna tibi veniant: viridi sic flore juventæ
 Duret in æternum, & nunquam tua forma senescat;
 Hæc fatus conscendit equum: gressusq; recurvat
 Quadrupedemq; citum ferrata calce fatigat.
 Tum litui clangunt, & tympana verbere pulsâ
 Alterno insultant. hilarem dat buccina cantum.

Q 4

Illi intrant aulam : patrias hic tendit ad oras.

Et mea nūc tendunt ad lētum carbasa pōrtum,
Immenso defessa mari. tibi C H R I S T E suprema
Gratia : quod ventos voluisti avertere & imbres :
Ne mea tam longo pateretur in æquorē triste
Naufragium, pleno sed nunc petat ostia vēlo,
Eluctata freto ratis, eluctata procellis.



LIBRI

LIBRI QVATVOR

DE SECUNDIS NVPTIIS IL-
LVSTRISSIMI PRINCIPIS AC DOMINI,
D. Ludovici, Ducis VVirtembergici ac Teccensis, &c. cum
illustriſſima Duce ac Domina, D. Vrsula, Duce Bava-
riæ, Comite Palatina Rheni, &c. mense Mayo
annī 1585. Stuccardiæ cele-
bratis.

QVIBVS INSERTA EST, SEDECIM ADA-
vorum atq; Adaviarum domus Vuirtembergice, histo-
rica series ex probatissimis assumpta
auctoribus.

LIBER PRIMVS.

 Vi primas olim geniali carmine tædas
 Ornavi: patrias cùm Dux Ludovicus in urbes
 Dorotheam in veheret, Badanæ stirpe creatæ:
 Idem nunc thalamū versu memorare secundū
 Aggredior: festosqué iteruni celebrare penates
 Teccigenū: & casto meditari carmen amori.
 CHRISTE fave coeptis, tibi namq; jugalia curæ
 Vinculū sunt, puræq; faces, flammæquē duorum:
 Quas sacer ætherio succedit Spiritus igni.

*Edit. Anno Chr.
1585.*

Tu verò decus, & gentis tutela paternæ,
 Huc ades ô iterū, princeps Ludovice, canenti,
 Festa mihi, patriæ nuper sub mœnibus urbis
 Octonas Maji lœtas agitata per idus.
 Nam tua me virtus, mea mens, tibi debita soli,
 Huc adigunt: memori quoniam sub pectore fixum,
 Immortale sedet meritum: quo me tibi servas
 Devinctum: ut studii cursu gravioris omisso,
 Nunc repetam lusus, annis melioribus aptos.
 Nam mihi per varios casus, post longa laborum

Q 5

Fata, viro reduci; patriaque in sedere accepto:
 Casta Palatini celebrantem foedera lecti:
 Lætitiae dare signa lubet, dare signa triumphi.
 Ite procul veteres curæ, procul ite molestæ
 Mentibus ærumnæ: procul hinc secedite nubes
 Rugosæ frontis, pallorqué, & nicesta senectus:
 Quæ præmaturis turpatis tempora canis.
 Nunc demum rate cærulea vectasse per Istrum
 Me juvat: & Boji radentem limitis oram,
 Oppida tot passum, vallis munitæ, tot altæ
 Aspexisse arces: nunc demum augusta Viennæ
 Tecta intrasse juvat, Stiriosqué adiisse, solumq;
 Carniolæ, & diris nimium certamina Turcis
 Arva Croatorum: nunc demum Pannonis orbe
 Digressum, penetrasse sinus, atq; intimæ tutum
 Regna Liburnorum, & frontes adiisse Timavi.
 Tum cursum Adriacas vento tenuisse per undas:
 Et dominam vidisse maris juvat: equore cinctam,
 Vndisonis Venetam Neptuni mœnibus urbem.
 Nunc demum Euganeos juvat accessisse quadriga
 Adclivos: Aponus terris ubi fumifer exit:
 Atq; Antenoream cohonestat Livius urbem
 Vna biennali præponderat hora labori:
 Qua tibi post vidui tristissima damna cubilis,
 Dux Ludovice, novas præfenti carmine tædas
 Condecorerit: & reduces statuam huc ante ora caminas:
 Pluribus ereptas adversi casibus ævi:
 Vnde sed incipiam primùm? aut quo fine quiescam?
 Namquæ ferenti oculos circùm vagus æquore campus
 Sese aperit: rerumquæ novus mihi nascitur ordo.
 Iam duo transferant revolutis mensibus anni:
 Ex quo Dorothées tumulaverat ossa sepulchro,
 Conjugis ossa suæ, Princeps Ludovicus: & ægra
 Solamentis, vivos è marmore vultus
 Dux immenso raptæ dilectus amore.

Ex

Et jam tempus erat viduo decedere lecto,
 Consortemq; novam patriis adjungere regnis.
 Multi illum magnique Duces, & Teutonos oræ
 Magnanimi heroes, genus alto sanguine Regum,
 Optavere sibi, & volueré adjungere: tantis
 Insignem donis generum, tot dotibus auctum.
 Nec minus & patriæ proceres instare, precesque
 Fundere, & assiduis viduum incusare querelis:
 Quando salus patriæ, & veterum pars prima penatum
 Hunc penes: inqué ipso domus inclinata recumbat.
 Nanq; hæres alter regni Fridericus ab illo.
 Sed nondum alterius spectabat fœdera lecti
 Dux pius: antiquis indulgebatque querelis:
 Haud oblita gerens thalami pia corda prioris.
 Tandem multa librans animo, secumq; voluntas
 Concilii proceres vocat, arcanosque retecti
 His aperit sensus animi: sic farier orsus.

Etsi me tædæ poterat tædere jugalis:
 Ne cui me vinclo vellem sociare maritus:
 Postquam primus amor deceptum morte fefellit:
 Sæpe tamen regni utilitas, & publica cogit
 Res, animi affectus privis postponere rebus.
 Quando ergo toties nostros inflectere sensus
 Haec agressi, thalamum suafistis, & aptum
 Conjugium, nec vestra capit hortatio finem:
 Accipite hæc animis, atq; hæc mea figite dicta.
 Vrbs jacer Alsatice in finibus: hic ubi nostræ
 Teutoniae tellus Lotharingas aspicit oras,
 Lucelstena vetus: Comitum quondam inclyta sedes,
 Quos bello vicos, patrii ditionibus agri
 Exuit, antiqua Fridericus fama PALATI,
 Septemuir Princeps: Nunc illam cretus eodem
 Sanguine, Ioannes virtute Georgius omni
 Illustris Princeps tenet: Imperioque potenti
 Subjectos populos, dotaliaque arva coheret.

*Oratio Ludovic i
Principi, ad suos
Legatos, de qua-
renda sponsa,*

Huic tres è Sæca superant nunc conjugæ natæ,
 Nympharum similes : quas ingeniosa vetustas
 Tres finxit Charites : tabulisq; appinxit Apelles
 Corpore formosas, formosas mentibus æquis.
 Harum quæ media, atq; amissæ conjugis aptum
 V R S V L A nomen habet : bis septem-nubilis annis:
 Virgo decus generis : & dotatissima forma :
 Hanc nos, hanc unam, nomen pensare locumq;;
 Conjugis amissæ cupimus. Vos ite parentes
 Oratum, ut tanto me dotent pignore lecti.
 Non illo quisquam melior, nec amantior æqui
 Princeps, aut illa reverentior ulla superni
 Numinis : ætherii cultores ambo parentis.
 His dictis, properè Alsaticam demittit in oram
 Legatos, opibusqué graves, auroqué coruscos.
 Illi iter emensi, festivis passibus adsunt,
 Improvisi homines : loco subeuntqué v etusto
 Et sensim parvæ succedunt mœnibus urbis.
 Diditur exemplò per Principis atria rumor :
 Advenisse viros, è Vuirtembergide terra:
 Conspicuos virtute viros, atq; ore verendos.
 Inscius ille animi, quidnam portentve, petantve :
 Ad se intra sua tecta vocat : simul obviat ultrò :
 Agnoicitqué viros : atq; in penetralia ducit.
 Et quænam cursus huc, inquit, fata dedere ?
 Aut quo vos animo nostris DEVS appulit oris ?
 Quid Princeps Ludovicus agit ? qua vescitur aura ?
 Sic fatus, dextra petit hunc, illumqué sinistra.
 Haud secus & Suecis pronata à regibus Anna
 Obvia fert gressum, & venientes excipit æquo
 Hospitio : pacemqué DEVM, tranquillaq; poscit
 Omnia, duplicitibus tensis ad sidera palmis.

Meliorū Iageri, à
 Gartringen, inti-
 mi Consiliariis
 Vuirtembergici

Tum MELIOR patrię custos non ultimus ore,
 In quo summa fides, candor sine nube serenus :
 Et mens humana major, virtusqué perennis :

Intimus

Intimus ipse aulæ comes : & certissimus auctor
 Eloquii: placido hæc illi prior edidit ore.
 Dux, genus egregium Rheni, Princepsq; Palati,
 Tuqué Suecorum, regali semine nata:
 Non nos huc casus, non fors his applicat oris:
 Consilio hanc omnes, animisq; volentibus urbem
 Afferimus. Princeps tua nos ad limina mittit
 Vuirtembergiacus: quem non virtutis egenum
 Auxit honore DEVS, patriisq; admovit habenis.
 Carolus, antiquo de Badæ sanguine natam
 Huic pater intactam dederat, primisq; jugarat
 Ominibus. Sed enim mors illam præcoce fato
 Abstulit ante diem, teneroqué exemit ab ævo:
 Et nunc alter abit delapsis mensibus annus:
 Ex quo reliquias, devinaqué conjugis ossa
 Condidimus terra, tumuloq; sacravimus umbram.
 Dux tamen ex illo luctu, ac moxore superstes:
 Hortatu impulsus patriæ, multisqué suorum
 Dictis (quod felix, patriæqué sit utile genti.)
 Post vidui tandem mœstissima tempora lecti
 Conjugium rursus, thalamosq; ambire secundos
 Cogitat: auspicio superum & felicibus orsis.
 Multi illum, multi (ne Princeps temine quod ultrò
 Proferimus voces humiles, ac verba precantum)
 Optaveret sibi, & volueret adjungere, tantis
 Insignem donis generum, tot dotibus auctum.
 Sed nos fata DEI vestras exquirere terras,
 Imperiis egere suis. Est filia vobis
 VRSVLA, virginei flos illibatus honoris,
 Amissæ cognomen habens. Hanc Teccius Heros
 Expedit: amissæ ut nomenq; locumq; rependat
 Conjugis: & nostros fœcundet amore penates.
 Nam sibi progeniem hinc sperat virtute futuram.
 Egregiam, & patrias quæ justis legibus urbes
 Ornet: & antiquum generoso sanguine Teccæ

petitio: apud Pa-
 Latinum Principi
 . Georg. Ioannem.

Nomen in astra gerat. Non vobis Principe tante
Hospitis uber agri, non dextera deerit amica.

*Responsum Geor.
gii Iannus, Palaeo-
tini Principi.* Talibus orantem dictis, defixa Georgus
Obtutu tenet ora: soloqué immobilis hæret:
Intentos voluens oculos: simul optima conjux
Spemq; metumq; foyet dubio sub pectore mistum.
Tandem latus ait Princeps: D E V S orsa secundet,
Auspiciumqué suum. Dabitur Ludovice quod optas:
Fœdera nec sperno: quamvis minor urbibus amplis:
Nec sacer hoc genero, nec filia conjugé tanto:
Digna satis forsan: vestrisqué paratibus impar.
Gratia sit superis, quorum bonitate secunda
Auspiciisq; viget domus inconcussa P A L A T I
Rhenani: cùm nostra petant connubia tanti
Heroës, tantiqué duces, & fœdera jungant.
Nam quis Tecciacos, famâ super Æthera notos:
Nesciat heroës: generosum semen amati
Vlrici, magnisqué duces Heroibus ortos?
Quorum facta pii vates annalibus addunt,
Illustresq; animas æterna in secula mittunt?
Quis pietatis opes: quis relligionis honores
Synceræ ignoret? quis terræ divitis uber?
Quòd si cœpta DEVS, quem voto supplice posco,
Rite secundârit, nostrum & firmaverit omen:
Non erimus sponsò indecores, non nostra feretur
Fama levis: nec tanti abolescat gratia facti.
Nec vos Kenigenam gremino excepisse pîgebit:
Tecciacos Nympham. Quare vestra Ursula, vestra est,
Ducite: nusquam abero comes hac cum matre, domoqué
Et natis. Eadem hæc lachrymis pia mater obortis
Ingeminat: gratesqué pio de pectore solvit
Auspicibus tantorum operum, Christoqué benigno.
Tum natam accedunt, & quæ sententia menti
Explorant: velut Isacio cùm pronybus olim
Quæceret Assyrio mittendam ex urbe Rebeccam:

Sollicitus

Sollicitus Bathuel, ne quæ pepigisset amanti,
Virgo recusaret, mentem perquirere natæ
Censuit, & cunctos metuentem expellere casus:

Accepit vocem genitoris & VRSVL A matris.

Flagrantes perfusa genas, cui plurimus ignem

Subjecit rubor, & pudibunda per ora cucurrit.

Vt cum mista rosis albentia lilia pictis

Suave rubent: aut cum niveum quis sanguine fuso

Tingit ebur: tales virgo dabat ore colores.

Tandem pauca refert: vestrum mandare parentes,

Sed parere meum. Sicut placita omnia CHRISTO:

Omnia sic fiant: sequimur quoconque jubemur.

Nam patris hoc opus est cœlestis: sentio numen,

Et mea divino sponderi fœdera pacto.

Est locus ad veteris positus confinia Brettæ

Durlachium, à turri nomen cui prisca vetustas

Imposuit: nostris jam nunc disterminat oris.

Iugera Badani laris. Hunc petiere parentes

Cum sponsa: petit hunc & Virtembergicus heros:

Ante tamen sibi promissa de virginе certus.

Vt conventum illic pacto firmantur eodem

Fœdera, quo prius: ambrosia tum dextera dextræ

Conjuncta: & teneræ sponsalia munera nuptæ

Addita: Erythræo collectæ à littore conchæ

Inclususq; Adamas auro, viridesqué Smaragdi:

Dos etiam sponsæ pacta & dotale vicissim

Hospitium viduæ: si quis sit ab æthere casus.

Tunc epulo indultum: tunc causa inventa morandi:

Tunc risus: hilaresqué joci: tunc blanda voluptas,

Lætitiaeque dator generosi succus Iacchi.

Et quisnam illius possit memorare diei

Gaudia? quis ludos? quis cantus? quis vē choreas?

Omnis tunc luctus, tunc omnis cura valere

Iussa, proculque actus mœror: cui quando fugatis

(Post multas hyemes tempestatumque furores)

*Responsum Virg.
La Palacina vir-
ginis*

Nubibus, in vacuum purus redit aëra Titan.

Aut cùm, quæ gelidæ per tristia tempora brumæ

Semianimes nido obscuro jacuere volucres:

Vere novo in lucem redeunt, campoqué potitæ

Aprico, variis implent concentibus auras.

Tum thalamo statuere diem, festoqué jugali,

Purpureas idus Maji, quo tempore tellus

Cespite se vestit viridi, & formosior annus

Appingit flores diversicoloribus agris,

Arboribusqué comas, & mollia gramina campis,

Et jam longa mora est omnis: tardequé videntur

Ire dies, segnemiqué rotam non volvere Phœbus.

Risit amoī, multumqué tibi Ludovicē negoti

Exhibit: & pigros intra tua limina somnos

Ducere non patitur: nec inertī perdita luxu.

Otia transfigere. Hinc missus cognata tabellis

Turba vocanda tibi, festa ad genialia lecti:

Hinc domus hospitibus tibi præscribenda vocatis:

Hincludi, & circa ludo signandus equestris:

Armaqué, & excubixæ, & rerum quæ postulat usus.

Sed tamen iste DEVS molliverat arbiter, ore

Cœlesti: & facili, qui temperat omnia, nutu.

Namq; coronato fœcundis fructibus anno,

Omnia prælarga distenderat horrea messe,

Atq; omnes liquido complerat nectare cellas.

Non secus, ac prima cùm te consorte bearet

Dorothea: antiquum quando omnis credidit ætas

Temporibus rediisse ævum: cœloqué recenti

Intactam rastris tellurum effundere fruges:

Flavaqué sylvestri stillare è cortice mella:

Atq; omni de vepre suos pendere racemos.

Tum famuli inter se partiri munia jussi,

Pars mensis infebre dapes, & fundere vina:

Pars calices auro obductos, depromere capsis.

Atq; ex argento cochlearia fusâ ministris

Reddere

Reddere : pars servare fore, & pellere vulgus :
 Pars equiti paleam, stipulasque, & semen avenæ
 Proferre, officiumque suum de more tueri.
 Instruit hos dictis Degofeldus, & arte Magister :
 Vir prudens animi, longoqué domesticus usu :
 Et promus simul, & magno cum fœnore condus :
 Addunt se comites operi, festisque futuris,
 Vuirtembergiaci columen prælustre Senatus :
 Multiplici virtute potens, animoqué sagaci
 Laimingæ soboles, & gloria gentis Erasmus :
 Et qui Limburgo surgit de stemate Baro :
 Non vulgare decus titulis Eberhardus avitus :
 Magna patris magni proles, qui (vita superfit
 Huic inodò) Limpurgum feret olim ad sidera nomen.
 Nec tu rebus abes, re Guotus & omne pulcri
 Nominis: antiqui major natalibus ævi.
 Tuqué mihi ante alios unus vir carior omnes
 Burcharte. è veteri Berlingum sanguine proles
 Iuclyta. Nam quem te memorem? quo carmine dicam?
 Virtutesque tuas, præclaraque facta tuorum?
 Vivit adhuc, vivit Gotofridi nomen, honosque
 Et memorata fides, durisque exercita rebus:
 Cùm sors Tecciacos premeret non æqua penates.
 Fama viri illustris, factis quæsita decoris,
 Nescit obire diem: nec qui pia contegit ossa;
 Obruit ille etiam nomen laudabile cippus.
 Et tu clare nepos, illo haud minor emicat in te
 Cùm pietate fides, adversis nescia frangi :
 Et solers animus rerum, & prudentia velox.
 Fert etiam quam ferre potest genialibus orsis
 Braitembachus opem, Venantumq; arma gubernat
 Et captas vertis festiva ad limina prædas:
 Excitos nemorum lustris cervosque caprasque,
 Et timidos lepores, villisque horrentibus apos:
 Præparat ali pedes ad ludicra prælia Martis

Christop. à Degen-
feld, Aula Ma-
gister.

Nobiles Consula-
tis Vuirtemb.

Erasm. à Laimin-
gen: magnus cu-
ria Magister.
Eberhar. Baro in
Limburg, &c.

Ioan. Jacob. Gues
à Sulz prefactus
ararii.

Burchardus à
Berlingen.

“

“

“

Jordan. à Brai-
tembach, Magi-
ster Venatorum.

- Sebast. Schafeliȝ. ki: Stabuli equestris Magister. Sebast. à Pleinigen.* - Schafelitæus equos, alaci virtute Sebastus:
Excellens animo, & castrensis impiger armis.
Nam stabuli huic curam Princeps mandarat equestris:
Nec socius tantorum operum Plieningus, avorum
Congener, æquævæ comitus splendore juventæ,
Defuit: atq; Engelshovio de stemmate felix
Christophorus: quo non aliis præstantior arte
Iuridica, & studiis prælustior. Optimus illi
Virtutum trames, pietas sincera, fidesque
Incorrupta: D E O totum se tradere soli,
Et patriæ prodeesse suæ, legesque tueri
Iuraqué & utilibus longè præponere rectum.
Quin etiam acciti totis è finibus assunt:
Vasalli brevemati Mænia qui patriæ legum munimine servant:
Iuraqué dant populis: aut qui stipendiâ bello,
Nobiliore satu pubes generata, merentur:
Aut Vuirtembergi qui sunt sub jure clientis:
Nonnina nunc olim nostris memorata camænis.
Albertus Comes in Levvenstein. Emicat hos inter, ceu lucifer ortus Olympo,
Gente Leosthenia Albertus præsignis. amæno
Maximus eloquio: quo nemo plura locorum
Climata Baro adiit: nemo Comes. Ille Damascum
Et Solymas vidit sedes: cedroqué virentem
Palmiferi collem Libani, divosqué Sionis.
Ille Pelusiaco septemplicis ostia Nili
Littore perspexit, Memphisq; & subditâ Cancro
Regna Phari, Libyæq; urbes. Noton ille tepentem
Percurrit: quæ Creta mari jacet insula vasto:
Quæ Tyrus & Cyprus: quæ regnâ Ithacensis Vlyssi;
Quæ Corcyra sedet, Venetis subjecta Dynastis.
Quæ loquar Arctoi conspectas littoris oras,
Vandalizqué solum? quid quæ secat arva colonus?
Sarmata, quæque Borysthenius procul irrigat annis?
Mens erecta viro, & nullis circumlita fucis:
Os placidum, & varius vix ulli imitabile linguis.

Proximus

Proximus assistit magnorum Eberhardus avorum
Progenies: satus illustri genitore Georgo:
Grande Palatinæ decorat quem stemma Tubingæ:
Ipse animi felix, & major alacribus annis.

Eberhard. Comes
à Tübingen, do-
minus in Liech-
teneck.

Advolat huc etiani vicino à limite Vilsæ
Rudolphus: lumen magnorum insigne parentum
Præclaræqué domus: cui cum promuside longa
Ore ferox Elephas, dentesqué infrenis eburnos,
In clypeo gentile decus. It Schliccius unæ
Bælata de gente comes: quem pallados artes
Cecropiæ exornant, & sacri pagina verbi.
Nec Limpurgus abest Baro festator honesti,
Iustitiaz cultor, veræ virtutis amator,
Clarus Ioannes: nec Mespurgæa propago
Cui Schorndorficæ concredita incenia sedis,
Baro potens atimi: rerumqué columna bonarum.

Rudolphus Comes
ab Helfenstein.

Venit & Häidecia Burchardus origine clarus,
Ornatum festæ genitalia fœderâ tædæ:
Cum comité Heinrico Lindæa stirpe creato:
Ambo pares, magnaqué fide, factisqué decoris.

Hierony. Schlik,
comes in baslau,
& Vuciskirch.

Quos super Haiderizæ desertis rupibus arcis
Advolat Heinricus: Steinæo insignis ab ortu:
Vir belli leges, præceptaque Martia doctus:
Seu sit ducendus rapidos equitatus in hostes:
Seu laxanda manus: seu pugnam inhibere ptemendo.
Vtilius, durumve in cornua vterere Mártem.
Tu quoq; Velbergis Conrade pénatibus orte,
Hic ades: & thalamum Teccæi principis auges:
Dulce decus patriæ. Tua mens obnoxia nulli
Invidiz: studiumqué tibi non ludere quenquam:
Et stat avaritia vacuum tibi pectus, & ægræ
Ambitionis inops. Quid te loquar, edite prisca
Gente Huttenorum, fama immortalis aviti
Splendoris, Ludovice: potens animoqué fidetque
Et magno ingenio? te dextera vivida factis

Ioannes Baro in
Limpurg., S. Ro-
manus Imper. pn-
cer. hered.

Henricus, Baro in
Mespurg, prefe-
ctus Schorndor-
fensis.

Burchardus, Baro
ab Haideck.

Heinricus Terscy,
Baro in Lindau.

Heinricus à Stein,
prefectus Hasdo-
heismenstr.

Conrad. à Velberg

Ludov. ab Huttö.

Te pietas ornat, te sacræ pallados artes:

Te niveis coeleste decus complectitur alis:

Quid Libostenia metnorem de stemmata natum,

Bernhard. à Li-
benstein, Praefect.

Te felix anima Bernhardo quid acribus actis:

Prælustrem & patriæ lumen virtutis Erosquam:

Eraſmus à Ven-
ningen Praefectus

Qui Veningæ seducit natalibus ortum:

Quid te Ramsdorfi, duris exerceite bellis:

Neuſadienſis.

Pulchre Vahingæ qui moenia proregis urbist:

Chriftop. à Vuol-
framſdrām Va-

Quid te Hoennercæa generofum Stirpe Iacobæ:

bingenſi Praefect.

Curia quo super florebat Teccia magno:

Jacob. ab Heenek.

Præſide juncta tibi socio vestigia paſſu:

Ioanne, Burch ab

Fert, Herebergæ qui fervat limina ſedis:

Anveil Heren-
bergenſi Praefect.

Acre fori caput: & Gedeon prudentio uauis:

Gedeon ab Oſ-
heim, Vuilpergō-

Omnibus: Oſhemiz Gedeon lux inclyta gentis:

fus Praefectus.

Cujus honos tantum venientes crescit in annos:

Quantum quæ duris ſurgit radicibus arbor:

Ætheriasqué petit frondente cacumine nubes.

Georg. ab Ebin-

Pat studiis illi, & magna virtute Georgus:

gen.

Bis denis generofus avis: quos clarat EHINGÆ

Stirpis honos: quintum durans cum laude per ævum.

Cætera prætero. Quis enim tot nomina dicat,

Quis tot Gemmingos? tot prisco à sanguine fortes

Remchingos referat? quis tot præsignia famæ:

Pectora Giltlingæ, aut Nipoburgo ſemine eretos?

Quis Thummhos? quis tot Spætos: tot stemmatis Autiæ:

Hæredes magnos? quis tot ſibi montibus aktis:

Nomina formantes Fribergos: tot Rechobergos:

Tot Laubenbergos, tot Frauenbergica ponat,

Mollibus in numeris cognomina dura, ſuisque

Inconcianna ſonis, nec verſibus apta Latinis?

Iamq; omnes magnæ complebant atria cætu:

Tecciaça ad jussus patrii Ducis ire parati:

Et quisq; officiū promitus molimine fungi,

Patribus æquato justis: ſeu tefta tueri

Sive armare viros, ſeu præpētis ora veredi

Frenare, & festi tentare in pulvere circi.

Ver erat in foribus, cum Sol cendentia Tauri
Cornua linquunt, & Eois Atlantides undis
Paulatim incipiunt humeros relevare paternos,
Festa coronato jam pendente limine scita:
Et Vuirtembergus passam sua cornua cervus
Iuncta Palatino, getitilia signa, Leoni
Applicat: hospitibusq; patent sua testa domorum
Et stabula æropidi. Iam contignata repente,
Pro grege servorum, famulusq; & paupere turba,
Omne forum grato coemplet candore culina.
Soli expectantur, quæ alto sanguine junctos,
Hoc sibi conviva, festum ad geniale vocarat
Tecciacus princeps: reliquis præq; omnibus una
Gratior, exoptata pitis virgo Vnusla vritis.

Primus ibi ante alios, patriis digressus ab oris,
Eximus princeps, magna virtute Richardus,
Deserit Obencam, quæque aluit arva Mosella;
Quaque meat vitreis Nabus velocior undis:
Et Rheni se nescit aquis. Dux ille vetusta
Gente Palatinus Rheni comes: inclytus heros:
In quo prisca fides, virtusque insignis, & omni
Labe carens animus, nullique obnoxia fraudi
Et candore albos æquantia pectora cygnos.
Quadriugo insequitur curru pulcherrima conjux
Æmylia: è Vuirtembergis natalibus ortum
Stirpe sua ducens: Matronæ exemplar honestas:
Tecciaci germana Ducis. Regit agmen equorum
Polandæ custos arcis, jungitque phalanges
Strombergæ præses: Geispitzhaimensibus ille,
Hic Obentrucis de patribus ortus: uterq;
Cultor honestatis, cultor pietatis & æqui.
Tum qui Simmeriam servat Gisebizi urbem,
Præsignis Melior: Bosio comitante Ruperto,
Vualdecii custode Laris: socia agmina jungunt:

R 3

*Richardus Dum
Bavarie, Palati-
nus Rheni. Domi-
nus in Simmeru
& Spanheim.*

*Emilia, Richar
di uxoris filia Chri-
stop. Ducis Vuir-
temb, sponsi Lu-
dovici soror.*

*Henricus à Gei-
spizheim: Praefec-
tus Polanda.
Barthol. ab Oben-
trut, Praefectus
Schomberg.*

*Melior Staiendris
è Gisebix præfe-
tus in Simmeru.*

*Ioann. Rupert. Dux Ambo alacres animis, ambo præfortibus armis
à Vualdeck, prefectoribus suis, & fidelibus
fictus in Vualdeck.*

Biffeni hos alii de nobilitate sequuntur.

*Eximii fortisqué viri, quos gloria paucis annis
Condecorat generis, virtusqué exhortat avorum.*

Nec propriis laus orba honesti: His inter ovans his feliciter.

Vidimus Horneocum, & Crombergi Aarione clarum.

Atq; Hepfenbergum simul Halichamq; Gothardum.

Parte aliq; terris properabat abire Nariscus.

Dux Henricus Otho, de stipe creatus eadem.

Et consanguineo iunctus, sua ossa, Richardus.

A Heinricus Otho, Sed sponsæ propria. Quoniam communis utriq;

Dux Bavaria, Palatinus Rheni, Vixit Alexander proavis. Pasciana Palestina.

Dominus Bipon Gloria Rhenani & magnis luto inclita factus.*

Tum sed & pronopos, dignum sc. omnino avo. exhibet.

Exhibit ingenio, & multæ parsitatis officia.

Nam placidi mores, & mens pietatis amatrix.

Iustitiaque tenax, & nullo sublita fuso.

Huic Vuolfgangus erat genitor, justissimus unus.

Qui fuit in Bojis, & servansissima æqui.

Magnanimus princeps, rerum tutorq; sacra num.

Subsequitur conjux nitidis in vitta quadrigis.

Dorothea Maria, Dorothee Maria: ipse etiam natalibus æta.

Henrici uxor: al- Vuirtembergiacis: sponsi soror inclita magnis.

teria sponsi Ludo- Quam formæ decus & sancti sub mente recessus.

Conspicuum redditum, laudata quo præmia fama.

Et jam Sulzbaciaz digressi mœnibus urbis.

Vilsus ubi provolut aquas, Naboquo recepto.

Danubium petit, & magno minor occubat amnis.

Deseruere larem: Stuccardaque testa potessus.

Triginta hos comitantur equi, quos nobilis ortu.

Vuolffg. Frider. à Vuolfgangus Fridericus agit, milesqué Byernus.

Lentersheim. Et Tschenius, sumptisque alacer Rumelius armis.

Eckhar. à Byern. Proximus à celebris vicino limite Badæ.

Joan. Mathias à Tschenn. Ernestus Fridericus adest: Durlachia linquent.

Ernestus Frider. Mœnia: Marchiades animi plenissimus æquus.

Et princeps pietatis amans: & cultor honestie:
 Dorothees frater: quem primo scederet iustiani
 Duxerat has quondam patris Ludovicus in urbes.
 Illum Leiningus comes Emico & Emico dueit
 Falckosteinas comes & Merspurgia proles:
 Magnanimi heroes. Aude quo deinde Magister
 Excipit Hennebergi quidam de stemmate clarus:
 Schonerique alacres: quorum alter bellis securus,
 Lampridein fuit complevit nominis orbem:
 Alter Pforzheimeri annis praefatus urbi:
 It simul Amelius, quem Nifernbergia clarat
 Nobilitas: jurisq; facilegutique peritum.
 Tum duo Remeltingi sibi credita testa relinquent
 Vlmia deinceps Adroir, venatorumque Magister
 Hornecius, oibarque getena insigne decorum
 Pleucarus: & rapido qui fert cognomina turmæ
 Cum Berlingo, Neopyrgiadeque Philippis:
 Eximii sanctaque viri pietatis amantes.
 Ter denique alii: quorum de gente vetusta
 Surgit hōnos, generisque deicas, conjunctaq; virtus.
 Sed qui transferim vos hic Siguarde, sagaxq;
 Pistori: ingenis felicibus ambo potentes?
 Tu Siguardo, sprei eastrensi prælia Martis
 Sectatus, virtute parasti nobile nomen:
 Attentasq; vias, qua ferre per æthera cursum
 Et laxas famæ possis dare victor habenas.
 Tu verò Pistori, herbas mentemque Galeni
 Doctus: agis mutas, sed non inglorius, artes.

Quis præcubille autem cum fœminio comitatu,
 Hochburgis egressus agris? è limite Badæ?
 Quem se ferens? quam forti pectore & armis?
 Agnoscet, venerorique lubens: Comes iste Iacobus
 Marchio: Badanæ non ultima gloriagentis:
 Et conjux illi de stemmate Elisa Sicambro.

Iacobus Marchio Badensis & Hochburgensis, &c. Ernesti Frid. germanus.

Marchio Badensis
 & Hochburgensis:
 Landgraf. in Su-
 ssenberg: Dominus
 in Rötelien & Ba-
 denweiler.
 Emico comes in
 Falckenstein.
 Fridericus, Baro-
 in Merspurg.
 N. ab Henneberg,
 Apula Magister.
 Vitus Schoner, à
 Straubenhart.
 Christop. Schoner
 à Straubenhart,
 praefect. Pforz-
 heimensis
 Martin. Amelius
 à Nifernberg.
 Cancellarius.
 Eberhard à Rem-
 chingen, praefectus
 Durlacensi.
 Martinus à Rem-
 chingen praefect.
 Liebencellenfus.
 Achior ab Vlm:
 praefect. Alten-
 steigenfus.
 Ioan. Horneck ab
 Hornberg: Vena-
 torum Magister.
 Pleucard. Land-
 schad à Steinach.
 Philippus à Neu-
 perg.
 Georg. Philip. à
 Berling.
 Mart. Siguard
 Secretarius aula.
 Ioann. Pistorius,
 medicus & infe-
 gnius Historicus,

- Elisabetha: uxor* Quadrijugis adiecta rotis, germana quæ Elis;
Marchionis lacobi Marchiadæ: teneri flos primus, & integer ævi.
Elisabetha, eius O faciem pulchram, cui candida matrem amorem
dem seret. Invidisse queat, quid nostro digga relaxu.
Cornipedes Pectora commemorem, & quid purum criminis arsum d.
Octoginta omnes Octoginta omnes per florea prata sequuntur.
Cornipedes: ostro contexti, auroque superbi.
Ioan. Landschad, Hos duo Landschadii, vita quæ exemplar honestæ,
& Steinach, locum Gedlitius ducunt: & stirpe beatus Ehinga.
Tenent.
N. à Gedelic, Burchardus: felix animi: qui magna suorum.
Genecai magister. Nomina majorum propriis virtutibus auget.
Burchardus ab Hunc Fleckosthenius sequitur, generis quæ Veningi.
Ehingen. Ornamentum ingens, multa cum laude, Philippus,
Henricus à Fle- Ecce autem, magno urgente, vestigia passu.
ckenstein. Mompeligardæ digressum moenibus urbis,
Ioan. Philipp, à Fridricum: veteri qui Vuirtembergide natus.
Veningen. Illustris comes, illustri genitore Georgo:
Fridericus Comes Corpore cui validum rabor: cui pectora virtus.
Vuirtemberg. Vivida, & ingenium tali matruius ævo.
Mömpelgard. It comes huic uxori, generosa fronte Sybilla.
Sibilla uxor comi- Conspicua: Ascaniæ gentis decor; inclita mater.
zio Friderici: Prin- Iam quartum sibi facta parens, natisque duobus.
cipps è firme An- Auspice adaucta D E O: quos dextro lumine serues.
halt. & Ascan. Incolumes D E V S, & patriis virtutibus armes.
Melior à Rust. Septuaginta illos equites comitantur euntes.
Quorum ductor ovat Melior, de sanguine Rusto.
Editus: ingenuas Quorum ductor ovat Melior, de sanguine Rusto.
olim qui disceret artes,
Missus in Italiam: quâ lento flumine Brenta
Fertur in Adriacas, obstructis molibus, undas,
Ulricus Heulin à Agglomerat passus illi, Stainecchia proles,
Steineck. Heclinus: solers animi, lingua quæ diserta.
Facundus: seu Teutonios, seu fortè Latinos.
Edat ab ore sonos, Seu Gallica verba loquatur,
Acacius à Gue- Huic juncto Acacius fertur per aperta vereda.
enberg. Gutæbergiaci generis, florentibus annis
Integre

Integer, & placidæ deo tristis hōnore juventæ.
 Illum cana fides orbat, m̄ensque in scia falsi,
 Et placidi mores, & frons sine nube serenæ.
 Venantum hunc præses, deus immortale paternæ
 Suichardus genit., sequitur Gemmingius: & qui
 Cannabia de pale gerit memorabile nomen,
 Acer Ioannes: equumq; dō more magister
 Agmen agens scutis pīt non instrenuus armis:
 Et Berofelus Mellor, famè quē decorum
 Vimbstadius præses: nec non Halvilia virtus.
 Atq; alii: quorum in molis cognomina versus
 Respuit: & pedibus patitur non ite latinis.

Interet Alsaticas, cum sponsa virginē terras
 Liquerat: Illastrivitute Georgius Tübingens:
 Stirpe Palatina fatus: & genitore Ruperto
 Matre pia, Faleſtienia de sanguine gentis:
 Ipse sagax animi, rerumq; peritus ab vsu:
 Artibus instruētis variis, varioquē disertus
 Eloquio: seu nostra sonet: five ore Latino
 Intonet: aut Gallæ promat commercia lingue:
 In primis pietatis amans, legumq; saerarum
 Eximius custos: q̄ti iusta juris amissi
 Omnia dispensat. Nemetum ceu incenia testes,
 Nunc ubi Cæsareum conservat Spira tribunal.
 Namquē fori præses, populo civilia dixit
 Illiciura suo, juris servator & æqui:
 Munificus princeps: patriæ pater optimus oræ:
 Dux nulli veteram vera virtute secundus.
 Filius huic juxtā, vultu Gustavus ameno:
 Regis nomen avi referens, nomenq; parentis.
 Hunc chorus Aonidum, Secreta per avia Nicri,
 Cœlestes haurire lacus, umbrasq; subiro
 Lauriferi nemoris vidit: sed esq; beatas:
 Hic ubi Necaries sunt ardua testa Tübinger:
 Ex illo ingenui vigor iste desertus, & acre

Suichardus Geno
m̄ingen, Venator
sum magister,
Ioann. ab Hauffe
mues, Equum
magister.
Melin. à Bereno
fils.
Vnambold, ab
Vmbold.
Jacob Sigmund
ab U. L. vnl.
Georg. Leon. Dux
Bavaria, Palati.
Rheni: Comes in
Lucelle in Gr
Veldenz.

Georg. Gustavus.
Dux Bavari. Pa
lat. Rheni, &c.
Georgii Leon. E.

Iudicium, & tenero pectus maturius est.

Ioan. August. & Tum gemini fratres Augustus; in mago parentis

Ludovic. Philip. Magnanimi, & celsa Ludovicus in mente Philippus;

Palatini Rhem. Associant passus: Comitum pars nobilis fratrum;

Ducis Bavaria. Quale fuit quodam Gebatio cum Castore Pollute;

&c. Georg. Ioan. Nondum illis validæ fraticanticia signata;

F.F. Irrepere genis. Stat adhuc dator integer eti;

Mitibus addictus studiis; Latitque Minerva.

VERSUS. A sponsa. Ponè deaurato virgo subit V R S V P E & curru;

Georg. Ioan. F. Quem nivei sexta ducunt tetricæ jugales;

Dux Bavariae. Insignem fulvi membris atque leonis;

Palat. Rhem. &c. Auricomu. Ipsa nitens auro; Tyro quoq; destra;

Huius eulogio in Murice, & ornatis longè formosior ipso;

sc. duebus in locis.

Anna, Gustavi Hanc sequitur currus Sueciæ & regibus ostendit;

Suecia Regis F. Anna parenti stipata socii, natisque duabas;

Georgeis Ioan. Anna Margaride, & Joanna virginis Elisab;

et uxor. O Dii quæ facies? quæ pulchri lutiina vulna;

Anna Margareta. Lumina sideribus non inferira corniscis;

& Joanna Elisab. O qui mentis honos? quæ religiosis avit;

et concubina filia: Cultus inest? quæm præfæ fides, quæm iuris & æquit;

sorores. Incorruptus amor? Sic olim per jugæ Cythi;

Nympharum comitante choro, formosa Diana;

Dicitur iste redisse vias: sic magna Cybelle;

Prolle D E V M felix, Phrygia stirpitera per turbes;

Flexit iter: fulvi collo subvecta Leonis.

Vuolffg. Crass. à Ductor adest equitum, de Gaisbotzemide gentes;

Geissbolzheim: E- Vuolffgangus turmasq; legit, sociatq; phalanges;

quatum Magister Militia solere, qui seu super æquora cursum

Flectat equi, sive in nuda certare palæstra

Expetat, haud illi fuerit præstantior alter.

Huic etiam socio jungit vestigia curru,

Stirpe genus clarum, Ducibusq; affinis origo;

Robertus de Hen, Hevius: ingenio Baro inclitus, inclitus ore;

Barn Malleroius. Multifido: & sacrâ Malarojuis arte Robertus

Excellens heros. Non hunc violaverit vaquam;

Invidia

Invidia, aut Libyce popularis gloria fuso:
 Non astus: per ingenium castrisque togæ quoque.
 Et quis præterit asposus memorare labores?
 Quis canat edopatas hymnes, tolerataque belli
 Fulmina, & exhortos infra cœlo vertice nimbos?

Non procul antiquæ generis Selbachius ortu
 Clarus, & Acacius, aine præsumine gaudens,
 Ernestusque, genus Rechenbergæ à stemmate ductum,
 Frenatis luctant in eis. It proximus illis,
 Qui modò deseruit Veldentia testa Vyherus:
 Vir sapiens animi, vir consultissimus æqui:
 Vir gravis eloquio avic multa indagine solers:
 Artibus in primis clarus, lingua quoque latina.
 Et studio legum: Non hunc ignava Vyhero
 Dissimilem patri arguerit, quam non amat, ætar
 Hinc Vuolfestheniaz custos qui præsidet arcis.
 Eccelspachus adest, legumq[ue] jurisque peritus:
 Et scelerum vindex bonus, & defensor honesti.
 Vnà Ranzovius, genere quoque propago Sueci
 Sepffius, & Steina de gente Heinricus, & acer
 Sebachius, per aprica ruit: præfortia bello
 Pectora: quis virtus, & vivida membra, laboro;
 Providus, & cautæ non deest, solertia mentis.
 Vnà it Tzkelius, dubium meliorve Poeta,
 Gnarior an legum, & sancti studiosior æqui.
 Ille Andegavæ quondam fidissimus aulæ,
 Et secretorum comes: ille per omnia latæ
 Climata Christiados legati munere functus,
 Ivit ab Hesperiis, ad Eoas nuncius oras:
 Et quæ flat Boreas, & quæ mediæ aura diei.
 Nunc exul patriam, ob verum pietatis honorem
 Linquit: & hospitium peregrinis querit in oris.
 Macte animi fer meente pia: quæ flectere non est:
 In melius: superanda tibi fortuna ferendo est
 Nec tamen extorris vivis, mala talia passus:

Ioan. Rupertus à
 Seelbach, & Isra-
 el Acacius, aula
 Magistri.
 Ernestus à Re-
 chenberg.
 Theodori. Vyher-
 us, prefectus in
 Voldenç.

Ioan. Eccelspach,
 I. V. D. prefec.
 in Wolfenstein.

Georgius à Ran-
 zu.
 Acacius Sepff.
 Suecius.
 Heinricus à Steir.
 Philip. Jacob. à
 Seebach.
 N. Clemens Tra-
 leus, Andegavæ-
 sum Ducum Se-
 retarius, I. V. D.

Omne pio natale solum : quin primæ salutis
Ianua, quam refugis, patria pandetur ab ora.

Carmine sed quo te Butenhami acerrime dicam :

Quo te Dorendorfi ? custodes ambo fideles

Rupertus Luis, à Quos dedit Augusto genitor, natoqué Philippus

Dorendorff, aulici Principibus teneris ? vos ornat plurima virtus

Magistrorum iuniorum. Vos generis comitatur honor, vos candida mentis

Condecorat facies, & tote gloria vultu.

Innumeri hinc subeunt processus, quos dicere quacumque

Temporis heu nimium spaciis excludor iniquis.

Crimen erit, verò non excusabile, nostris

Indictum numeris si Pappi nomen abiret.

Daniel Pappus à Pappe tuum nomen (modò sit mihi vita superstes)

Frazberg, Confessio Ingenui sublimè ferent ad sidera yates.

Te duce Gustavus lingue pracepta Latinæ

Imbibit : Aonii pars non postrema Lycæ :

Quando Tubingiacæ tenuisti limina sedis :

Et me divini audistis monumenta Maronis.

Dextrè enarrantem, vocesque exolyere vindis.

Planior ut non sit verbis Columella Latinis.

Quoties unâ totas consumimus horas ?

Quoties mensis epulati assidimus jisdem :

Colloquiis læti, & docti sermonibus oris.

Stulte popine vale, ventris curator Apisci :

Cui studium deformè gulæ, quo phasidis aleæ

Sit condimento melior : quid ab imbrice poteris

Vestphalicæ distent pernæ : quis lucius extis

Vberius foveat jecur, aut quæ gratia turdo,

Quæ lepori, quam dulce femur, quam dulce palumbi

Sit latus : & carni quam gratus nidor sprugnæ.

Nobis verus amor, medioqué Helicone petitus

Sermo, hilaresque jaci, rerumque perennis in ore.

Gloria gestarum, repetita prioribus annis.

Noster amor, ductas audire & reddere voces :

Tum cessante fame, stomachum sedare latrantem :

Et curas animi medice propellere vino.

Hæc Bucholzæum mæmini laudate Magistrum:

Insignem probitas & virtutem. Nunc dispare fato

Fungimur: ille feri sequitur castrenia Martis

Agmina: tu magni patre non obscuræ Senatus,

Consilio patriam & multis virtutibus ornas.

At me fors vario jaustum turbine rerum,

In patriam Carna è ditio te, reduxit

Artibus dedicata, & studiis ignobilis orti.

Sed vos qui pati estis & quos nostra ad incenia currus:

Tam longus vehit vaghego: tu candide Doctor

Iuris, honorqué fortis, sociis vestigia rotques

Vagessere rotis: tu jus comitatur & equum,

Et Themis, & Themidos Charis, & suadela sorores:

Quin etiam hue vehitur clarissimus arte medendi

Bauschis: egregiunt deus, ac memorabile nomen:

Cui suus Hippocrates labor, & sua cura Galenus.

Centum animi doxes, virtutum pondera centum.

Hoc hoc cana fides legit sub pectore sedem,

Ingenuusque pudor, pietas, & sublita nullo

Mens fuso, & miseris studiis proclive juvandis.

Scheccius huic sacer est, huic autem Magdala conjux

Scheccius exacti celeberrima gloria feeli:

Magdala, fœminei decas admirabile cœtus:

Fida Palatinæ comes, & pars nobilis aulæ.

Par vero studium, similesque in pectore curat

Bathodio. Nam quæ morborum causa: quid artes

Efficiant medicæ: quæ vis operetur in herbis:

Quæ virtutum ipsis D E V S incrementa ministret,

Sedulus expendit. Latus illi claudit utrumque,

Præco D E I Henricus dextrum, lævumque Georgus:

Præstantes pietate viri, sanctisque decori

Mentibus & CHRISTI divino numine pleni.

Addit se socium, magna cum laude, Magister

Principis Augusti juvenis, monitorque Philippi

Ioann. Vaghego
J.V.D. Confessor.
Palat.

Hiero. Bauschis
Medic. Doctor.

Lucas Bathodius
aule Palat. Do-
ctor Medicus.

Concionatores aule
Palat.

*Gabriel Schenk
derus iuniorum
Principum padogos.*

*SPONS. ad
ventus in Oppidū
Leoberg.*

Svederus: jam maturo venerabilis ævo:
Et regere & laxas, qui scit dare jussus habenas:
Cecropias doctusque artes, usumque librorum:
Quo veteres æquat Grajos, vétéresque Latios,

Et jam permensi spacium hād exile viarū.
Limite sub nostro, Leobergis mœnibū assunt:
Vespere lunares sērō impellente quadrigas,
Et Propode occidua solem comitante sub undas.
Excepti hic epulis, optata fēde fruuntur:
Atq; novo hospitio indulgent, & fessa benigno
Corpora restaurant, prima sibi nocte, Lyæo:
Tum placidæ saturi compotunt membra quieti.

L I B E R S E C V N D U S.


 Rta dies fuerat, sed non sine nubibus orta
Imbrisferis, cum versitantibus impluit arvis:
Fœcundatque solum: ja prima luce propinquia
Mœnibus egressi, longo per strata viarum
Agmine Canstadii cives, armisque feruntur
Instructi. Iam mille viri Vuabilngia linquunt
Tecta racemiferos qua colles alluit unda
Piscosa Rembus, flaventesque irrigat agros.
Omnes armati, & galeis capita alta coruscant:
Omnes succinti gladiis: thoracibus omnes
Inclusi æratis: clypeatoque agmine juncti
Incedunt terni: totisque à finibus assunt.
 Pars humeris gestant fulgentes ære sectores:
Pars tormenta infert, teretes jaculantia glandes:
Æmathias alii portant de more Sarissas.
Tympana pulsâ sonant, pressisq; inflata labellis
Affonat argutum buxus, plantæque sequentum
Hæ iterant eadem, & sublatus ad æthera clamor:
Et quæ purpureo juxtâ radiantia velo
Signa nican: sinuantque feri tria cornua cervi.

*Cives Canstadii-
ses & Vuayblin-
genses in armis.*

Parte

Parte alia Glembi linquunt patria agmina ripas
 Gryningi cives, & qui Leobergica circum
 Testa colunt, bis mille viri, sponsamq; sequuntur:
 Semita quā noto Stuccardam tramite ducit.
 Non aliter tendunt armaz in bella cohortes
 Pannonicz, quores Geticus circumsonat hostis.
 Turca ferox, patriaque urbes incursibus urget.

Gremingens &
 Leobergenſci-
 ter in armis.

Struxerat interea volucrum dux agmen equorum:
 Obvia qui ferrent sacre vestigia nuptarum:
 Iam Leobergiacē digressi in omnibus urbium.
 Dicit Tecciacas tubicen primo agmine turmas:
 Et signum dat voce æris; simul omnis cunctem
 Vuirtembergiaca de nobilitate catervā
 Insequitur: cui juncta gradu vestigia figit
 Aula Palatini jam non postrema Richardi:
 Et paryum Henrici, sed fervens agmen Othonia:
 Hos super è notæ vicino limite Badæ
 Centum equites afflunt, decorati torquibus aurēis,
 Et gemmis nitidi, & precioso vellere serum.
 Inde quibus comitum surgit de sanguine nomen:
 Pone novem totas implent clangoribus auras
 Stridentes curvo ære tubæ: quibus astrepit una
 Ictibus alternis gemini pulsator aheni.
 Tum celerum stipante choro, bipalentibus aulae
 Succedunt portis, heroa fronte decori
 Magnanimique duces: festum ad geniale vocati:
 Mompelgardæus Princeps, comitante Iacobo
 Marchlade: & fratre Ernesto: quem tergore fusco
 Fert sonipes: lunatqué pedes, & surgit in armos:
 Humentemque efflat calida de narę vaporem.
 Emicat hinc Henricus Otho: juxtaquē Richardus
 Tam senior, sed mente virens, & pectore fortis.

Egressus pugnare
 Dicit in occasu
 Ponse Principia.

Principi pugnare
 comitatu.

Non procul arte micans, ostroque instructus, & auro
 Stat sonipes, spargitqué jubas, & surrigit aures:
 Oraqué substricto vexat spumantia freno.

Equis pugnare
 Principi.

Qualis Amyclæ domitus Pollicis habent
 Cyllarus, Eurotæ quondam lustrabat arenas:
 Et nemus hinnitu Spartanum implebat acutæ.
 Insilit huic sponsus Princeps: Ducibusq; Palati
 Infert se geminis medium: quatit aura comantes
 Tegminis auricomis cristas: humeroqué refulget
 Purpurei fulvum saguli decus: Indica circùm
 Gemma quod exornat, viridisqué innodat Iaspis,
 Talis ab Oceano præmissis Lucifer astris
 Exit: & Eoo solis prænuncius ortu.
 Auroram revocat, & jactas dissipat umbras.
 Nec pueri desunt, ex nobilitate, superbis
 Torquibus insignes: vincitque monilibus aureis:
 Et galeis tecti, & cristis capita alta decori:
 Gestantes manibus cælatas ossibus hastas.
 Insequitur reliquum nexis umbonibus agmen:
 Quales aërio volitant cum tramite Cycni:
 Eripuntque diem, conjunctis æthere pennis.
 Est via Canstadiæ, versus: quæ moenibus infatæ
 Collis, & è tumulis subjectam despicit urbem.
 Claudit utrinq; salix illam, virgultaque lenta
 Viniinaque & gradata pendentes arbore fructus.
 Ipsa pavimento, & duris instructa lapillis.
 Qualem Flamineo deduxit consule Roma,
 Tusca per arva viam: rapidus quæ labitur Arnius,
 Et quæ Clitumnus niveis dat pocula bobus.

Via Canstadiana,
strata.

Eruer Stuccardia: Armati hâc circumfistunt, clypeataque longè
in armu viam Agmina densantur: colluecent spicula toto
circumfistente. Hoct tractu, capitumque rubris cava tegmina cristis.
 Nam bis mille viri, Stuccardæ è manibus, illo
 Tramite constiterant: quales quæ vertice Iuræ
 Vsq; ad radicem, ramis frondentibus, orni
 Protendunt latè, & duro se cortice firmant.
 Incidunt equites illac, per strata viarum,
 Agminibus iuncti ternis, magnoque fragore

Suspendunt

Suspendunt collum, freno in sublime reducto
 Cornipedum: sinuantq; gradus. Erectus in auras
 It sonipes: rapidumqué expirat naribus ignem.

Vallis amœna jacet, tuto munita recessu:
 Vitiferi cingunt colles, & parvulus uda
 Rivus oberrat aqua, vitreis electrinus undis:
 Huc ubi perventum, campis offertur apertis
 Fœminei cœtus agmen, comitantibus alis
 Æripedum: sponsa genitor cum virgine, cumquæ
 Matre Alma, consorte tori, natisque domoqué
 Cognata, & chara genitrice, equitumq; phalange,
 Conspicit hos princeps, & equum calcaribus urget,
 Lætitiaqué alacer missis infertur habenis.
 Ante illum curvo æte, novem stridentqué canuntq;
 Cœu quiddam genitale tuba, metasqué quadrigas
 Virginis, ut patrius fert mos, super æquoro cingunt.

Descendit tum sponsus equo, curruqué levatam
 Primus adit sponsam, dextram dextraq; prehendit:
 Et sibi dilectam totis complectitur ulnis.

Non secus ac quondam prisci dominator Iudea,
 Obvia Davides ora Abigaëlis, amœno
 Excepit vultu: aut campis spaciatus apricis:
 Cum vidi Syria deductam ex urbe Rebeccam
 Isacus, optati junctam sibi feedere lecti:
 Conjunxitqué manus manibus, dextraq; prehensam
 Matris in amissæ duxit conclavia Sarœ:
 Et desiderium, posito mœrore parentis.
 Tam sibi dilecta satiavit virginis ora.

Iamqué ubi dicta salus saceris, acceptaq; rursum
 In currus pia virgo redit, geminæqué forores:
 Quadrijugo divæ matris temone levantur:
 Considuntq; Duces in equis, junguntq; phalanges.
 Gaudia testantur famuli clamore secundo:
 Nunc ades æterno complectens omnia nexus:
 Orerum, latique salus concordia Mundi:

*Novem Tubicines
Vestimentbergia.*

*Exceptio de salu-
tario sponsa & co-
mitatu.*

Atq; hanc præsenti confirma numine lucem.

*Iudicium certamen Canstadiense
sive & Vuayblengensium: & Grueningensibus &
Leobergenfibus.*

Ecce autem, peditum totis exercitus agris

Incedit: qua se molli demittere clivo

Incipiunt colles: tunc obvius alter in armis,

Oppositas acies venienti exercitus infert.

Vt proprius ventum, pugnæ dant classica signum,

Concurruntque viri, sequé exhortantur, & augent

Cum clamore animos. Pars illic maxima glandes

Excussi spargit plumbi: pars ingerit hastas.

Dat strepitum, crebris tinnitibus incita cassis:

Nec pluvio peditem tristatum frigore cœlum

Impedit: aut verno venientes æthere nimbi:

Non ventus, non aura minax, non imbre madentes

Ex humeris clypei, magnis conatibus obstant.

Nam dubiis major regnat sub pectore virtus:

Glembicolas illic, non æquo marce ruentes,

Ductor agit, belli prudens: quaqué obvia densos

Arctat turba globos, rumpens iter, æquore fertur.

Iam clypeus clypeo, pede pes, densusqué viro vir

Fronsq; premit frontem, teriturq; umbonibus umbo:

Aspera ceu dubii peragant certamina Martis.

Hic gemitus fugientum, illic per tela ruentum:

Clamor: horrisonus clangor ferit astra tubarum.

Non aliter vidi fortis concurrere tauros:

Quos præcium pugnæ, subigit decernere cornu,

In magna errantes sylva, formosa iuvenca.

Nunc Leobergas retrò pavor amovet alas:

Nunc tergum vertunt Vuablingo à limite cives:

Nec tela interea cessant emissæ, nec ullum

Armorum genus: insurgit pugna aspera campo:

Tormentisque leves muralibus acta, per auras

Saxa, fragore solum quatiant: magnoq; propinquique

Dissultant fremitu colles: ceu fulminis ignes

Torqueat, & geminos inclinet Iuppiter axes.

Audiit horrificos tormentis omnibus ictus,

Ima

Im a valle sedens, tumidarum Rector aquarum,
 Neccarus: & madidum vitreis caput extulit undis.
 Illi lucentes oculi: coma cœrula queru
 Cingitur: & pendent circum cava tempora glandes:
 Vdaqué barba riget, densis obsessa salictis.
 Ut quæ videt sponsam paulatim accedere ripæ
 Fluminis, & curru per rura madentia ferri:
 Protinus alloquitur, lætæqué hac voce salutat.
 Virgo deus patriæ fluvio gratissima Nicro,
 Hospes ave: flos virginæ divine pudoris:
 Æmula maternæ laudis: certissima C H R I S T I
 Cura: Palatinam virgo quæ tollis ad astra
 Insigni pietate domum: cui nulla tulerunt.
 Secla parem. Quid primùm in temirabile dicam?
 Vnde tuas nostra incipient præconia laudes?
 Qualis enim, quantusque tuo sub pectore regnet
 Doctrinæ cœlestis honor: quæ cura pudoris,
 Quæ pietas, quæ cana fides, qui cultus honesti,
 Quantus amor recti, sanctis quæ gratia dictis:
 Hoc vitæ ratio docet: hoc sine labe verendi
 Testantur mores, & mens sibi conscia recti.
 Omnia quæ majora fact, formæqué venustas,
 Naturæqué decus, nullo mercabile cultu.
 Auro flaventes video certare capillos:
 Sideribus video similes, sub fronte serena,
 Lucentes oculos: erecto candida vultu
 Tempora: sanguineis labra contendentia moris:
 Quidquid & antiqui generis nitor ornat, & altæ
 Nobilitatis honos, longaque ab origine regum
 Majestas: per mille gradus, seriemque virorum,
 Ad magnum revoluta patrem? tibi Cæsar avitam
 Conciliat laudem, Renana à stirpe, Robertus:
 Ausonias olim jussus tractare secures:
 Cum VVenceslaus regni posuisset habenas,
 Rex piger, & rebus non utilis auctor agendis.

Necari oratio,
 sponsam excep-
 tur.

Illustratione Donati,

Robertus Cæsar.
 Palatin. Elector,
 sponsa Ursula,
 tridevus.

Eja age virgo, decus patriis illabere terris:
 Sisqué tuo felix Nicro: nostrosqué penates
 Prole bea: ut Reni veniat de semine princeps,
 Dux Nicri, patriæqué decus, regnique levamen.
 Nonne vides, nostros ut conjungamus amores,
 Renus & ipse Nicer? nostros foveat ille liquores?
 Inqué suum gremium venientes excipit amnes?
 Cum Nicro: nostrisque auctus tumet alveus uridis.
 Tu quoq; Nympha, decus, Reni non degener annis
 Necaricum amplexare Dūcem: Nicriqué fluentes?
 Cresce tui: Quod si post tertia corona Istan;
 Augustum sub ventre geras onus: & tibi fertat?
 Escarum varius muliebri insieme cupido:
 Nusquam abero mensæ, & nostro tibi gargite pisces?
 Omnipotens mittam, Renanæ ferula Nymphae?
 Sic me Rembus aquis, sic uber adaugeat Æchus.
 Exoneretque suas in me celer Entius uridas.
 Dixit: & humentes retraxit in antra capillos
 Fluminea: & vitro rursum caput abdidit amnes?
 Admisitque suas in verba novissima lymphas.
 Desierant imbres: radiisque à sole retectis,
 Mœsta repurgato fugiebant nubila celo.
 Iamque assunt, rapidis equitum comitanteibus aliis,
 Vuirtembergiaci proceres: aulæque propinquant:
 Cum tectis egressæ altis, in limine primo
Principum se-
minarum corona, Expectant sponsum germanæ: clara Dearum
expollantium in Nomina: Dux magno Æmilie sociata Richardo,
cavadio. Atq; Henæbergæi vidua ingeniosa cubilis:
Elisabetha, soror Rebus Elisa potens æquis: comitataque binis:
Ægisi: vidua prin- Landgræfæ natis, quam mors habet atra Sabinæ
cipi Hennebergi. Et pia Dorothæ: Henrici fida uxor Othonis:
et Ernesti, &c. Atq; aliae, longo cingentes atria cætu.
Ingressus pompa Quadrupedum cornu tellus gemit ista: solumque
capitali in atrio. Pes cavat: & pressis cervix luctatur habenis.
an anla. Existit sonitus sub præpetis ungue veredi,

Qualis,

Qualis, cùm multa venientes grandine nimbi
 Culminibus crepitant: validive incudibus ictus
 Qualem edunt gemitum: terni cùm fortia tollunt
 Brachia cyclopes, & massam forcipe versant:
 Alternantqué manus: geminataqué verbera densant.
 Talis & æripedum sonitus crepitabat equorum
 Atria pulsantum, constrataq; saxa viarum.
 Nec minus excelsa vasti de culmine testi
 Inflat ebur, buxoqué canit, cornuqué remugit,
 Et lituo tibicen ovat: cui buccina solers
 Educat miscet vocem pulmonibus imis.
 Iamqué sua princeps sponsa cum virgine portas
 Intrat: & in mediam confert se protinus aulam
 Vectus equo: & freno æripedis, sellaqué relicta
 Desilit. Insequitur rutilis adducta quadrigis
 Sponsa, decus. rutilo corpus velamine recta:
 Atq; auri gestans pictam subtegmine vestem.
 Quale miçare solet, quod Eoo diversa borbe
 India mittit ebur: vel qui circumdatuſ auro
 Lucet in aure lapis, rubris adductus abundis.
 Talis in erecto stabant frons candida vultu
 Virginis: & totam decorabat comminus aulam.
 Omnis in hanc unam virgo deterquet ocellos:
 Hanc unam populus, neglecto lumine corli,
 Suspicit: & vultu nunquam satiatuſ amato.
 Illa autem dicta simul, acceptaque salute,
 E conspectu abit: & superas infertur in aulas.
 Sequé parat thalamo, & sacre processibus æulis.
 Tum Stuceardæ longa statione relicta,
 Vrbem intrant: bis mille viri: toto agmine terni
 Quos gemini ducunt regalia mecenia circam,
 Martigenæ, & medio comitantur pulvenerampi.
 Vela duo, gentile decus, finuantia cervi
 Cornuta: & albentes rutilo cum vellere pisces.
 Plumbea sulfureas glans ignibus acta per auras,

Ceruum Stuceardianorum processus in pompa armata.

Fulmineo de more ruit: dum limina fessi
 Tandem lasti adeunt, & ovantia tecta revisunt.
 Et quis carminibus festivæ gaudia lucis
 Exæquare queat? quis tot spectacula ludos,
 Prælia commemoret? quis tot vexilla, tot armæ,
 Armatosqué viros: tot versicoloribus aptos
 Vestibus? Aspectum pompaq; hominesq; fatigent,

Renunciatio pater Atq; Argi laffent oculos. Iam desuper alto
ni dominii, facta à Conclavi, patriis virgo valedixerat oris:
flou sa principo. Et sceptruni & regnum procul abjurârat avitum.
 Non invita tamen. Nam quamvis dulce paterni
 Limen agri: nostros tamen illi prætulit urbes,
 Magnificaq; domos, feliciaq; ubera terræ.
 Quid dicam? ut linquens genitoris filia vultum,
 Ut germanarum complexum, deniq; matris:
 Omnibus his dulcem sponsi præponat amorem.
 Vrsula macta animi: non te subiisse penates
 Tecciacos, tanto Duce te ducente pigebit.

Processus ad Atq; en pulsa sonant alternis tympana palmis:
templum. Et tereti tenues tinnitus ære cœntur:
 Ac dudum geniale canit cava buxus, & aula
 Conjugium, pactæq; expectat tempora tæda,
 O patrii cives, quos Vuirtembergia nutrit:
 Principibus sacram cum sponso adeuntibus zdem,
 Vos libate preces, thalamoq; exposcite pacem
 Cœlitus: & stabilem superos orate salutem.

Nam proceres video sacro procedere templo.
 O Diu, quale agmen, quantum de gente, domoq;
Nobiles & illu- Tecciac a decus? & qui nam hic densissimus ordo?
bris viri. Nobilium? quam comta cohors? quam vestibus
 Omnes incedunt nitidi? quam recta fronte sereni.
 Fallor? an ipse venit? venit: & comitatur euntem
Principes & Du- Læva parte Heinricus Otho, dextraq; Richardus;
ces. Ambo Palatini generis: quos velat amictus
 Stamine carbasio, & niveo de vellere Serum.

Inde

Inde Duces reliqui, comitesqué altiꝝ; dynastꝝ:
 Omnes albati sancta ad penetralia tendunt.
 Ipsa quoq; immensi jamdudum fabula cœtus,
 Progreditur tandem, nivea circumdata virgo
 Cyclade: & albenti pectus velamine cincta,
 Surgentesq; humeros: genitrix quas regia veste
 Caræ filiolæ, ne sponso vilior iret,
 Fecerat & mistum filis crispaverat aurum.
 Tum flavus sextanrviridi de flore coronam
 Crinibus indiderat, tergo fluitantibus albo.
 Assunt ductores gemini, de marchidos ora
 Ernestus dextra, Gustavus parte sinistra
 Germanus sponsæ: jam prætextatus, & albo
 Tegmine succinctus: qualis qui littore Nili.
 Liniger, Iliacæ comitatus cornua pompæ,
 Templa petessebat crepitanti tinnula fistro.
 Ordine tum subeunt, priscos reverentia ritus
 Pectora, carbæo velatae stamine matres;
 Et super induitæ nigro velamine pallas,
 Instita quas circum aurato percurrit acantho.
 Incedunt binæ: quales qua tempore prisco
 Festa sae Cereris celebrabant anuua matres;
 Festa, quibus nivea velatae corpora veste,
 Frugum primitias, & spicae serta ferebant:
 Aut qualis tenues cytheræa invecta per auras,
 Fertur olorinas subjungere curribus alas.
 Binæ etiam, gracili subvinctæ pectora cinctu,
 Albatæ incedunt ponè, innuptæ quæ puella,
 Subtilem flavo gestantes vertice mitram:
 Conte&tæquæ levi generosum corpus amictu:
 Et strophio vincitæ, gemmis radiante, papillas.
 Di quales vultus? quæ celsæ tempora frontis?
 Quam teretes digiti manuum? quam lactea colla;
 Pectora quæ artificum laudatis proxima signis?
 Quam vigiles oculi, nitidi cœu sidera coeli:

Sponsæ omnes.

Ductores sponso
 Ernestus Frideric
 us, Marchio Ba
 denſis: Georgius
 Gustavus, Dux
 Bavaria: Balas,
 Eheni.

Matronæ & vir
 gines principes.

Virgines comi
 caras.

Vnde suas Amor ipse facit accendere possit:
 Et non illicitas animis immittere flamas?
 At quām suspenso figunt vestigia passū?
 Quām doctē incedunt? quæ morum tanta venustas?
 Qui turbæ decor ingenuæ? quæ gratia cœtus?
 Pulchrior haud olim, Pharsalia limina circum
 Nereidum chorus incessit: cùm sidere fausto
 Duceret in thalamum, magni generator Achillis,
 Æquoream Peleus Thetin: optatosque marinaræ
 Irat in amplexu: divinaqué basia Nymphæ.

Ordine jamquæ omnes sacre in penetralibus adie-
 Constatiterant matres; simul innuptæque puella:
 Illustresque viri: cùm longo ornatus amictu,
 Tendit honoratam Lucas Osiander ad aram,
 Vir sacer: & vatum mentes, ac provida vix.
 cionatur anticus. Ora aperire D E I solers: cui cura futuri,
 Omniaqué, & causas cœlo deferre latentes.
 A dextra sponsus princeps: à parte sinistra
 Sponsa: DEI voces divini ex ore ministri
 Percipit: & monitis præbet cœlestibus aures
 Namq; viro certam legem figebat amandi
 Vxorem, ut proprios dilecti corporis artus
 Et quo C H R I S T V S amore suum complectitur agnos,
 Pastor ovans: se sequit in aperta pericula mortis
 Præcipitare ausus: donato ut fervore luxuriam,
 Eriperet teneros crudis è fauicibus agnos.
 Namq; D E O conjux dentrum placet ille jugalem
 Qui vita benè credit emi, ceu C H R I S T V S amorem.
 Hunc non alatus, cœcetqué cupidius ardor
 Excitat: & ventus subito respurgit in aures.
 Iste calor, sacro succensus flamine C H R I S T I,
 Durat: & ad gelidi se extendit busta sepulcri.
 Nec minus, & divæ sancti precepta quælla:
 Obsequiumqué suo mandat prestare marito,
 Omnibus in rebus: non dictis esse rebellem,

*Luchs Osiander
Theologia D. con-
cionatur anticus.*

Indo-

Indomitamve animo: sed pulcris undiq; factis,
 Exemplum ad Saræ, totam componere vitam.
 Iamqué ubi finierat Lucas, quæ fœderis auctor
 Dicere mandasset sacri: tum dextera dextræ
 Iussa dari, & vinclo duo pectora nexa jugalî.
 Pronuba mox CHRISTI, tensis ad sidera palmis,
 Succiduqué genu & duplicito poplite proprii,
 Numina voce rogant: firmet connubia sacro
 Flamine: det facilem cursum: det prospera vita
 Commoda, felicesq; dies: prolemqué vetustæ
 Suscitet ipse domo: longaque à stirpe nepotes
 Proferat: & Tecez non unum proroget ævum.
 Hæc vox una viris, vox matribus una: nurusqué
 Hæc eadem teneris suspendunt vota labellis.
 Consonat omne aulæ tectum, penetraliaq; ædis
 Magnificæ: septemqué edit discrimina vocum
 Cantus: & inflato modulatur tibia cornu:
 Buccinaq; immugit: pulsique ad carmina nervi;
 Suavisonis implent totam concentibus aulam.

Ædibus in mediis quoddam est conclave reductum: *Thelamus regalis*
 Regiscusqué loci thalamus: genialis ubi alta
 Sustultus sponda, gradibusqué acclinis eburnis
 Stat torus, & picto lectum discriminat auro,
 Hinc illinc veterum effigies ex ordine avorum:
 Christophorusq; pater, divusqué Vlricus honoris
 Inclytus: & proavis cum conjugé notus Elisa
 Henricus, ternaqué Vlricus amatus ibidem
 A conforto tori: quarum Clivensibus una
 Edita principibus: de Bojo stemmate Elisa
 Altera: at Amadio genitore creata Sabaudo
 Tertia: quæ binos sepeliverat antè maritos,
 Te Siculi Ludovice soli Rex, inclyte factis.
 Gallo rege patre, & Germano rege superbe.
 Tequé Palatine Elector Ludovicus: Philippum
 Post electorem tibi partu enixa secundo.

S 5

Dicitur

Ducitur huc Princeps Ludovicus, & agmine pulcro
 Stipata insequitur virgo: sponsoqué locatur
 Proxiina: quam fidæ componit dextera matris.
 Interea centum famuli. quibus ordine longo
 Cura penuim struere, atq; epulas imponere mensis,
 Cœnam ornant gestantque dapes, & fercula prouunt.
 Discubuere toris concha sidonide tinctis,
 Egressus thalamo, sponfa cum Princepe, Princeps:
 Et festi convivę epuli, comitesqué laborum:
 Hāc sacer & tocrus, terræ Regina Suecæ:
 Illāc Æmylia cum cara uxore Richardus:
 Prælustris Princeps, animo maturus, & ovo:
 Hinc Henebergæ conjunctus Marchio Elise:
 Quam Brandenburgi genitoris nata Georgi,
 Christophoro felix uteri, Maria Anna creavit.
 Hinc soror: Henrico data nobilis uxor Othoni:
 Illinc Ascanio de sanguine clara Sybilla:
 Mompeligardiaci conjux secunda parentis:
 Hac sella Gustavus ovat: Badenius illa
 Marchio, cum cara latus consorte locatus:
 Quosqué alios parili Princeps ornarat honore
 Sponsus: amicorum lètissimus hospite cœtu.
 Protinus appositas capiunt genialiter escas:
 Et dape se recreant, & vivo corpore curant:
 Instaurantqué animos, festivæ tempore lucis:
 Atq; hilari præ se declarant gaudia vultu.
 Nusquam etiam cessat geniali Musica cantu
 Exhilarare epulas, & voci adjungere nervos.
 Nam quid ego tenues puerili è gutture voces,
 Panduræ aptatas referam? quid murmura denso
 Excita cum bombo, lituoqué admista profundo?
 Quid magadem, & dupli genitalia nablia palma
 Impulsa, aut citharæ moderamina suavia tactæ:
 Vel stupido placitura Midæ. Faunoqué bicorni:
 Credibile est olim, Æacida celebrante jugalit

*Musici concentus
inter canandum.*

Federæ

Fœderata casta tori, phœbumquæ novemquæ forores,
 Talibus instructas numeris, & voce sonoruni.
 Pharsalas intrasse domos, Helicone relicto.
 Tantus erat media vocum concentus in aula.
 Hic sponsus pateram, Nicreο nectare plenam,
 Circumferre jubet, lætasqué exporgere frontes;
 Alloquioq; viros sacerorumq; socrumq; suamque
 In primis sponsam dulci solamine complet.

Tunc omnes pulsæ læto de pectori curæ:
 Tunc omnis mœror festiva ex urbe recessit.
 Proteus in medium, cithara crinitus Iopas
 Progreditur: tenditqué fides, & stamina docta
 Sollicitus digito, jungit modulamina vocum:
 Omnibus intentis, canere & sic farier orsus:

Si cui fama fuit per avita trophæa decori:
 Bis ducis octonus adavos, totidemq; loquuntur
 Historiæ veteres adavorum ex lege maritas.
 Quorum nos (reliquis in præsens tempus omissis:
 Ne per dena retrò feclo veniamus ab uno)
 Virtutes canimus? præclaraque condimus acta.
 Sponse fave plectris: perqué inclyta facta tuorum
 Dum libet ire mihi, hbeat tibi versibus aures
 Applicuisse meis. Tibi nablia pulsat Iopas,
 Et citharæ argutis immiscet canina plectris.

Primus in hac serie nobis occurrit avorum
 Fortis Eberhardus: quem patri Anthonia conjux,
 Anguigeri pia nata ducis, genitalibus annis
 Edidit Ebrardo: vidui post damna cubilis:
 Nam Siculo primum sociata Anthonia Regi:
 Post Vuirtembergum, thalamo dignata superbo,
 Delegit comitem: pulchraq; hac prole parentem
 Fecit Eherhardum: non tam cognomine prisca,
 Quam virtute parem patri, factisque decoris.

Huic consors Henrica fuit, comes ultima gentis
 Mompeligardæ: Henrico genitore creata:

*Edecim adavos
 sedecim adavia
 Ducis Ludovici,
 in hoc Epithalamio,
 ex optimis
 auctoribus colla-
 branctur.*

I.

*Eberhard. comes
 Vuirtemberg. anno
 Christi 1417. filius
 Eberardi Mi-
 tis, ex Anthonia
 Mediolanensi du-
 ca: & Friderici
 Regi Sicilia reli-
 ga vidua: nepos
 Ulrici (ad Vniala
 accisi) ex Elisabe-
 tha: filia Ludo-
 vici Bavari Im-
 peratoris: prono-*

p̄s Eberhardi u- Quem bello egressum, Burgundaq; castra secutum
 xore Elisabetha: Fortis Ioannis, Myorumque orbe remoto
 Hennebergensi: Vaſtanteim terras, crudelibus obruit armis
 ab rep̄s Ulrici ē Incautum, & multis aliis cum millibus, hostis
 comitis Ferreis F. Bajazeta ferus, pallentes misit ad umbras:
 adne; os Eberhar- Hic ubi Nicopolis stat moenibus ampla vetustis:
 di illius rū, ex Ir- Trajani æternum, Daça de gente, trophæum.
 mingardi Mar- chionissa Badensi. Tempore jam ex illo Peligardi moenia montis
 Primus sponsi Lu- Virtembergiacō, regnus dotale, marito
 dovi. adavus. Additur: & vestris sese submittit habenis.
 Henrica Eberhar. uxor, Henrici co- Namq; Henrica parens, super æthera conjugé rapto,
 mitiū Mompelij. Præfuit his terris, & nemus mania gessit
 F. nep̄s Stephanii. Fœmina par illis celebrat quas aureus orbis,
 è Margaretha co- mite Castillonia, Arte Semiramis, & justo moderamine legum.
 /prima eiusdem Proles huic genitina, Ulricus, cognomen amati
 adavia. Aptus, & illius Ludovicus gloria socii:
 Naucl. Chro. Gē. Fratre annis prior Ulrico. Stuccardia texit
 48. & 49. Tecta ille: Vrachia possedit hic atria sedis:
 Vlricus Adama- tus comes Vuit- Brandenburgiae comes ille invictus Achillis,
 tembergi: Eber- hardi F. primus Imperii justo Mavorte coercuit urbes:
 Ludovici Ducis Et bello petiit dote, à confine negatam
 ab avus moritur Renigena uxori (nullo sed jure) Sabaudie:
 anno 1480. valde Hic pacem coluit, Blaubiriaque arva, solumque
 senex. Tutlingum, & pingui res sententia rura, Balingam
 Adjicit patriis pulcras ditionibus urbes.

Tres Ulrici Ada- Illi tres thalami sociæ: Clivensis Adolphi
 mati uxores: qua- Nata Ducis, prima: Henrici. Dueis in dyea Boji
 rum media Eli- Nata, secunda: patre Amadeo generata Sabaudie,
 sabetba, Bavara, Tertia: Trinacrii quondam pulcherrima regis
 prima sponsi Lu- Costa. hinc Renigenæ costa Electoris & inde
 dovici abavia: de qua postea. Vuirtembergiaco demum sociata marito.

Ludovicus Ulrici At sibi conjugii Ludovieus jure jugarat,
 frater: cui uxor Renigena natam Ludovico, è stirpe Palati,
 Mechtildius, Ludo- Temporis illius decus immortale, Mathildam.
 vici Palatini filia mater Eberhardi O quam matronam? quantis virtutibus auctam?
 Sarbari.

Namo

Nemo illo vixit mulier prudentior ævo:
 Nemo fide potior: nemo studiosior æqui.
 Barbatī hæc genitrix Eberhardi: quo duce primūm
 Vuirtembergi ac caput erexere penates:
 Cæsare dante decus, nomeñqué augente vetustum.

*Nacl. Gen. 49.
 Cufptn. in Austr.*

Nupserat hæc eadem Alberto, post fata mariti

Vrachii: Alberto, quem magno patre creatum

Austriaco Ernesto, sub luminis edidit auræ:

Filiī Massovii Cymburga potētis Alcei.

Vtqué erat ingenio divina sagae Mathilda;

Cultaquæ literulis & magni operosis repertus;

Consilii: sic literulas promovit, &c. artes.

Impulit hæc eadem Albertum Mathildam magnum:

Vt Freiburgiacæ molitus limina sedis;

Illa magnificum fundaret in urbe hyacinthum.

Impulit & magnis Eberhardiur hætitibus olim

Artibus Aoniis celebros facere Tübingam:

Ingenuisqué dicare locum studiisque virisqué:

Heroina potens animi, quis laudibus æquet:

Factaque virtutesqué tuas? DEVS arbiter ævi.

Faxit: ut orta domo generataque sanguine codem

Vrsula, Tecciacos simili virtute peccates

Augeat, & cognatam æquet virtute Mathildam.

Sed quò delabor? Nomen laudesqué canendæ

Vlrici Comitis, quem Mompeligarda creavit

Sponso abavum. Fuit ille comes clementior unus

Omnibus: & facilis princeps, veniæqué paratus:

Patris imago boni: posita placabilis ira:

Cujus mens nullo potuit live scere fuso,

Nullaque falsa loqui, nullam prætendere fraudi

Externam speciem: vox certæ janua mentis:

Promissisque tenax: miseris manus æqua levandis.

Illum, quoquò iret, quoquò vestigia ferret,

Obvius expatio populus captabat ovatu:

Illum sæpè cliens patremqué ducemqué vocabat;

*Albertus Au-
 striacus, frater
 Friderici 3. Im-
 perat. successor
 Ludovici Comitis
 in matrimonio.*

*Mechtildis insti-
 tuta dua Acad-
 mie fundata, Fri-
 burgensis ab Al-
 berto Austriaco
 ad Annum Chri-
 sti 1464. Tubin-
 gensis, ab Eber-
 hardo Barbato, ad
 Annum Christi,
 1477.*
*Nacl. Gen. 49.
 Munst. li. 3. Cosm.*

*Nacl. de Vlri-
 co Comit. Vir-
 temb. p. 296.*

Illum expectabat porrectis obvius ulnis.
 Nullus erat patrii tunc limitis angulus,, in quoq;
 Non aliqua extarent propensi signa favoris.
 Aula viri denso magnorum plena virorum
 Agmine: nobilium cœtu meliore referta.
 Namq; in convictu comis, sermone facetus,
 Munificus dando: certissima cura suorum:
 Delitiae humani generis. Sæpè ipsus apricis
 Incomitatus agris, vita velut integer, ibat,
 Et scelerum purus: longi non indigus ensis.
 In primis operam sacris dare sedulus horis:
 Et voces audire D E I. portamque salutis
 Tangere. Quare omnis comiti tunc credidit ætas
 Numen inesse Deumq; pio sub pectore sedem
 Fixisse: & diva fortunam immittere virga.

- Schärd. li. 3. Clas.
14. de clar. mul.* Huic atq; uxori proavus communis Elisa,
Iov. in Barnab. Barnaba: in Insula Princeps ditissimus urbe.
Ibid. Scard. & Namq; avia Ulrico, fuit isto nata parente:
Iov. in Barnab. Trinacrio primùm conjuncta Antonia regi:
Atq; hunc Barnabovem, proavum quoq; fecit Elisa,
Henr. Dux Bava- Magdalisa, Henrici mater pulcherrima Boji:
ria, secund. Ludo. Filia Barnabovi, Schalana conjugé clari.
sponsi adavus: si- Sic genus amborum gradibus distabat iisdem.
lius Frider. Bava- Cyprus ab hoc proavo tibi Vuirtembergica tellus
ri Magdal. Medi- olanensis Duce ne- Cognata est, Siculique thronus, sceptrumque pelori,
pos Stephani ex E- Et qua Suevorum subjecta Britannia freno est.
lisaberta Sicilia
Regina; Pronepos Quid verò memorem, Bojo de stemmate clarum,
Ludovicus Casarius, Henricum: sponsi hac adavum statione secundum?
ex Beatrice Polo- Felix ille animi, qui quondam castra fecutus
nus Regna: abne- Teutona, Bastarnas adiit, Venedosqué rebelles
pos Ludov. Palat. Suppositasqué urbēs tollis Erymanthidos urse.
Elett. & Duc. Ba- Hic ille octonus Lituanis arma per annos
varia, ex Mathilde- Intulit: & spoliis patriam ditavit optimis.
da, F. Rudolphi
Casarius. Nemo fuit Princeps isto civilior ævo:
Avent. Cyprian.
Nemel.

Nemo

Nemo sui populi studiosior. Ille clientem
 Vltrò quid vellet, quid posceret, antè rogabat,
 Quàm peteret. Labor huic rebus succurrere lapsis.
 Huic studium prodesse inopi: defendere leges:
 Infestas purgare vias latronibus: & dare pacem
 Civibus: & gemini pronepotem Cæsar is esse,
 Invicta monstrare manu. Quem patria tellus,
 Ecclodenis reducem, postquam admovisset habenist
 Divam jure tori jungit sibi Margarin ille:
 Austriaco genitore satam, magnique sororem
 Cæsar is Alberti. Dux haud clementior illo,
 Illâ nec melior fuit, ullo fœmina seculo.
 Nam maternus avus Ludovico, rege Quiritum,
 Claruit, & Bojas hoc nomine protulit urbes:
 Quin etiam adneptis, dux Margaris ista Bohemi
 Caroli, & Austriaci adneptis generosa, Quiritum
 Cæsar is, Alberti: Rudolpho Cæsare nati.

Vsq; adeò magnis duxit natalibus ortum
 Vxor Vdalrici. Qui cùm Stuccardia circum
 Limina legitimi pepigisset fœdera lecti:
 Principibus fœmis sacrum ad geniale vocatis,
 Et grege bis senum Comitum, totidemque potentum
 Baronum, patria de nobilitate trecentis:
 Ludicra proposuit patulo certamina campo:
 Hic ubi nunc veteri conjuncta suburbia muro,
 Magnificas patriis concedunt civibus ædes:

Tertius insequitur serie hac Fridericus avita:
 Gente Bipontina Comes, & Bizzæa propago.
 Cæsar is hic acies Sigemundi, atq; arma secutus,
 Indomitos olim, magna virtute Boëmos
 Contudit, & Regi docuit parêre Quiritum.

Anna viro conjux, generosi nominis Anna:
 Rugrafia pronata domo: quâ rupe vetusta
 Arx Beinberga jacet, Neustræa q; prospicit arva.
 Simerias illîc sedes tenueré Dynastæ

Margaretha Annæ
 fræa 2. adavia
 Sponsi, filia Al-
 bertii Ducis, exlo-
 anna Duce Bava-
 ria, & comite Ho-
 landia: nepis Al-
 bertii cui uxor Be-
 atrix fuit filia Lo-
 an. Burgrafii Ne-
 rimbergensis ex
 Margaretha Caro-
 li 4. filia, &c.
 Avent. lib. 7. Cap-
 spin. in Auct.
 Elisabetha Bava-
 ria Dux, Vtrici
 Adamati uxor.
 Prima Ludovici
 sponsi abavia.

III.

Frider. comes Bi-
 pontinus, & Beu-
 schensis: tertius
 adavus Ludvici
 sponsi.
 Anna Rugrafia
 Comes Beinberga-
 sis uxor Friderici
 sponsi Ludovicæ
 adavia tertia.

Rugraphii: & longo rura Obrincanis tractu:
Vendita Cæsario, post patrum fata, Roberto.

Simo Vuuccerus Hinc satus insignis bello Simo, Martius heros:
Frideric Bipontini Hostibus haud tergo, sed formi pectori notus,
& Anna Ruygrafia F. sacer Hæritatis Acer enim dextraqué ferox, ad vim quæ paratus,
comitis Vuircemb. avus Vlrichus Seu pede collato vellet committere pugnam:
Ducis sponsi Ludovicus abavus secundus. Sive eques adversi tentare pericula Martis.
Vxor Elisa viro: Baronum nobilis ortus:

Quos Lichtenbergi magnos fecere penates.

Elisabetha Baronissa in Liechtenberg Illa D E I metuens illa Heroina vetusta
berg, uxor *Simo* Præsignis pietate fuit: cui vita fides quæ
nunc abavia Ludovicus secunda. Nobilitate sua major: candoris imago

Antiqui: in primis turbæ non aspera ogena.

Henrico hæc comiti socrus pia mater Elisa,
Matris Vdalrici: quo rerum Princeps gaudet.
Sponsus avo: tellus Duce, conservata nepoti.

Necte prætereo Baro Ludovice, tuique

Ludovicus, Baro in Liechtenberg, Simonis Vuucceri Consortem thalami, de stirpe Hoeloidæ natam,
sacer sponsi Ludovicus adavus quartus. Nam tibi Lichtenberga domus dat nomen avitum,
Dat generis decus antiqui: dat stirpis honorem:
Vasgoviisqué addit, celebri cum laude, Dynastis.

Necte destituit, bello tua plurima virtus.

Nam tu præfracta quondam cervice rebellem,
Non expectato pressisti Marte Bohemum:
Hic tua quid posset ferventi cuspidi dextra:
Effuso docuit Bojemica sanguine tellus.

Elisabetha comes in Hoenloh, uxor Ludovici Baronissi in Liechtenberg, quarta Ludovicus sponsi adavia. Sed qua laude canam, quo dicam carmine. *Elisabetha*
Progeniem de stirpe domus Hoeloidos: altam
Quam veteres dicunt celebri cognomine Flammam:
Veri si qua fides: trahit illa propaginis ortum
Gens, à Flaminis, veterumq; à stirpe Quiritum:
Nam si congeneres majorum facta nepotes
Testantur, generisqué docet primordia proles:
A nulla potius descendet origine, prisca
Hæc domus, Ausoniæ veteri quam stemmate gentis.

Nate-

Natorum siquidem Mayortia pectora versat.
Romuleus calor: & similem virtutis avitæ
Arguit, ac patribus non degenerare nepotem.
Salve Martigenis pronata Quiritibus: uxor
Lichembergiaci Herois: te candida virtus,
Te pietas ornat, mortalique eximit ævo.

O utinam tot foecundas imitère parentes
Vrsula, & antiquam Teccæo sanguine gentem
Amplifices: veniantqué tua de stirpe nepotes:
Qui Vuirtembergas tutentur legibus arces,

Dum canit hæc Psaltes fidibus: fortè una remisit
Alteraqué: & cœptum turbavit diffona cantum:
Ille sed admota chordas intendere plectro
Accelerat: numerisque fides concordibus aptat.
Tum pergit: nerviisque sono vocem applicat oris.

Nunc te Erneste canam, Bojæ fortissime gentis
Rectòr: Ioanni peperit quem Carnicæ patri
Dux Catharina, uteri felix: Stephanoqué nepotem,
Trinacriæque aviæ divinum fidus Elisæ.
Non impunè tibi bellum patruelis iniquum
Intulit: & captas avertit viribus urbes.
Nam quid sit patrias inimico tradere terras;
Senserunt hostes. Tum quando Tononis urbes
Bella Palatino feceré iustitia Roberto:
Et Bavariūm crudo vastarunt milite terram:
Tuqué paterqué tuus, pátruique hostilibus armis,
Urbes aggressi, ferro popula lastis & igni:
Dum tandem impositam gauderent pendere multam.

Vxor Elisa tibi, quam casto in amore marito
Bernabovi peperit; Scalanæ gloria gentis
Regina: Stephano comiti proavoqué Mathæo:
Insignem pietate nurum: quæ flumine magno
Populifer, maris Adriaci delatus in undas,
It Padus: & longis habitata Insubria Bardis,
Anguigeris quandam jussa est parere Dynastis.

T

V.

Ernestus quintus Ludovici Sponsi adav. Dux Bavar. Filius Iosæ Catharina Goritia Comite: nepos Stephano ex Elisabet. Sicilia Regina: pronus Ludovici 4. Imper. ex Beatrice, Polonia Regina. Avent. lib. 7.

Elisabetha quinta Ludo. Sponsi adavia: filia Bernabovi Dux Mediolanensis et Regina, Beatrice comite Scalana: nepus Stephanus, pronus eius Mathaei Vice comitum Mediolanensis.

Albert. Dux Ba- Hinc Albertè venis: Bojorum note per urbes:
varia cognomento Pacis amans princeps: tritate negotia pacis:

pius: Ernesti & Nam curæ tibi bella, leves habitura triumphos:

Elisabetha Mediolanensis filius: Aucupio volucres, venatu perdere cervos:

avus Sabi. Vuir- Præcelsumq; animum magnis abducere turbis.

temb. Ducus: Pro- Tum cythara, & cantu curas expellere menti:

avus Christophori Et studiis adhibete matutin, sacræ quo Minervæ,

Abavus sponsi

Ludov. tertius. Nicoleique altos Cufathi audire libellos.

Mox ubi tu, patriæ clavum tellavis adeptus,

Publica cœpisti gravium moderamina rerum:

Di quantus pietatis honestos? quæ opulentia lingue

Victricis? qui civis amor? clementia quanta

In populos? hinc nempe pī tibi nomina surgunt:

Principis: æternis quæ vocibus æra loquuntur:

Quid memorem, ut faris Alberto Cæsare raptos;

Ibid. Ayent. Centum oratores ad te, regnique coronam;

Cum sceptro, procerum exercitu comitante, Bohemus

** Anna Dux Br* Miserit: utquæ tua contentus sorte quieris:

suisensis filia Eri- ci ex Elisabetha: Et tantas regni non affectaris habenas?

tertia Ludovici Ambitio crudele malum, sœvusque cupido

sponsabavia. Regnandi: legum & juris certissima pectis:

VL

Concordes exosa domos: magnæ invida forti:

Ericus sextus Lu- dov. adavus: Dux Et docta unanimes armare in prælia fratres.

Brunsfusensis, in Sed nihil hæc potuit Bavari subvertere nientem

Grubenhagen: fi- lius Alberti, è So-

phia Saxonia Du- ce: nepos Ernesti: *Anna viro confors, Brunsvici stemmatis hæres:

ex Agnete comite Anna puellarum exacto pulcherrima secto:

in Eberstein: pro- nepos Henrici Mi-

rabilis ex Agnere Filia Brunsvici quondam ducoris Erici:

Alberti Turingie Quem mea non tacito transit lyra concita nervo:

Landgrafis F. ab- Brunsvici generis, veterum & decus omne penatum:

nepos Alberti M. Hunc patri Alberto Sophiæ dedit, inclyta mater,

ex Alexina, Mō- Saxonico patre nata, togæ bellique potente.

risferrari Mar- chionissa.

Albertus Cranz, Namq; viri virtus patuit, Glozecchia quondam

lib. 10. Saxon.

Moenia

Mœnia cùm quateret, rapidi prædonis asylum;
 Aquaretqué solo, detrusam montibus, arcem:
 Et crucibus figi mandaret sœva latronum
 Corpora: ceu quando feralia monstra, Procusen
 Et Sinin Alcides heroo sustulit arcu,
 Quid fratrem Ernesti, cithara referamus Othonem:
 Propatrum Erici? Latias qui signa per urbes
 Geslit & insigni domuit virtute rebellem
 Italiæ populum: quo tempore Carolus orbis
 Arbiter Ausonias tenuit Bojemus habenas?
 Vedit Ioanna invictos regina lacertos
 Teutonii Ducas: amissò quæ fortè marito;
 Magne régnabat pollente Neapolis urbe
 Diva & mœrebat solo defecta cubili.
 Utq; Ducem vedit: concepit pectore flammam:
 Et Brunsvincensi submisit colla marito.
 Ah pereas Urbane Papa: quem nulla tuorum,
 Nulla peregrinæ potuit vox flectere gentis:
 Ne regno eriperes Germano debita Othoni.
 Quamvis ille tuis, quamvis Ioanna nefandis
 Oscula mille darent pedibus. Nam lege, pioqué
 Neglecto, potior fuit hic tibi cura nepotis:
 Quem non legati donares munere regni,
 Conjugis ista fuit conjux Ericus Elisæ:
 Quam pater alius Otho Gottinga sède creavit:
 Dux Lunæburgi, Ernesto genitore beatus
 Brunsvici Duec: germanoqué potens Alberto
 Tres animæ illustres armis: tria fulmina belli:
 Quales Scipiades, quales Fabii, atq; Camilli:
 Et quos mira fides æternat Horatia fratres.
 Dicere longa mora est: quanta virtute latronum
 Dituerint arces: quot tristia funera læto
 Prædonum dederit. Nam quod Gottingia tutus
 Arva colonus arat: quod tuta salce viator
 Ambulat: & patrias infert mercator in urbes,

Cranz. lib. 10.
 Sax. cap. 14.

Elisabeth. b. adæ-
 via Dux Bruns-
 vicensis & Götting.
 F. Othonus, & Mar-
 garetha Bergensi-
 duce: nepius Erne-
 sti, ex Elisabetha
 Glogoviæ & Sa-
 ganensi duce: Pro-
 nepius Alberti pin-
 guis, è Richensa,
 Verulorū & Van-
 dalarum ducissa &
 Abnepius Alberti
 Magni ex Alexia-
 na, comitè Mon-
 tisferrati: Adne-
 pius Othonus, ex
 Mathilde Bran-
 denburgensi.

Longius ad valesas Erythreos littore merces:

Vide Cranz. lib. Hoc opus, hoc magni divinum munus Othonis.

10. Sax.

Infestare vias, quid sit, ferroque necare

Immeritos homines, & præda vivere rapta,

Monstrat adhuc æquata solo, disiectaque males

Hartesburga vetus, suffixaque corpora palis

Prædonum, & gladio cervix ultore recisa,

VII.

Septimus huc se offert serie hac Ernestus ayotum.

Austriacus princeps: Leopoldo patre creatus,

Et Virida matre: Insibri que filia Regia.

Rex illi proavus, Romano Cæsat honore

Inclytus: imperii qui gessit in orbe securus;

Rex abavus, veteri Habspurgum de gente Rudolphus.

Felices animæ, quarum sapientia teste

Non eget: & claris virtus exercita bellis,

Nomen habet, nullo nome delebile sedor

Scit Styrus, Carnusqué alacer, scit terra Carinthia.

Quas dederit strages hic ferro Ernestus: aboris

Cum patriis Geticos armis averteret hostes,

Ille etiam sèuos, immania monstra, latores

Sustulit: & fuso pater eluit arva cruento.

Fabula rostrato illo victore gigantes

Edomitos antiqua refert: ceu Phasidos ora

Quos olim Asonides, spirantes naribus ignem,

Prostravit Tauros. Nam pectore fortis & armis

Ferreus, à duro traxit cognomina ferro.

Filia Massevii Cymburga erat huic Semoviti.

Conjux illustris: pietatis idonea cultrix:

Relligiosa nurus: formoso fœmina vultu,

Robore mirando: ut digitii quæ verbere nudi,

Parietibus posset duros impingere clavos.

Ernestus cognomento Ferreus,

sponsi septimus

adavus: Dux

Austria: filius

Leopoldi, & Virida

filia Bernabovis.

Dux Mediolanensis:

Nepos

Alberti, ex Iso-

anna comitissa

Ferreti: Pronepos

Alberti Casarii,

ex Elisabetha

Duce Carinthia.

filia Mainardi,

comitus Tydolani:

Abneper Rudol-

phi Habspurgii

Casarii ex Anna,

comite Hohenber-

genii.

Cuspin. Laz. lib.

3. Gen.

Iov. in Barnab.

Scard. lib. 3. Clas.

4.

Cymburga, uxor

Ernesti, filia A-

lexii Semoviti,

ducis Massevii,

ex Alexandra, sorore Jagellonii: Neptis Semoviti, ex filia Nicolai, Duci

Glagovensis: Proneptis Semoviti, Abneptis Boleslai è Precislava, Lituana: Troidemi ducis F.

adneptis Semoviti ex Gertrud, &c. Septima sponsi Ludovici Adavia Polon. Annal.

Hæc Mater Friderice tibi, ter maxime Cæsar:
 Celsior è cunctis: uniuèrse aequande Camillo.
 Tu Styras olim rexisti legibus urbes:
 Carniolæq; solum, & Lubeanam milite cinctam
 Servasti pater: Vlrio fugiente Cilæo:
 Exuto quæ suis Labaci ad flumina castris.
 Te duce Delphinus, Germano Marte repressus,
 Terga dedit, tūpiquæ fuga patria arva revisit:
 Qui modò viginti stipatus millibus ibat:
 Alsatiamq; omnem, Peligardi à vertice montis,
 Complerat totis, Haganœ ad mœnia castris.
 Illum ter mille Helveti, gens vivida bello,
 Iudere: & clausos angusta fauce viarum.
 Viginti Armoïcæ straverunt millia gentis:
 Hic ubi Leberiæ sylvis acclivia vallis
 Stant latera, argentiq; undant pretiosa metallis.
 Te duce Burgundæ magnus Dux Carolus oræ;
 Mœnia Renati, cincta obsidione, Novesi,
 Deseruit, pacta quæ tuo, ceu pignore, nato
 Filia, in æternæ descendit foedera pæcis.

Atq; hunc diva parens, natum Leonora creârat,
 Sanguinis hæredem, sceptriquæ: ut scilicet esset:
 Qui Vuirtembergos augeret honore penates.
 Regia progenies Leonora, & regia conjux,
 Regia item genitrix: qualis Flaccilla potentis
 Theodosii conjux, & magni mater Honori.
 Austrius unde genustraxit regale Philippus.
 Dis genitus: genuitque Deos: rex clarus Iberæ
 Gentis, & Hispano quondam dominatus in orbe.
 Carolus hinc vénit, sublapsi Carolus ævi
 Arbitrè, & solio rex Ferdinandus avito
 Admotus: princeps animi plenissimus æqui:
 Nec tu carminibus nostris indictus abibis,
 Rex Eduarde potens: adavorum gloria regum
 Auris cuius lymphæ Tagi, quem rivus inaurat

Fridericus tertius
 Imperator, filius
 Ernesti ex Cim-
 burga pater Cha-
 negundi ex Leon-
 ora Portugallie
 Regina: avus Sa-
 bina Bavare: pro-
 avus Christopheri
 Dux Vuirtemb.
 abavus quartus
 Ludovici sponsi.

Leonora, quarta
 sponsi Ludov. ab-
 avia: Portugallie
 Regina: Eduardis
 Regis filia, mater
 Maximiliani I.,
 Imper. & Chuni-
 gundi: nupta Al-
 berto Bavarо: Vi-
 rici Dux Vuir-
 tembergici, sacerdo-

VIII.

Eduardus Por-
 tugalliarex, osta-

*um Ludo. sponsi Fortunæ. Lybicas tu quondam ingressus arenas
ad avus, filius Io- Ductor, & intrepido mensus freta cœrula voto,
annis: nepos Fer- Herculeas ultrâ, fatalia regna, columnas,
dinandi: prænepes Vicisti Mæuros: positasquæ in littore primo,
Petri, ab nepos Al- Cepisti Tingem, Zeliamque Alcasaraque urbes:
fonis, ad nepos Di- onysii: regum Por- Meenia, deductis Italorum habitata colonis.
tugallia.*

*Franc. Tariph. Tunc se barbaricus cœpit demittere fastus:
Fortalit. Fid. Et captæ Edvardæ fera gens dare colla catenæ,
O magnum regem, veterumq; propagine régum
Te dignum: terræ dominos, pelagiique futuros,
Haud alio deçuit, rerum de principe nasci.*

Eleonora Regina Nec dispar fuit ingenio nec sanguinis ortu

Portugal. Eduar- ds uxor, octava Inferior, consors thalami, sociisque cubilis

Ludov. sponsi ad- avia: Filia Fer- Eleonora: animi prudens factisque decora:

dinandi: neptis Io- Quam Ferdinandus patri generavit Iano,

annus, ex Leonora Et matri neptem Leonoræ: Cæsare dignam;

(qua Petri Ara- Culmina quam Tarpejæ arcis Romana decerent,

gonum & Neapo- Et quantus proavus: cui regna Neapolis olim

lis regis filia fuit) Dotalem trabeam, sceptrumq; insigne dederunt;

proneptis Iacobi Dicere plura vedor. nam rerum copia verbis

Regum Aragonum Major, & hinc dudum hortatur decadere tempus:

ab neptis Raimun- Nec coenam longo nimium sermone morari.

di comitis in Bar- Cras ubi Sol medium cœli transiverit axem:

cet ne: ex Viriata Et posita hic steterint geniali prandia mensa:

Regina Aragonia: Octonus referam materno à stemmate ductos,

filia Ramirii. Illustres adavos; totidemque aviasque nurusq;;

Francis. Tariph. Omnes heroes, omnes à stirpe vetusta

& Fortalit. Fid. Heroinas. At interea traducite lœti

Vos sponsi hanc reliquam noctem, precibusque litatis.

Solvite vota D E O. positisq; incumbite mensis,

Dixit, & è medio, sero jam vespere cessit.

Desurgunt omnes mensa, votisque solutis,

Tam lœta pro luce DEO, pro divite cultu,

Pro lautis dapibus: festas agitare choræas

Instituunt, veterum solito de more penatum,

Hic,

*Choreæ nuptiales,
à causa actæ.*

Hic quæ longa patent altis conclavia tectis,
 Cantibus astræ tubæ feriunt: simul ænea mistum
 Tympana dant sonitum: qualem, cùm bellica Enyo
 Excit in arma viros, rauco dat buccina cantu.
 Prævius it facibus binis sacer qrdo munistrum:
 Quem duo Rhenigenæ pede nou remorante secuti,
 Magnanima virtute duces: Socer atq; Richardus,
 Sponso hi præsultant, gratam cum virginè cara
 Ducenti choream: quem bini ponè sequuntur
 Tædigeri: & pulcrum claudunt saltatibus agmen.
 Inde Palatino consors oblata Georgo,
 Anna decus. Iamquæ æra sonant Idæaque terga:
 Præsultatqué Henricus Otho, pulcerrimus ore
 Atq; animo princeps, cum Marchiade Friderico
 Ernesto: quorum vestigia nota secuti,
 Ad numerū sua crura movent, cum conjugè conjux.
 Non aliter videas nitidis abscondere ab undis
 Oceani: media cùm lucent sidera nocte:
 Cassiopæ, rutiloqué ornatum Cephea cultu,
 Et natam Andromedæn, generumq; potentibus armis
 Persea succinctum: præeunt quis lucida cœli
 Sidera, & ætherei comitantur lumiinis ignes
 Ordine tum reliquæ matresq; viri q; sequuntur.
 Innuptæqué nurus: sua cuique ut stemmatis alti
 Nobilitas, primum choreæ concedit honorem.
 Nec dum sñierant: viridi cùm tegmine cinctus
 Præco venit, magnisqué duces comitesqué virosqué
 Provocat admonitis, ad ludicra prælia campi:
 Seu pedites vellent longis certare sarissis:
 Sive equites magno ob pretium decurrere circo.
 Tunc moderata sonum vario spiramine buxus,
 Tympanaqué ista crepant: indulget cætera pubes
 Nocturnis choreis: longoqué per atria gyro
 Festivum junctis manibus glomerantur in orbem:
 Dum medio tandem nox præcipitaret Olympo:

T 4

Suaderentque leves nutantia sidera somnos.
 Discedunt omnes, fessosque laboribus artus,
 Componunt molli per itragula picta quietis
 Ipse etiam princeps, spissa cum virgine, sacrum
 Limen adit thalami, quem molli amplexa lacerto
 Ursula, nunc dominum, nunc blanda voce maritum
 Nominat: & castis amplexibus oscula miscet.

Tempus erat: quo prima quies mortalibus ægris
 Conciliat somnum, & fessis gratissima serpit:

Ante fores thalami mihi visus adesse verendo
 Conspicuus vultu, longaque in veste sacerdos:

Omnia Davidi similis vocemque manusque,
 Prælustremque animum, & vincitos diademate crines.

Verrit humum Tyrio saturata murice palla:

Distinctamque lyram gemmis, & dentibus Indis

Sustinet à læva: tum nervi stamina docto

Pollice sollicitat: sonitumque accommodatoris.

Vt sensit varias, quamvis diversa sonarent,

Concordare fides: hoc votum carmine movit.

O quater, & quoties non est numerare, beatum

Quem Domini urget aior: quem non à tramite recte

Devius error agit: feliciter omnia cedent

Orsa tibi: carpesque tuo quæsita labore

Fercula, quæ pleno diffundet copia cornu.

Vitis & arbustiva comas topiaria circum

Spargit, & uviferis densat latus omne racemis,

Sic sobole felix hilarabit te tua conjux:

Fœta subinde novo fæcundi pignore lecti.

Vtque oleæ crescunt horto viridante novelle:

Sic tua densata proles in margine mensæ,

Rite coronabit positas genialiter escas.

O quæ tunc tacitum tentabunt gaudia pectus?

Nam D E V S hoc homines felicitat ubere rerum

Proventu, ditatque suos: qui iussa facebunt

Alma D E I, & peccare pavent. Ex arce Sionis

*Davides regius
psaltere cum cithe-
ra, ante osiam
thalami.*

Omnia

Omnia fausta tibi cedent : cernesqué virentem
 Vbere felici Solymam : dum vita superstes:
 Et natos cernes, & qui nascentur ab illis,
 Atq; Israéligenas longæva in pace nepotes.

LIBERTIVS.

 Ametroeis Aurora rotis surgebat Eoo
 Litore , festivumqué diem temone cerebat
 Autricomo: cùm turba ruit per limina passim :
 Illustremq; domum conventu tota frequentat
 Patria : & oppletur lætanti regia cœtu.
 Condet ebur soliis, ostroqué sedilia lucent :
 Omniaquē effulgent regali splendida luxu.
 Primi illie assunt patriis ē mœnibus oræ
 Vuirtembergiacæ proceres, legataqué patrum
 Turba verendorum, vicino ex orbe profecta :
 Omnes ut sponsa fœlicia fata precentur :
 Exornentqué aliquo solennes munere tædas :
 Tunc princeps magna comitum stipante caterva,
 Progreditur thalamo : quem conjux Vrsula vultu
 Composito insequitur, Ducibus comitata duobus :
 Et longa serie gravium circundata matrum :
 Nympharumqué choro. Locus in penetralibus quicunque
 Conspicitur mediis Titani objectus Eoo.

Huc ubi perventum est, & facta silentia teatis :
 Pauca ibi præfatus, quæ convenientia cœpto
 Principis orator memorat Schulterus: amico
 Inclytus eloquio, jurisqué peritus & æqui:
 Sanctarum Doctor legum : dumqué ille perorat,
 Exhibit augusta Princeps sua munera dextra :
 Datqué maritalem pacto pro fœdere dotem,
 Vrsula cara tibi. Tum cæterus ordo virorum,
 Magnorumq; Ducum sponsis fert dona propinquis,
 Regia tota nitet fulvi splendore metalli,

*Longum Regia
cœnaculum.*

*Praefatio Caneb.
Larii Varrumb.*

Desmaritatis.

*Dona nuptialis
Principis.*

Et pateris auro ductis: jamqué ordine longo,
 In medium cumulantur opes: donaria nuptæ,
 Atq; h̄ic ante alios dilectæ munera natæ
 Fert genitor genitrixqué parens: sacer ora resolvit
 Bōblitus, generis decor, & prælustris avorum
 Gloria: justitiae quondam nutritus in antro.
 Inde Palatini Comites, Badæ quoque potentes
 Marchiadæ, & Belgæ qui fert a vertice montis
 Nomina: priscorum stirps Vuirtembergica avorum
 Et quisquam hic possit tot percensere smaragdos?
 Quis tot chrysolithos, adamantas, jaspidas, auro
 Inclusos lapides? quis tot focalia geminis
 Lucida, tot torques, tot inaures, totqué metallo.
 Armillas fulvo, & docta Myos arte politas,
 Versibus exequare queat? non pectora centum,
 Non centum mihi sufficient ad singula linguae,

*Jo. Ridesell. Haf-
fici Landgravii.
Indov. legatus.*

Vidimus hic etiam, nisi mea lumina fallunt.
 Hassiaco missum Ridesellum à Principe Ianum:
 Qui cratera sui ferret Ducis, aurea dona.
 Clarus hic eloquio, & doctus dulcedine linguae,
 Quem sacrae decorant artes, quem plurima mentis
 Eximiæ pietas ornat, geminataque virtus
 Nobiliore satu, patriique haud degener oris,
 Nec tu defueras Badanæ mobilis aulæ
 Martine orator: qui priuæ nomine socrus,
 Pocla dares. Vidui sed adhuc ea flere cubilis
 Damna sui, & rapti jamdudum fata mariti.
 Nec dum Dorotheæ mœstissima funera natæ
 Exciderant animo: tamen hoc medicampe luctum
 Arcebat, generum quod cerneret ire secunda
 Conjuge felicem: Badanæ virgine matri
Cognata: totidemque gradus distante paterno.
*prioris Ursula, Du- A proavo. Nam Renigenis è patribus Antæ,
ge Vuirtembergi. Atq; Palatino, patria de stirpe, Georgo
ca, bre. cognatio. Idem abavus, Reni Stephanus lumenque decusque;*

Cui

Cui Veldentiacæ generosa propaginis Anna,
 Fridricum peperit, proavum tibi, Marchias Anna:
 Et proavum tibi Ludvicum, generose Georgi.
 Sic genus amborum scindet se sanguine ab uno.
 Longa referre mora est, chrysenda pōcula, dono
 Oblata sponsis: phialas, & cymbia, gemmis
 Atq; auro gravia, & ductas fulgente metallo,
 Mentoreoqué aptè cælatas pollice trullas:
 Munera claram domum: dextræqué potentis.

Schulterus prudens animi, memoremqué piorum
 Promittit meritornm aulam, fidoqué futurum
 Auxilio agnatis: quoties rerum exigat usus.
 Grande vocat meritum, quod tædia longa viarum
 Aspernati omnes, aulæ festiva frequentent
 Limina: & his donis tantum testentur amorem.
 Hortatur reliquas hilari consumere luces
 Pectore: & ex animis omnes secludere curas.

Tunc ubi consedit socia cum conjugè princeps,
 Ingreditur donis Academia clara Tubingæ,
 Nempe sacris clari calamis duo, & ore Iacobi:
 Rector Heerbrandus gravis: oratorqué Lycæi
 Andreas comes: insignes præstantibus ambo
 Eloquiis, animoqué pares, & honore senectæ.
 Progressi in medium: simul apposuere coruscam,
 Et duplēm phalam, gemmis auroqué decoram:
 Gymnasi magnum parvo testantur amorem
 Pignore: conjugiumqué Duci sponsæqué precantur
 Non infœcundum, laribusqué salubre paternis.

His super accedunt, Lucelsteinensibus oris
 Egressi, proceres, Veldentisqué incola terræ:
 Quatuor & Phalias, argento auroqué nitentes
 Apportant, Myaci pretiosa toreumata cœli.

Tum Vuirtembergi proceres, Bebenhusius Abbas,
 Et Maulbrunniacæ præsul doctissimus ædis,
 Procedunt: mensamqué opulento munere onustam,

*Gratiarum officij
D.Ian.Schulteri
Cancellarii, ad Il-
luſt. ips. principes.*

*Academia Tu-
bingensis donum:
Oblatum à C.L.
V.V.Iacobœ Heer-
brando, Rectore,
& à Iacobo An-
drea, Cancellarij
Theologiae P.D.,*

*Donum Palati-
norum procerum.*

*Donum Territorii
Vuirtembergici.*

In medium statuant spatium donaria terrenæ.
 Non hic prætenuis plebejæ torem mata vitri,
 Non Veneti lucent calices, Murana supellex:
 Non Samia testæ: non Alcimædonis agresti
 Pocula facta manu: non collum sessilis obbie.
 Hic cyathi lucent, ducti meliore metallo,
 Hic gutti, hic calices, hic stant chrysanderæ circum
 Malluvia, hic orbes, cochlearia, trulla, salinum,
 Cirnea, fuscinulae, lanx, cantharus atque lagena,
 Et scutulae argento fabrefactæ, & divite cultæ.
 Tum sponsæ infertur dotio, caput suæ manusque
 Egregium decus, & preciosæ monilia collo,
 Magnifica, & nummum sex millibus emta: supellex.
 Hei mihi, quod miseris sors designata penates
 Non unquam tali respexit saunere Vatem,
 Pauperis & tuguri congestum cespite culmen,
 Parvum parva decent: felix qui munere sortis
 Contentus propriæ, didicit, ducet & auspice CHRISTO;
 Quis modus argento, quid fas optare, quid asperire
 Vtile nummi habeant, patriæ carissimæ propinquæ
 Quæ præstanda fides: neq; magnis invidet audis,
 In locuplete penu si vasa argentea patent.

Dona urbium
Imperiū.

Proxima dona ferunt, juncctis à finibus urbis
Imperiū quævis huc uno consule misso:

Oppida tutelæ Ludovici credita, & æquo

Rutelinga. Præsidio armorum. Rutelingius aurea consul

Vuila. Pocula fert. Vuilæ fert aurea pocula consul

Eßlinga. Eßlingus phialara: consul Nordlingius addit

Nordlinga. Præcelsum capide. Non illo sobrhus ibis

Hala. Epoto: primis opus est attingere labris.

Aahla. At tu qui modico nescis restinguere potu

Vexantem te forte sitim, stibunde vir, istam

Aut similem capideim siccis appone labellis.

Inde Hala succedit, vicinaquæ finibus Ahla:

Vtraq; Cocherizæ constructa in margine ripæ:

Vtræq;

Vtraq; divitiis urbs inclita, & ubere glebæ,
Nec donum hic tædi genialior urbs Ginga negavit:
Ginga vetus, liquida quam rigunt flumina Brentæ.

Gienga.

Nec duplicitis præfus venerabilis absuit undæ:

Quæ geminus medianus rixus perlaborat ædem

Aichus: & alveolum fluxu concurret in unum.

Sacra dæmus Mosachis: Hinsauga è sede colonis.

Quam Chuno Achalmus censu fundavit opimo,

Achalmus Chuno, & frater Lutboldus: uterq;

Prælustri de gente Comes: Calvæqué Dynasta

Albertus, priscis celeberrima nomina seclis.

Tutorem hic sponsum argento veneratus & auro:

Tutorum antiquæ, præfus clarissimus ædis:

Omnes hinc illis animis oratoeibus æquum

Testantur: sponsoqué torum, sponsaque precantur

Felicem, & caros illustri è stirpe ac potes.

Omnibus his itidem Ludovici nomine grates

Orator Schalterus agit: sic farier orsus:

Vuitenbergiacus Princeps, atq; Ursula conjux,

Accepere pias animosq; è pectoro voces.

Pacta quibus, vestre sacrant genitalia mentes.

Tum quæ munificis assertis munera dextris,

Hic coram aspicunt oculis, ut convenit, æquis.

Primùm igitur pro voce pia, pro supplice voto:

Quo C H R I S T I, vultus exposcit is esse benignus.

Præsenti thalamo: feliciaque omnia tæde

Optatis, dignas, quas possunt solvere, grates

Ore ferunt: memoriique animo pia vota reponunt.

Quæ rata sint, faxit, quem poscimus omnia, CHRISTVS.

Nec minus, à vestra quæ sunt pietate profecta,

Semper inoblitæ repetentur munera mente:

Dumqué (quod o' rigeat) lumen vitale videbit

Illustris Princeps, studio huc incumbet honesto:

Ne vos officiis illi certasse priores

Vnquam pœnitent. Vos dum genialia festæ

Munus Abbatie
Zuvisalensis.

Gratiarum actio
D. Ioan Schulte-
ri, Cancellarii, ad
reliques legatos
arbitrum.

Tempora lucis eunt : reliquos consumite lata
 Fronte dies : cætumque istum celebrate frequentes.
 Quem laribus faustum D E V. S., hospitibusque vocatis
 Esse velit : nostrosque ejus meminisse minores.
 Dixit : at illi omnes aulæ penetralia linquunt :
 Sertis ornati ; quæ sponsæ Principis Anna
 Germana, hospitibus divina neverat arte,
 Ipsa suis manibus : fulvo discreta metallo.

*Ioan. Schulteri V.
I. D. Cancellarii
Vuirtembergici;
eulogium.*

Vive diu Schultere : animo gratissime nostro :
 Cognite per multos usu mihi foederis annos.
 Tecum ego Grammatico primus è fonte liquores,
 Neccarici ripam sectatus fluminis, hausi.
 Tecum ego consumsi puerilia tempora, libris
 Volvendis, linguæque sonos discendo Latines :
 Et tecum ludos, & tecum seria gessi,
 Tum, quando Samios diducens litera ramos,
 Surgentem nobis monstraret limite callem :
 Tecum ingressus iter, magni præcepta Platonis
 Condidi, & docto quæ tradit Tullius ore :
 Et quos Socratica emendat pia regula mores.
 Diversum hinc nobis studium : mihi dulcia cordi
 Otia Musarum, medioque Heliconè petita
 Carminarquis CHRISTVM celebrem, patriæq; parentes :
 Et veterum laudes præclaraque facta virorum.
 Tu leges, & jura fori civilia doctus,
 Consilio patrios ornasque juvasque penates.
 Vive diu, & pressi partes turare fodalis :
 Qui tibi se totum nebulosis dedicat annis.
 Forte superveniet, cælo deducta sereno :
 Quæ nunc his misericordias desperas tempora rebus.
 Ecce autem, ut magno resonant impulsa fragore
 Tympana : & ingenti complentur tecta tumultu
 Clangentis passim litui, sonituque tubarum.
 Templa petunt iterum : video procedere longum
 Agmen nobilium : video comitesque Ducesque

Suspensos

*Processus ad tem-
plum.*

Suspensos huc ferre gradus : & vellere serum
 Texto inrodatos habitu, succedere templo.
 Sidoneas video tunicas, femoralia baccis
 Aspera, gemmata squæ togas, viridesquæ Smaragdis
 Thoracum manicas, auri subtemine pictas.
 Et jam sponsa venit; palla vestita rubentis
 Candyos : hesternis ducibus comitata. Rigescit
 Palla auro, lucemque suo splendore lacescit :
 Casta quæ flaventi residens in vertice vitta,
 Spargit in æde jubat : ceu qui nictat æthere toto
 Lucidus Orion, noctis jam clarior umbra.
 Balteus auratos gemmis astringit amictus,
 Colla monile rubens : humerisquæ induita tenellis.
 Suppara candentes cingunt angusta lacertos:
 Ipsam assueta cohors, matresquæ nurusque frequentant:
 Succinctæ trabeis, & longo firmate terram
 Verrentes, thorax ite candida pectora circum :
 Perqué humores adeo temui multitia lino :
 Serica se filis ut prodant palla sub albis.
 Nec tereti desunt gemmata monila collo,
 Nec genimæ digitis, armilla nec aurea carpis
 Ante fores templi festiva per atria clangunt
 Æra tubæ, resonant litui, dant tympana murtinur :
 Intus vocali exultat sacra Musica cantu.
 Mox ubi facta quies, & amica silentia templo :
 Suggestum ascendit Lucas Ofiander, & alto
 Ore preces fundit, taciti quem turbæ sequuntur
 Cætera : tum voces aperit divinus, & olim
 Cantatum à magno carmen Davide Prophetæ
 Expluat : ac thalamum lessæo prosperat ore:
 Namq; canit: quantæ maneant connubia dotes,
 Quanta DEI patris bonitas, quæ commoda rerum,
 Qui pietatis honor : siquidém cum conjugè conjux
 Mente DEV' M: casta timeat : fidoq; precatu
 Sollicitet: soli eetus confidere C H R I S T O,

Lucas Ofiander
 concio ex Psalmo:
 132.

Auspice quo coētant uno duo corpora nexū.
 Nam D E V S huic operi favet, & statione locatis
 In propria, & iusso fungentibus ordine vitæ
 Conjugibus, dat opes, dat largo munere victum
 Dat cultum, dat longævos à stirpe nepotes,
 Pendentesqué albo genitricis ab ubere natos
 Qualis enim topio, præ limine, confita vitis:
 Turgida malleolis, & palmite dives opaca:
 Protrudit gemmas, & muri pariete tulta
 Promicat: ac lætos spargit fœcunda racemos:
 Talis & uxor erit, cari intra testa mariti,
 Prole nitens, felix uteri, fœcunda nepotum
 Progenitrix. Tum quale decus frondentis olivæ
 Germina: quæ gratam præbent cultoribus umbras:
 Tale decus nati, natæqué in margine mensæ,
 Cingentes pulca mensamq; dapsqué corona.
 Scilicet his tantis fœlicitat ornamenti
 Conjugium D E V S: & veræ pietatis amantes
 His opplet donis: his cœli dotibus auget:
 Tranquilla ut ducant securæ tempora vitæ:
 Incolumesqué sui generis de stirpe propagent
 Natorum natos, & qui nascantur ab illis.
 Hæc ubi finivit: tensis ad sidera palmis,
 In sacras jubet ire preces: simul incipit ipse:

Precatio ad Deum profelici coniugii successu.

Omnipotens æterne DEVS: Rex ætheris alti:
 Conditor humani generis: tu nempe quietum
 Accipis in cunctos animum, mentemq; benignam:
 Qui tua sacra colunt, & qui tua iussa capessunt.
 Aspice nos, fideique memor: qui fœdere certo,
 Progeniem per mille gradus, seriemq; nepotum,
 Pollicitus, veterum revocato in sanguine patrum,
 Affore dixisti: ne te sententia vertat,
 Care pater: serva divini Princpis aulam,
 Antiquosqué lares: da celso à sanguine natos:
 Qui patri similes, eadem in vestigia tendant.

Sic

Sic tua laus talis refeat Principe rerum :
 Sic casta manus in religione minores :
 Sic Alcedoniam felix Ecclesia vitam
 Degat, & armorum cessat furor improbus orbe.
 Exaudi pater alme tuos, & verba precantum
 Suscipe, pro merito, quod possidet omnia, C H R I S T I.

Talibus orantes, sponsumque ducemque maritam,
 Conjugio rursum vincit, nexumque jugalem
 Firmat : & aeterno jungit duo pectora nodo.
 Tunc iterum harmonicae tolluntur in aera voces :
 Ingeminantque tubae, & litui: pulsataque raucum
 Tympana dant sonitum. Confestim ad prandia mensae :
 Itur, & ad positas tecti in penetralibus escas.

Namq; epulum, dignum luxu, regale pararant
 Bis deni artifices centenaque fercula mensae
 Doctis condierant digitis, atq; arte magistra.
 Tunc famuli herorum manibus dant ordine limfas,
 Malluvioque superfundunt, è divite gutto :
 Candidaque expediunt tonsis mantilia villis,
 Nec mora, cum casta positas prece consecrat escas,
 Divinus vates, & C H R I S T V M poscit, amicis
 Hospitibus lætam confirmet ut omne mensam :
 Gaudiaque istius nutu clemente diei
 Ritè secundando, moerorum nubia pellat.
 Protinus accubueré Duces, misæque maritæ
 Conjugibus, sellas concha sidonide tintas
 Obsidunt, longæ regaliæ in margine mensæ :
 Centeni hinc astant famuli, quibus ordine longo
 Cura cibis mensam struere, atq; infundere Bacchum.
 Idem habitus cunctis: idem status: & decor idem,
 Ingenui vultus homines, agilisque juventæ.
 Structor cuiq; suus, suus & pincerna cuiq;;
 Astat hero: ille dapes cædens, sectasque decenti
 Apponens ferro: hic domino libata ministrans
 Pocula poturo. Vidi qui fercula celsis

*Altera coniugii
publica confirmatio
ris.*

*Epulum, seu præ-
tium nuptiale.*

Inferret manibus, superans cum appetituq[ue] suis opa.
Exiguam molentis reu[er]e p[ro]cellemente casu[re] fuit obiectus.
Nec viles illi poterantio lancibus oscas. (1)
Fictilibus: lolium, aures filique; tenuibus e[st] polenatus. (2)
Non acidas inuidet illi, non rapido[rum] ponit[ur] his os[car]is. (3)
Non undas metu agrestis tollit: irriguit[ur] a tristis. (4)

Epona & dapes
regales.

Ponitur hic quicquid mensa regalibus aptum, nullum? (5)
Ponitur argento ductis, auroque catinis: (6) oris gel metu. (7)
Quidquid alit tellus lantis secus archea: (8) quicquid, (9) q[ui] Delitii: (10) quisquid rapidis. (11) Nec enim tam ostendit[ur] (12) q[ui]b[us] erit. (13)
Huc aper, huc perdix, hi nocturni, hinc pinguis capiuntur. (14)
Huc veniunt preda que canum, prede que rurum. (15) A
Nec lacuum defunt, dominis forente Lyco, spidi, sib[us]. (16)
Pisciculis & capti salares Benensibus apud: (17) enos et nos. (18)
Non hamo, implicata gerrea, nos godit vallis, (19) duplida. (20)
Moenaque multifora rivis educta segonat. (21) Individuas. (22) H
Sed scarus, & peregrina sumtuos[er] atias[er] lagois; (23) ciliis. (24) P
Et mulli, & trutte, plenaque ad ipsius[er] lanceas, (25) prout. (26)
Et luci, & percosse, & chubini, sapidissimis abysmali vinoq[ue]. (27) C
Digna Palatinie easa sua via feroulstransis. (28) colubrom. (29)
» Magnos, (30) magnisq[ue] ha deceta. Quid sordibus sed? (31)
» Euclio? quid contrapleboi sub late toti? (32) et. (33) nol[im] (34)
» Magnifici sumtuas In mercatoe superbo. (35) et. (36) nol[im] (37)
» Luxuria est: quod p[ro]ximis ipibus laudabile nomen. (38) nos illoq[ue] (39)
» Sordibus rationi distat; mihi credite, vicius, (40) emporisq[ue] (41)
Et quisquam posse mecum comprehendere verbis? (42) et. (43)
Tot missus, tot ferela dapum, tot fricta; tot cassia ha[bit]u[m] (44) et. (45)
Quis quæfitorum pedago; terraque ciborum dicit[ur] inaudita. (46)
Delicias memoret? quis latere prandia mensa? (47) et. (48) et. (49)
Quis numeris tot describat tuenda Katertia? (50) et. (51) et. (52)
Quis fartum artocreas? quis p[ro]sterni lancee missa? (53) et. (54)
Aut dulce istium, totq[ue] itria faccharo testa? (55) et. (56)
Ecquis enim possit nisi cui sita vena perenni
Ingenio manat: nullo defecta liquore?
Haud minus & dulci replens earchesia Baccho,

Atq[ue]

Atq; auro gemmaqué bibunt. Spumantia cernas
 Rhetica cristallis: cernas Velbacha rubella:
 Circumlata ducum manibus: libata labellis
 Fœminis cernas prælis elisa Suevis.

Vina: sapore bono Thasios æ quantia succos

Quin etiam largo constructæ stant dape mensa
 Nobilium: mensæ festiva per atria centum,
 Et totidem legatorum r̄tum juncta catinis
 Pocula, pampino spumant argenteæ succo:
 Sertaqué dependent passim: nervique lyraqué
 Tibiaque, & cantus, animi felicia lœti
 Argumenta, somnare: potrectæ & plurima frontis
 Gaudia: ubiq; sacri preanes: ubiq; corollæ:
 Fronde coronatumque merum. Quis ludica, risus,
 Perfacilesque jocos? alacrem quis differat aulam?
 Hic bini binis hilares cratera lyeo,
 Parte alia, terræ terris, & qualibus æqua
 Propinant: & vota D'E, solennia libant:
 Det sposo sponsaque decaus: det plurima vita
 Comoda longæ: det utraq; à stirpe nepotes.

Forte Ducum rati, thalamis hæc ad festa vocato,
 Non expectata propiùs discubore mensa
 Contigit: excuso quâ stant coenacula tecto,
 Sponsi coniuncta toris: unde aurea vase,
 Argentoqué graves phialas, cochleariaqué arcis,
 Lischius & nostri Vollandus amorqué leporqué
 Pectoris, attenta jussi depromere dextra.
 Vatibus in dubio est, an gravior esca palato:
 Suavius an vinum mentes recreaverit ægras:
 An mage colloquium. Nihil omni suavius esca,
 Nil melius dulci apponi potuisset Iaccho.
 Sed suaves escas & dulcia pocula vini.
 Longè hilares vicere joci, sermoqué, suisqué
 Seria mista jocis: & apertæ gratia lingue.
 Hic aliquis gravior natu; cui plurimus usus

Mensa Nobilium
 & legatorum.

Annorum rerumqué fides. Hic tertius, inquit,
Tertius est Vuirtembergus, cui servio, princeps:

Natus est Dux Christop. Ulrici F. Atq; eadem lux hæc, si ritè experta recordor,
ò Sabina Bavaria Christophoro natalis erat: quem Boja Sabina
Duce, anno 1515. Conceptum Ulrico peperit, pulcherrima mater.
ss. Mass.

Hic memini Ulricum me tunc vidisse parentem:
Christophorumqué isto patrem, cui servio, nato.

Fac DEVS, ut possim (si fas hoc poscere tramam
Annosam) hunc etiam sponsum vidisse parentem.

Pòst oculos mihi cláude meos: nam tædia vitæ

Iamdudum capio miseræ. Sin respuis istam

Ætatis metam: cernant, quos cernere fas est.

Hæc fatus tollit, grandævi pabula, dulci

Spumantem vino pateram: cætumqué salutans

Circumferre jubet, in memorqué reponere menta

Os senis: ac vocem præsentí pignore firmat.

Gratia sit Vollandi tibi, tibi candide Lischi;

Hoc pro colloquio, pro hac consuetudine mensæ.

Si quid habent genii, Frischlini verba Poëtæ,

Iam senium vestræ quæsitus hoc carmine famæ.

Egredior tandem visurus prandia, servis

Apposita, & coctas Ætnæis ignibus escas.

Alme DE VS, quanto renitebant cuncta paratu?

Quàm nihil hic ulla videas à forde profectum:

Quàm nullas putri cæpas alece natantes?

Nam servis etiam, toto quæsita macello,

Fercula præbentur: sapido nido parata.

Non unctæ huc ponuntur aquæ: non mucida panum

Frustula: non botulus fumoso rancidus igni;

Non olidus passer, scabro comitatus asello:

Conditâve in putri pruna autumnalia fece.

Hic offæ, hic pisces hic mistis brassica pernis:

Hic frixa, hic verubus vitulina trementibus assa:

Hic escæ, Curiis olim Fabriisqué severis,

Et Scauro visæ regali fervere luxi.

Quin

Quin etiam liquido manantia pocula Baccho,
Fundebat populo peregrino verna minister:
Æmula Renanis. Tunc motis pectoris curis,
Accrescunt sensim latarum murmura vocum:
Tunc animi surgunt: tunc immemor imbris & Austris,
Explicat udus eques, contractæ seria frontis.
Hic alius pugnas, & duri prælia Martis,
Belgarum nuper terris commissa, recenset.
Hungariæ alius prædas, & versa Getarum
Terga fugæ: viçtos alias certamine Moschos,
Et quæ Velicæ vastarit mœnia Lucæ.

Parva mora eit, epulasq; foci misere calentes.
Principibus: mensisqué locum fecere secundis.
Tunc etiam fulcris esca imponuntur acernis:
Luminæ qui pascant, oculis capienda decoris.
Hic quæ temporibus priscis cecinere Prophetæ,
Artifici stant facta manu: mediamquæ per aulam
Intentis hominum repræsentantur dællis.
Cernitur hic genitor, nudato comminus ense,
Intentare necem nato: lœvaque prehensam
Implicuisse comam: simul alto à vertice cœli
Nuntius advolat: dextramquæ reducit ab ictu,
Avertens cædem. Dumeto proximus hæret
Velleribus niveis aries: quem cæderet jussus
Pro puerò infanti, extructis pater immolat aris.
Hic radix Iessæa, vagos ex arbore ramos
Diffundit latè: quales fert punica malus.
Hesperidum Libyæ non infœcunda per hortos.
Vndiq; confidunt bisseni, frondibus auræis,
Sceptrigeri reges. Iudæa per arva potiti
Imperio quondam magno, & felicibus armis.
Hos inter cytharam Davides pollice muto
Prætentat: natusqué unà: quo doctior alter
Non fuit, à prima crescentis origine mundi.
Cernitur hic itidem cæco reserare parenti

Lumina Tobias, medicamine sellas amari?

Quod prius ille fere balanzæ exemerat alvo.

Hic dormita CHRISTIVS ducens de morte triumpho,

Erumpit tumultu clausis? celi quando fugatis?

Oceanum linquit Titani præfugientis umbris?

Vexillum feliz? a manis latus hiscit atque?

Confixum ferro? tenet altus loba?na somnis?

Custodum, & segni requiescent otium nocte?

Parte alia tereris discubundum? limite mentis?

Ad thalam? festam, in Canam Gallicam? ducit?

Convivæ: & sponsam cingunt, adiutumque corollant.

Sex illic positi, de ritu gentis, aquiles?

Vndis repleti? quas calta virgine natus,

Vera DEI soboles, in vinaliquentia verit.

Additur his, dico exemplum memorabile Iudas:

Amburens dextram, contemto Mithras igne?

Quiq; matum effugit, moriente fateelite, Juxta,

Porsena, tam lev? miratur papula flammæ?

Hæc saturi spectant, hæc admirantur? & altum

Ingenii pascunt pictura lumen amona.

Hic iterum ruber in medium procedit Iopas:

Iopas intendit ci- Et cithare nervos plectris intendit eburnis.

thera chordas. Artificis status ipse fuit, dum stamina docet

Pollice sollicitat, citharaq; iugo, id?tiovet aurem.

Ex dextra intendit summas, imasque sinistra

Prætentat chordas: donec discrimina vocum

Septena efficiat: mediumque ad stramen eundo,

A summo tendat: perque intervalla modorum

Octo, concordem inveniat cum pollice nervum,

Chordæ succinctum mediæ: rufusq; per octo

Descensu fidum, totidem discrimina vocum

Deprendat: caveatque argutæ indagine mentis,

Summone medium, medionè discepere imum.

Tunc ubi cum lydis Doras confistere netas,

Et Phrigiis netis hypatas subtendere vocem,

Semif-

Semissasqué vider si respondeat modorumq; acutis.
Incipit: & nervos intermodulatur acutos.

Huc ades alme D^rVS regumq; aeterna potestas:
Qui pater es, patrumq; & filiorum igitur dominus.
Et trinum numeris labentis conditor et vi.
Huc ades: & ex te per numeris exercere celum.
Me DEVS alme misericordia tibi inchoat altum.
Mens mea: tu ergo reges omni carnis esto;
Brandenburgiacos yeris memorare penates.
Fert animus hunc quicquid agnos, abaxq; potentes;
Materum genus, numerus labor integrat orbem.

At tu quem molli complectitur Ursula, conjux.
Cara sinu: pigrosque yetat iam ducere somnos;
Huc aures adhibe patulas praeiustibus oris,
Tecciae Ludovice soli quo conjugae facta.
Prospera Germanis Imperi tempora rebus.

Noricus hic primo Fridericus, in agmine princeps
Occurrit: magne quondam Burggravius urbis:
Post & Marchicas moderat: Julius habenas,
Cæsare dante decus Sigemundo nominis hujus:
Deque viris sepm. Imperi mandante senatu,
Partem esse: & Regi ceptum præferre Latino.
Nec frustra. Nam dextra virtus perspecta, sedesque
Sæpius in duro certamine cognita Martis.
Hoc duce surrectas posuit Boemia cristas,
Illa ferox: nullo poterat que Marte moveri:
Et placidam sese Friderici præbuit armis.
Hic & Stargardum domuit bellator Ianum:
Nec prius è cæco dimic carcere vincitum:
Quam dux Albertus, meliori numine ductus,
Colloquio optatae sanctaret foedera pacis.
Nec tulit impune & Bavaris Ludovicus in oris,
Hunc sacerorum spreuisse saum: natumq; nurumq;
Sedibus, & patrio immeritos expellere regno.
Nec crudele nefas sivit Fridericus inultum,

Epitalemon: de
otto materni Ludovi-
cii sponsi ada-
vus, atq; adavia.

IX.

Frider. Marchio
Brandenburgensi
nonus Ludovi-
ci sponsi adavus:
ex Elisabetha, fi-
lia Friderici III.
Misius Marchio-
nius: nepos Ioan. ex
Elisabetha Hen-
nenbergensi: Pro-
nepos Friderici, ex
Margare. Carin-
thia Duce: abne-
pos Frider. ex He-
lena duce Saxo-
nia: Burggravi-
um Norimbergæ.
Cranz. lib. 10.
Chron. Norimb.
Brunsc. in Monas.
Pyrckenfeld.
Cuspin. in Sigism.
Ayensis. lib. 7.

Conjugis illatum fratri : quem concitus ira
Tartarea, hic idem bello Ludovicus antiquo
Vexabat, Bavaropeltis terrorsima regno.
Nec dum seposita renovat at casside vires :
Cum Mavors alio mundi bacchatur ab axe :
Atq; Anger mundum, stolidam feritate rebelle,
Induit arma viro, jussitque resumere tela.
Sed tamen hoc etiam retulit de Marte triumphum :
Berlinamque domum spolis decoravit opibus.

Diruta quid memorem Centauri incensa, & arces

Cyclōpum, & crudi tot saxa immania Caci ?

*Elisab. uxor Frider. March. filia

Fride. Bavari, ex Margaretha Mediolanensi: Nepos

Steph. ex Elisab. Sicilia Regina : Proneptis Ludov.

ex Beatrice, Polonia Regina : Abneptis Ludovici

Palat. Elettor. ex Mechtil. Rudolph.

Cas. F. &c. Nona Ludovici sponsa

adavia. Avent. lib. 6. iij. Cuspin. Laz.

Sarmatici & Siculi, Regum generosa proneptis :

Cæsaris adneptis, Mechtilde stirpe, Rudolphi.

Hæc Thetidi laudem cum præripuisset Achivæ :

Albert. II. Elett. Brandembur. dicitur Schill. Frider. filius : Pater

Frider. avus Georg. proavus Anna

Maria: Ludovicus fabavus quimus.

Plura de hoc Alberto infra.

Ecquis enim Alberti nomen non novit Achillis

Teutonii ? satis est me dicere nomen Achillis.

Cætera nam se sponte sua præconia produnt :

Vt qui pressius humili latebris, cæcaque caverna,

Exilit : & vi magna ignis prorumpit in auras.

Vix equidem credar : sed quo mendacia prosunt ?

Nullus in orbe locus nostro : quem Marte potenter

Ductor hic, & duris non expugnaverit armis.

Qualis enim quantusque fuit sua Pergama circum

Aeacides

Aecides, sumtis invictus miles in armis:
Talis & hic, tantusque fuit Germanus Achilles:
Flo ducis, & nulli veterum virtute secundus.

Anna tori consors : Friderici Saxonis Anna
Filia : Misniacæ tenuit qui Marchio terras:
Dextra Palatino cuius stipante senatu,
Imperii meruit Latiam præferre securum
Afonius Regi. Dedit hinc Sigmundus honorem
Marchiadæ olim grato de pectore, Misnis.

Salve magna pars, ora! Rex summe Bohemæ
Sigismunde : animæ felix : te principe, quondam
Brandenburgiacas cōspit Fridericus habenas:
Norica Burggravius qui nuper regna tenebat.
Aut pice te, Misnis veniens Fridericus ab oris,
Saxonix meruit sceptrum moderabile regis
Eusifer Ansonii. Nam multas vicerat urbes
Longa rebellantes : multa virtute Bohemos
Prefferat: & multo summarum ex agmine laudum
Bellatoris erat memorabile nomen adeptus.

Ille etiam positis non infeliciter armis,
Hospitium Musis dedit : & prælustre lycæum,
Reliquiis miseræ collectis undiq; Pragæ,
Instituit: summoq; artes in honore locavit:
Hic ubi Misniacas inter caput extulit urbes
Lipsia: & uber aquis sacrâ mœnia pulsat Elister.

b Duxerat hic idem sociam te, regia virgo,
Margari. Cymburgæ decus admirabile matris
Ernestique patris: quem protulit Austria tellus,
Matre satum Virida, Leopoldo patre creatum.

c Dive parentis Viridæ: Longi Dux inclytes Bardi.

b Margaretha Friderici uxor: Filia Ernesti Austria Ducis: ex Cymburga, &c. neptis Leopol.
ex Virida, Mediolanensi; Pronep. Alber. ex Ioanna Comite Ferreti abnep. Alber. Casaria, ex Eli-
sa. Carinthia Duce: adneptis Rud. sphæ Casaria, ex Anna Hohenbergensi. c. Barnabæ, Me-
diolanensi; Dux: septendecim liberorum parentis, ex Regina Beatrix, Scaligera Veronensis.
Schard. lib. 3. c. 14. de clar. Mul. Iov. in Barnab. Annal. Veronensi.

Anna Alberti uxor, Friderici du-
ciu Sax. Electoris, ex Margaretha
Austriaca filia &
quinta Ludovici
ponsi adavia.

X.

a Frideric. Mar-
chio Misnia, Lad-
gravis Thuring.
Friderici filius, è
Catharina, Duce
Braunschweigi:
Friderici nepos è
Catharina, Hen-
nebergensi, Fri-
derici magni prone-
pos, ex Mechtilde
filii Ludovici 4.
Imperat. abnepos
Friderici. Admir-
si ex Elisabetha
Arnshageni. Al-
berti adnepos ex
Margaretha. Fri-
derici 2. Impera-
toris filia: Ele-
ctor Saxonicus.
decimus Ludov.
spousi adavus.
Garz. lib. 1. & 2.
Academia Lissi-
aca, anno 1409.
constituta ab hoc
Friderico.

Insubri generis splendor; tibi Brixia quondam
 Paruit & Papia, & Comum, Veronaque dives,
 Et Cremona potens, parvique Bononia Rep:
 Bello erepta Papæ: & firmis Vincentia muris:
 Parmaque, Vercellæque, & Crema, & moenia Feltri:
 Et quascunq; Padus, Brentæ comes, alluit urbes.

Divat tibi consors thalami Regina Beatrix;
 Scaligerò sata Mastino: canis inclita nepitis:
 Septem enixa decemque, sacri pia pignora lexi:
 Felit prole DEVm: qualis Berocynthia mater;
 Incessit quondam Phrygias conspecta per urbes;
 Læta virum partu: centum complexa nepotes;
 Omnes cælicolas, omnes superæ alta tenentes.
 Hinc illi toto soboles extrevit in orbe.
 Nam Viridam Austriacus duxit Leopoldus; Elisam,
 Bojus Ernestus Federico Margaritis uxor
 Obtigit, at Stephano sua Magdala; fratribus una illi
 Stirpe satis Bavara: Gonzagæ nobilis Agnes.
 Inde Valentinam Rex fœdere Cypriæ æquo
 Duxit: at Edmundo Lucia ligata Britanno;
 Trinacioque data est Friderico Anthomia Regi.
 Post conjux Eberharde tuo conjuncta cubili;
 Qui Vuirtembergis sanxisti jura colonis.

Hunc tanta insignem sobole, tantaque nepotum,
 Progenie clarum, patru heu Galeatus, atrox
 Filius inclusum vincis (sic dira jubebat
 Regnandi rabies) extremo in margine vitæ
 Enecat: & patrios infanda cede peñates
 Contemerat, scelerum inventor, post tempore longo
 Impius ultrices in se converterat iras.
 Nam cadit antea aram mediæ in penetralibus ædis:
 Confossusque, acto per inertia pectora telo
 Spem præter, vitamque simul regnumque reliquit;
 Eventuque gravi luit atræ crimina cædis.

Sed quò digredior? fuit illo tempore magnum

Sarmatia

Sarmatiae cōfūmen, Litvania agente lagello.
 Heros invictus patet florentis imago?
 Quo nullo in tantam terefa civitatum
 Sarmatis ora: nec eductis tot 40 hoste triumphos?
 Rettulit: hot uero quicq; bellatore tropas?
 E magna pœnit Marianæ frigide phalangis.
 Hic, CHRISTI lignaris, combros velle fatus & angues,
 Transferat primos patris ihi finibus annos.
 Assuctus bellitudinis Nam crudelitatem
 Inter Litvanias aluentur exara phafetas?
 Et pater Olgardus doctus, cum fratre Vitholdo,
 Frigora sœvā pati, rigido bacchus ab axe:
 Ascensu montes sapere, sonora natatu
 Flumina: nec nivibus, nec diuis cedere nimbus.
 Tum vallis futuræ fātem Hadicibus herbae:
 Et galeis haustam poterit Borysthenis undam.
 Hæc illi sc̄olæ primævis haec ludus in annis
 Sed postquam Herodigit, Eludorico tege creatum:
 Corpore præstanti castoque pulvere puellam,
 Ipse sibi duxit, procerum ingente senatu:
 Tunc, sacro ablutus cœlestis fonte lavaci,
 Vladislai traxit de nomine nomen:
 Et dotale pia accepit cum virginis regnum,
 Mox etiam litus Litorium, & barbara lacta
 Exscidit: ac gentis sera nūmina flistit angues:
 Utquæ pia maneat in religione nepotes,
 Magnifica extruxit felicitatis atria Missis:
 Hisce, Carpathiis dicens è montibus ortuini,
 Istuna, Graecianæ muros præterfluit urbis.
 Quarta viro conjux, natalibus edita Russis;
 Stant ubi Chirovæ, pulsata Borysthenis unda
 Moenia: priscorum sedes pulcherrima regum:
 Ad latus Euxini (quæ surgit & Olbia) Ponti;
 Olbia Mileto egressis habitata colonis:
 Ambitus huic lati patuit sex millia muri

Vladislaus Jagello, Rex Polon. filius Olgardi ex Maria Thuvorēsum Ducis filia:
 Nepos Gedemini, ex vidua Vitholdi, Dux Lituanie: undecimus Ludovici sponsus adiutor.

Math. de Mich. lib. q. cap. 36.

Academia Cracoviensis, fundata à Jagellione Vladislao, anno 1400.

Sophia Dux Kiovia, filia Andree Ioannis: ex sorori Vitoldi, Maria Lituana Duce; nepis Iuvonia (sive Ioannis) Dux

ex Kjovia, &c.
 Matth. de Mich.
 lib. 4. ca. 4. 6 Pro-
 neptis Volodomiri.
 Abnepti Stanis-
 lai, Ducus Alex.
 Gagvin: Vnde-
 cim d. Ludovici
 spensi adavia.
 Teutonica: ipsa enim multis amplissima fanis
 Cœnobisque sacris, magnæqué penatibus aulæ.
 Rudera nunc passim, veterisque cadaveraturris,
 Magnificæ quondam testantur limina sedis.
 Dux illam Andraës, Russorum sanguis, avitæ
 Stirpis opus, longa jam tum ditione tenebat.
 Inde genus Sophiæ: quæ binis Regibus oram
 Auxit Sarmatiam: Casimir regia mater,
 Et Ladislai: fatis quem Varna finistris,
 Nomen habere facit, violato fœdere pacis.

Casimirus Jagel-
 lous Vladislai ex Huic Casimire subis, civili tempora queru-
 Sophia F. Rex Po-
 lon. Sextus Lud. Cincte, capitque sacrum ramo felicis olivæ.
 sponsi abavus. Non impunè tuas Mariani militis agmen
 Invasit terras. Nam tu viætricibus armis
 Elisabeth, uxor Arva recepisti, sceptris ablata Polonis.
 Casim. Regis Pol. Tartaricos etiam repulisti à finibus hostes:
 filia Regis & Im- peratoris Alberti: Non passus terram flamma populasse Ruthenam
 neptis Regis & Im- Impunes; belloqué tuos vexaste Podolos.
 per. Sigism. pro- Salve longævi soboles longæva parentis:
 nept. Regis & Im- Villane posteritas credet, natumque patremque
 per. Caroli IV: Centum annos terræ regnum tenuisse Polonæ?
 Abneptis Regis & Albertinata Austraci, præsignis Elisa:
 soror Regis Ladis- Regia quam peperit cognomis uxor Elisa:
 lai, Bohem: Ma- Filia Sigmundi prælustris Elisa Bohemæ.
 ter quatuor Regis Fortunata parens: magni quæ filia Regis:
 Polonia, Ioā Al- Tum Regi soror, & conjux pulcherrima Regi:
 bertii, Alexandri, Quatuor & regum genitrix: avia inclita Regum:
 Vladislai & Si- gism. Avia Regis Pannoniae Regis Ludovici, Annæque sororis:
 Hungaria Ludo- vici: & Anna Quani Ferdinandus thalami sibi fœdere junxit,
 Regina Hungar. Æmiliane tuam Cæsar ter maxime matrem,
 Proavia, Maxi- Atq; aviam Rudolphe tñam, fortissimæ Cæsar.
 miliani Regis & I nunc fama vetus, dictisque extolle superbis

Imp. ex Anna & Ferdinand: Abavia Regis & Imp. Rudolphus II. & Ludovici Ducus Vnirtembergici, Sexto
 Mort. anno 1505. 30. Aug. Cusp. in Auf. Matth. de Mich. lib. 4. cap. 8.

Lempe-

Lemedona: decus terræ tam grande Lacenæ
Filia quod Regis: conjux & quod inclita Regis
Exiterit mater. Pherenicen scilicet ætas
Prædicet antiqua, & priscis annalibus addat:
Quod soror & genitrix, & filia vixerit olim,
Cinctorum Elæa pâlma vîtrice, virorum.
Nos nostram non hunc potius miremur Elisam?

Sed tu perge tamen felici barbito nervo:
Et reliquos memora, Ludovici Principis, altos
Materna de stirpe adavos. Rex qualis, Elisæ
a Albertus genitor fuit hujus: imago potentis
Austriados: quo non alius felicior ullus,
Imperii sceptris, & avita sède potiri.
Hic ope Teutonici Taboritas fudit Achillis:
Collectam exilio pùbeim, & miserabile vulgus:
Divorum statuas natum populare, sacrificique
Sedibus, & magnis inferre incendia templis.
Ille etiam Getico jam struxerat arma tyranno:
Hungarias tecturus opes. sed præcoce raptus
Funere, Cæsareas Friderico linquit habenas.

Edita Sigmundo prælustris Elisæ Bohemo
Ducta illi in thalamum, regali nupta paratu:
Delitiæ pâtris: regnis dotata duobus
Filia, multibùm spes invidiosa procorum:
Vni conjuncta Alberto. Quid postuma dicam
Pignora? te gentis Rex Ladislæ Bohemæ:
Ostendere tuis quem tantum fatâ: nec ultra
Esse dedere? nimis Bojema præpago nepotum
Visa potens, Gallo consanguinitate propinquo
Iam facto: superi propria hæc si dona tulissent.

b Quo verò memorem versu te, niagne Georgi:
Ex Boebracia comes ô fortissime gente:

b XIII. Georgius Boebracius, Bohemia Rex: ortus è familia comitum Niddanorum: qui
imperante Friderico I. I. venerunt in Boiemiam: decimus tertius sponsi Ludovici adavus.

XII.

a Albertus Imp.
XII, Ludov. sposi
adavus, filius
Alberti, ex Ioanna
Duce Bavaria
nepos Alberti, ex
Beatrice Burgravia
Norim. Pronepos
Alberti ex Ioanna,
filia Ulrici
Comicus Ferreti:
Abnepos Alberti
Cas. ex Elizabeth.
Mainhardi filia:
Duce Carinthia:
Abnepos Rudolph.
Casarii, &c.

b Elisab. Alber. w
xor. 12. sposi Ludov. adavia: filia
Sigism. Regis &
Imp. ex Barbara
Cilia Comite: Ne
ptis Caro. 4. ex Io
anna Duce Sued
nicensi: Proneptis
Ioan. Regis ex E
lisabetha, Vences
lai ultimi Regis
filia: Abnepus
Henrici VII. Lu
celburg. ex Brav
bâtina Duce, &c.

Quem, Ladislaus fatus super etherz vesto,
 Bojemi processus summa ad fufigia regni,
 Haud vali eduxere doros qibivividabello
 Virtus, & virides animi, pietasq; senecte
 Atq; armata fide mors, & vis insita fandu
 Te duce supplicium Mainardus, carcere vindictus,
 Expendit, duplicitq; viros non ledere justos.
 Te duce Matthias vincetis eruptus inquis
 Hunniades, sceptrum Hungariz cum virginie cepit:
 Rex Regisque gener. Quin & nova foedera tecum
 Sauromates sanguis Casimirus & auspice C H R I S T O
 Bojemos junxit sociali pace Polonijs:
 Hic ubi Glogovios perlabitur Oderafines.
 Inde tibi generum Luddimille, virginie palca
 Lignitium, è veteti Pridericum gente, parasti:
 Inclitus assertor fidei, vindictaque piorum.
 Qualis erat Phantas quondam Iosephus in oris
 Qualis erat Daniel rates, Babylone sub ipsa:
 Abdiasque piostrutus ab hoste penates:
 At quando Hunniades, furis exiles Aventi,
 Immemor hou locerigene, intulit arma Bohemis:
 Atq; idem, dura pressam obfidence, Viciam
 Cinxit: opes abscessum Victorinus ad Iterum
 Dux Bojebracius traxit: & vim Panaonis omnia
 Cæsaris à cruce manu vicitice repressit.

Chunigunda, Re-
gina Bohemiae: n. Henrico patrem q; feliç amabilis unor;
zor Bojebracius: or- Cui sua religio primaria cura, Deique
ta ex antiquissi- Cultus: & è sancto deponita oœcula verba
ma familia Baro- Emicat in clypeo sternberge, insigne decorum
nua Sternenberg: decimateria sp. Stella: jubat toto quo spargit in orbe certuscum.
fi Ledor. ad avia. Quale sub Oceani vultum perlata fluentis
 Matutina Venus, nitidis cum surgit ab undis.
 Arx antiqua, patruin sedes: quam flumine leni
 Præterit, Albicolar qui peccat arva Bohemi.

Multavius

Multavius: densis Gabretz montibus ortus:

Hinc genus Henrico: patrium quem Gloza dynastam
Agnevit, Comitemque suum: quem Cæsar amico
Monsterobergiorum avit. Fredericus honoro
Principis: inqué Ducum Lygiorum sede locavit:
Proqué tot annorum curis, quas egerat antè,
Hunc titulum ueritis plesandum reddidit æquis:

Sæpius ille acie palantes Panponas egit:

Glogoviamque feras avertit ab arce cohortes

Hunniadæ rabidi successor Martis ovantes.

Quod apud Danaos hostian Telamonios Ajax

Contudit, inqué fugam palantia peccora avertit:

Ausa feros Grajis immitere classibus ignes.

Talis & hic patris repulit dictihibus hostem

Huniadem, regni poscere nescipta Bohemi

A socero, furiisque excita in aquilante Latini

Præsulis: Hungarico deduxit: qui regna Mathiez,

Non sua, non Italica à Cæsare crudita Papis.

Iuncta Duci conjux, casti Catharina pudorist

Marchiacæ de stirpe dæmonia generosa propago.

Quam patre Albertina, Badanaq; Margaris uxor

Progenuere: ubi Fridericus etenore neptem,

Marchio: qui proutus semper in ordine Princeps

Æquasti vespres geminata siue ponates.

Diximus antè tuum Gernanice nomen Achilles:

Sed tua nuptia tenui pulchritudine virtus:

Atq; adavos inter, clamor ecclis fidus Olymphi;

Promicat. Albertum quis enim non norit Achillem?

Alberti virtus gentes regosque subegit;

Alberti fugit Burgundum doxter Carlum;

Alberti cessit superata Borussia signis:

Alberto vicii verterunt terga Bohemik;

Albertum octaya statuentem exhoste tropa,

Nœrica vidit humus, populataq; macchia flevit.

Huic laus, militiæ armatus duobus cohortes:

Henric. Geor. Regi filius: I. Duke
Monsterbergensis;
à Frid III. et can-
tus: Ludovicus spou-
si abarus septi-
mæ.

Vrsula; Henrici
comitis: filia Al-
berti Marchionis
Brandemb. Elekt.
ex Margaretha
March. Badenæ:
septima sponsi Las-
dov. abavia.

XIII.

Albertus March.
Elekt. filius Frid.
I. ex Elisab. Ba-
vara: nepos Fri-
der. ex Elisabetha
March. Misnia,
etc. Ludovici
sponsi adavus deo-
cimus quartus.

a Margaretha, Et castris quæfisse locum: valloqué recenti.
 Marchionissa Ba- Ecfossa munire suos: tatosqué receptus
 densis: prima u- Prospicere: inquæ aciem turmas componere equestres.
 xor Alberti Ele- Hujus amor gravium sonitu clangente tubarum,
 Etorni: filia Iacobi Antevolare viros, primoqué ex agmine ferri:
 March. Badensis è Cathari. Lothay. Et gladio adversum prostertere comitus hostem.
 Duce: Nep. Bern- Primus itire manu, postremus cedere pugna
 hardi. ex Anna Ludov. Oetingen- Gaudebat: primus scalis ascendere muros:
 sis: filia, Proneptis Atq; expugnatæ dare signum mœnibus urbis.
 Rudolph. ex Mech- Tum quoties iniit vacui certamina campi,
 tilde Spanheimē- Congressos secum, longis hastalibus omnes
 se Comite. Adne- Deturbavit equo: nemo illum. Ferrea namq;
 ptius Frider. ex Vr- Mens homini, & nullo ferri violabilis ictu.
 fusa Teccēsi, Du- Sola etiam galea tectus, parmaqué repenti;
 ce: Adneptis Ru- Cætera vir nudus, poscentes prælla campi,
 dolphi Pforzensis Armatosqué hostes sellis ejecit equorum.
 è Comitissa Oerin-
 gensis: 14. sponsi Ludov. adavia.
 Monst. lib. 3. Cosmog.
 Sed quid ego hæc pàucis? equidem si carmen in unum
 Tantarum cupiam laudes includere rerum:
 XV.

Prointius æstivas numeravero messis aristas:
 b Ioan. Dux Glo- Aut quot aves motis tollantur in aëra pennis.
 goviensis, Saga- Nam nihil Alberto de Principe dixero tantum,
 nensis, Stinavi- Quod virtus animusqué viri non undiq; vincat.
 ensis, Crosnensis. a Prima tori conjux, veteris de stemmate Badæ
 Filius Henrici, ex N. filia Bernhar. Hunc adavum fecit pia Margaris: altera Misni
 Ducis Oppelia & Sanguinis, Anna abavum nostri Ducis: utraq; divum
 Ratiboria: Nepos Progenies, magnisqué Ducum natalibus orta
 Henr. Ferrei, ex coniuge Cathar. Hæc abavi, illa adavi laudabilis uxor Achillis.
 Leopoldi Austr. Nam quis Badanæ nescit primordia gentis?
 filia, Pronepos Quis proavos Iacobe tuos? quis fortia magni
 Henr. ex Mech- Pectora Bernhardi? non illum laudis egenum
 tilde filia Herm. Brandenburgensis: Abnepos Hen- Abstulit atra dies: tumuloqué recondidit alto
 rici, ex Mechtil- Hercyniæ denso lans Alba cacumine sylvæ.
 da, Duce Brun- b Proximus insequitur Silesæ gloria terræ,
 suicensi: adnepos Conradi, ex Salome, filia Vladislai, Ducis Polonia Majoris: matrona san-
 ctissima, Decimus quintus Ludovicus spens adarus.

Glogo-

Glogoviis generosus avis: bellator Ianus:
 Cui Saganum quondam, cui divitis incola Cosuē
 Paruit: & pulcræ validissima mœnia Guræ:
 Stinaviumqué potens: quos Oderæ perluit agros,
 Et Boberus iustis cum Quissa illabitur undis.
 Dux forti genitore & progenitore potenti
 Editus: à duro qui duxit nomina ferro:
 Ferrato cataphractus equo. Quis major in armis
 Sarmaticis miles: cùm dura Borussia poenas
 Solveret: & gentem premeret Iagello rebellem:
 Quàm Dux Glogoviæ, stirps inclita Martis, Ianus?
 Illo quippe Borysthenias armante cohortes:
 Conspxerè Duces Mariani, equitesqué Borussi:
 Quanto constiterint, Regi quos miserat, enses,
 Teutonius dira minitatus voce magister.
 Nam belli fulmen luctantes dispulit hostes:
 Et magnum statuit domita gente tropæum.

a Ipsi astatat contiux, generosa Scholastica: vultus
 Ingenui princeps, animique illustris: Erico
 Nata patre: Albicola moderato mœnia gentis:
 Quà Louenburgas volvit pater Albis arenas:
 Et magna undarum Lunenses gurgite muros
 Allapsus, celeri petiit æquora Baltica fluxu.

b Natus Ioannes venit huc, spes altera gentis,
 Glogoviæ: generis qui deinde novissimus hæres,
 Vendidit Alberto, quas à patre ceperat, urbes:
 Saxoniæ Alberto, dextræque potentis Erico:
 Fratribus, æquæva consanguinitate propinquis.
 Nam cognata domus, magnæq; propaginis auctor
 Vixit uterq; duci, & Saganensis avunculus aulæ.

c Nupserat huic Iano, Troppæ filia gentis:
 Cui Vuenceslaus genitor: Catharina vetustis
 Edita principibus: patrum generosior ortu.
 Nam quid ego referam te Vuenceslæ, potentem
 Troppensis terræ dominum? qui Regis Achates

a Scholastica uxor
 Ioan. filia Erici,
 Ducis Saxonia in-
 feriori, Yngaria
 & Vuestphalia:
 neptu Erici: pro-
 neptu Erui, ex E-
 lisabetha, Nicolai
 comiti in Holstein
 filia: decima quin-
 ta Ludov. sponsi
 adavia.

b Ioannes Ioa. du-
 ci in Glogoviensis, è
 Scholast. Saxonia
 Duce filius: octa-
 vus Ludovici
 sponsi abavus.

Caihar. uxor Ioā.
 Glogoviensis Duc-
 ci: filia Vuences-
 lai Duci Troppæ-
 sis, & Steinavien-
 sis: octava Ludo-
 vici sponsi abavia

XVI.

c Vuencesl. Dux
 Troppensi. & Stei-
 naviensis: Vuен-
 cesl. filius, ex N.
 Henrici Rudolphæ
 Duci dimidia
 Glogoviæ & Stei-
 navii filia: deci-
 mus sextus Ludo-
 vici sponsi ada-
 vis.

Alter eras veterum soboles certissima Regum?
 Sarmaticas olim qui sceptra tulere per oras?
 Troppa tibi sedes, quam præterlabitur amni
 Oppa vago, postquam Iagersdorffia liquit,
 Et jam Sarmatiæ cursum ad confinia vertit.

Salome, Baronissa in Zastloviz. uxor Vlenceslai ducis Troppensis: decima sexta sponsi Ludov. udavia.

Vxor clara tibi, & generoso nobilis ortu;
 Zastlovizæ Baronum stirpis: amatrix
 Virtutum, Salome: & pietatis idonea cultrix.
 Quæ quamvis oculis jam non est obvia nostris:
 Fama tamen restat, nullo delebilis ævo:
 Ingenii quæfita bonis: tum stemmate matrum
 Linea descendens: longaque à stirpe nepotes
 Marchiadæ: quorum jamdudum innotuit orbi
 Præcellens virtus, è prisca cognita fastis.

Tres fratres: Glosovienses: tribus fratribus: Monterobergenfib. nupta.

Nam ternas neptes Salome, ternasqué sorores,
 Monterobergæo ternis de sanguine, junxit
 Patribus: Alberto Salomam, Hedvigimque Georgio,
 Annam Carle tibi: Henrico genitore creatis.

Hactenus hæc cithata, & vocali carmine Jopas.
 Plura locuturo, nervus sub pollice summo
 Rupit: & in binas abierunt staniina partes.
 Tunc ait: exactæ post septima tempora lucis,
 Quod reliquum attexam: pro avosqué & facta parentum
 Exequar: at reliquam vos hic traducite lucem:
 Et libate merum, veteresqué repellite curas.
 Dixit: & è mediæ cessit penetralibus aulæ.

Tunc omnes liquidæ repetito munere Bacchij
 Surrexere totis: lux est data cœtera ludis
 Festivisque choris: donec jam serus Olympum
 Clauderet, Hesperias Titan abiturus in undas.
 Tunc cœnam repetunt: positisque tapetibus altis,
 Munera cum dulci capiunt Cerealia Baccho.
 Atq; illic variis postquam convivia dictis
 Explorant: mensa grates egere remota:
 Et choreis itetum genitali more peractis,

Quæ-

Quæsivere levem per stragula picta soporem
At vigil obsecros servat custodia muros.

LIBER QVARTVS.

Ertia lux aderat pugnæ sacrata pedestri:
Cùm cœlo passim jam decadentibus astris,
Sal oritur: revocatqué suos Aurorâ labores.

Primi adeunt delubra duces: pacemq; diei
Illijs à C H R I S T O poscunt. Cœlestè Magirus

Ioannæ Magistris,
Propositi Stuccardiani,
concio magistrina.

Verbum aperit vates: maturis impiger annis,

Præco D E I, superumqué comes, Christique minister.

Eloquo doctus reserare arcana priorum:

Et liquidas monstrare vias ad sidera cœli:

Aurea cui C H R I S T V S divinæ munera virgæ

Concessit: moresqué pios, & criminis expers

Curriculum: nullique obnoxia pectora culpæ.

Isqué ubi finierat, constructam protinus aulam

Convivæ repetunt, jussi considere mensis,

Appositis vescique epulis, vultumqué recentem

Sumere, ferventique animos diffundere vino:

Et ludo armorum solidas sibi querere vires.

Atria tota nitent: conspersaque pulvere tellus

Provocat in medium certantum pectora arenam.

Haud mora fit: dapibus sumtis, spumante lyxi

Munere perfuncti, se se ad certamina firmant.

Et jam plena viris stat pergula, & obvia turba

Omnè pyristilium densa cinxere corona.

Ipsa etiam crinali auro palloque rubenti

Vrsula, jam conjux, succincta, ambæque sorores,

Et genitrix, glotesqué altæ, teretesqué puellæ

Spectatum veniunt, veniunt spectentur ut ipsæ.

Primus ibi ante omnes se fortibus induit armis

Dux sponsus: loricam humeris aptatqué trilicem,

Et lateri scutum, nulli penetrabile telo,

Ingressus Dux
Ludovici, cum

*duabus commili-
tonibus ad certa-
zzen padebro.*

Passurumquē comis multa irrita vulnera tegmen
Cærula carbaseo volitans subtemine, bracca
Femen obit: nivea suræ velantur aluta,
Baltheus appensam elato mucrone macharam
Sustinet: ex humeris pendet teres hasta strissa.
Iamque dies medium cursu transbat olympum
Icta sonant duris tria cærula tympana palmis:
Alternoqué vetus repetunt hoc verbere tamen.

Martium genus: rapida temeritas,
Teutoni soli studia recolite:
Quos boni Duci patrius habet atque?
Namque gaudium dare decet alios?
Dum sacri ferit saepta nova tori
Teccius pater. Igitur hilaribus
Este mentibus: ruite simul in hos:
Quos dat obvios humus & aqua viras,
Rapite, ruite, trabite, finite tremere, gemere
Quatite, premite, canite, sequimini?
Martium genus, rapida temeritas.

Nec tibicinæ cessant modulamina buxi:
Inque vicem festiva suo fremit tala sonore.

Procedunt gemini veneranda ætate laniſte,
Vestibus induiti paribus: quos casside vultum
Albert. comes in Levenstein: & Conradus Thun, à Neuvuenburg: Duci à latere.

Contectus sequitur princeps: paribusque Albertus
Armis Leuthenius: paribus quoq; Thummius armis.
Fascia, cæruleo atq; albenti vellere mista,
Ex humero levæ dextrum nodatur in armum.

Ter circumgressi caveæ intervalla patentis:
Tandem omnes fixo subeunt tentoria vallo:
Expectantque novos contis vibrantibus hostes.
Tunc intrat flavam princeps Fridericus arenari:
Mompelgardæi cultos fidissimus agri:

Bis

*Ingressus Frider.
comes in Vwirtemb-
bergici, &c.*

Bis quino comitante viro. Nigra cassis & arma,
 Et vestis peregrina viris, ignotaquē forma :
 Burgunda contexta manu : quæ pollice docto
 Stamina nigranti subduxerat aurea telæ.
 Quin & versicolor redimebat fascia corpus. -
 Tympana pulsa sonant : referuntquē hoc verbere carmen;

*Age miles, pede forti, fer in hostem
 Leve signum : cape telum : decet omnes
 Pede juncto, dare plaga inimicis.
 Neg, jam parcere cuiquam : sed in omnes
 Ruere, rapore, trabere : finite gemere
 Tremere, quatite, trabite, rapite spirulomes.*

Insonat hæc eadem peracuto tibia cantu.
*Hos super in planum descendunt agmina campum
 Longa Dynastarum, de nobilitate Sueva :
 Armis accincti niveis, alboqué cothurno
 Evincti suras : tecti femoralibus albis :
 Et fortis sublati animos. Iuvat ire coruscis
 Ensibus, & dextra memorandum querere nosam.*

Vltimus accedit folles sua femina cinctus,
Cæruleos niv eosqué : genus Gustavus avitum,
 Rehani comes, & prælustris fama Palati,
Quem deni pedites parili comitantur amictu.
 Sed jam tela vocant, ad ludicra prælia Martis
 Armisoni : Hic nobis alias tu suggere vires
CHRISTE DEVS : major nervos mihi dextera tendat.

Emicat ante alios fulva Ludovicus arena :
Qui postquam obducta contexit casside vultum,
 Convenitquē suis : hilari per strata tumultu
Vadit ovans, ac prima suæ documenta cohortis
 Exercere parat : gemitat dum verbera pellis :
Et Phrygia argutè modulatur clàssica buxus.

*Ingressus virginis
 sepm en nobilita-
 bus.*

*Ingressus Georgii
 Gustavi, Palat.*

*Ludovicus Dux,
 adversus Ioan.
 Bartol. ab Obene-
 trans.*

Tum pugnæ socius, longa Obentritius orno
 Procurrit: contumqué trahit: quassoqué lacerto,
 In summa figit tremebundum marginem parvæ.
 Ter conati ambo durum confringere lignum:
 Ter frustrata manus. Princeps tamen aptior ensim
 Diffidit: & medii dispergit fragmina ferri.

*Albert. Comes in
 Levvenstein, ad-
 versus Ioannem à
 Stockheim.*

*Conradus Thum à
 Nevrenburg: ad-
 versus Henricum
 à Cappenstein.*

*Dux Ludovicus
 adversus N. ab
 Heppenbergo.*

*Comes Albertus
 contra N. à Ven-
 ningen.*
*Con. Thum, con-
 tra N. Senfr. à
 Saulburg.*

*Dux Ludov. con-
 tra Frider. Comi-
 tem Vinterber-
 gicum.*

Inde Leosthenius protenta hastilia vibrat,
 Stochemium contra: tres ille viriliter ornos,
 Ceu tenues rumpit calamos: tres diffidit enses:
 Hic geminas fregit, quas scuto impegerat, hastas.

Thummius hinc aciem, connixus corpore toto,
 In medium venit: & lignis super arma duobus
 Hostica confractis, unum quoque dissipat ensim,
 Tres Coppensteinius, salvo fidit ære, sarissas.
 Fraxinus ut steterat, passu vicina propinquo
 Heppenbergeri, fulvæ succedit arenae:
 Obvia quem contra sponsus vestigia torquet.

Ille duas rumpit pinus, ducis ira macharam.
 Veningo inferior gemina Leustenius orno,
 Par una: bino stricti minor impete ferri.

Thummius hoste suo major. Nam fragmina bini
 Disparsit ligni, gladiumque in casside rupit.
 Atq; hi tres toto adversæ certamine pugnæ,
 Ritè vices alternabant: semperq; secundus
 Aduce Leustenius, post hunc vir tertius ibat
 Thummius: expectantq; suos mucronibus hostes,
 Illi astant: tenet in capulis, ferroq; paratos
 Ira metus: galeæq; tremunt horrore comarum.

Ecce trahit media lignum Fridericus arena,
 Mompelgardæus princeps: circensibus armis
 Strenuus: & prima tectus lanugine malas:
 Nunc ferro inclusus. Surgit violentior ira
 Cominus: atq; oculos Ludovico in principe figit,
 Ne juvenes, ne tanta animis assuescite bella:
 Neu patriæ validas in viscera vertite vires,

Tug.

Tuq; prior, tu parce : genus Ludovici Deorum.
 Sed quid ego haec? Ludunt : suus est & ludus in armis.
 Iamque ruunt : paribusque micant duo Martia telis
 Pectora : Teccaeum metitur robore toto
 Ille Duxem : hic toto pulsat conamine frontem.
 Dux geminam rumpit frameam, comes inclitus unam :
 Tum gladios stringunt : strictos fragor excitat æris :
 Verberaque; alternant : galeaque; infringere durum
 Lucentur ferrum, gladius salit ære repulsus
 Teccigenæ geminus : Friderici principis alter :
 Cui dux adversa detuebat casside cristam :
 Dum proprius premit, & ferro cava tempora pulsat.

Insequitur Musis comitatus & arte decenti
 Acacius : de monte bono sua nonqua vertens
 Omen in antiquum : hitentem stipite longo
 Occupat Albertus Comes, atq; ingentia torqueat
 Robora, sed paribus discessum è pulvere teliq;
 Protenuus oblatæ ferit inter tempora frontis :
 Tresq; enses rumpit teretes Leustenius heros,

Exemplo Comitis: fertur succensus in armis.
 Thummius : Hansmuisumq; videt vestigia vasto
 Obvia ferre gradu: qualis cum vertice celso
 Præcipitat sylvas, montano Hylæus ab antio :
 Aut ingens Pholous. Materam tum protenus unam
 Alter in alterius clypeato pectora frangit :
 Sed validis Thummi dissultat lamina dextris,
 Haud tulit, utentes pugnæ successibus, ultræ
 Fridricus : firmatq; suos atq; increpat hostes.

Sic dextris animus juvenum additus : irruit hasta
 Oblonga Heimsdorfus : potentiamq; ingerit ornum.
 Huncreprimit sponsus princeps : sed rumpit uterq;
 Fraxineam molem, gladiumq; infringit uterq;.

Instat anhelanti virtus Halvilia pinu :
 Leusteniumq; petit, tunc utraq; rumpitur arbor:
 Vincitur ære comes. Nam tres Halvilius enses

Comes Albertus
contra Acatium
à Gusenberg.

Con. Thum, con-
tra Ioannem ab
Hansmuis.

Dux Ludov. con-
tra Ioan. Christop.
ab Hermendorff.

Com. Alber con-
tra Ioan. Sigmude
ab Halvöil.

Dissipat: & victor domito velut hoste triumphat,

Con. Thum. contra Meliorum à Brunfels. Nec Melior cessit tibi Thummi: nec Ludovico Rustius: Vmbstadium comes ense hastaq; trementi

Vincit: & in vacuas ferrum disseminat auras.

Dux Ludov. adversus Balhosa. Thummius occultum sibi solo corpore mensus rum à Rueft. Hostem alium aggreditur: fragiliqué laceffere telo

Com. Alber. contra Ioan. Vuam bold, ab Vmbstat. Non timet. Ille viro digitis imbelli solutis Intorsit jaculum: quod protenus ære repulsum

Conradus Thum. Transabiit. Sic innumeris leo fortè potitus

contra Albertum Senff. Cædibus, illustri sitis est in sanguine mergi: Nec nisi pugnantis cervicem frangere tauri.

Dux Ludov. contra Ioannem A. Valdneres. Tunc aciem in medium rapido fert ora tumultu naftas. *Vualdner* It stridens per suta viri Teccæja taxus:

à Freundstein. Dirutaquæ ærato sonuerunt robora corde.

Com. Alber. contra Eberhardum à Tübingen. Antiquæ felix Eberhardus origine gentis, Arma Tubingæus Comes expedit, & trahit hastam.

Quem postquam egregium cristi, & casside nota Fulgentem adverso Leustenius agmine vidit: Illicet invadit, bonus ense, bonusqué sarissa.

Conr. Thum. contra Eberhardum Baronem à Lin purg. At Lymburgæum ligno, ferroqué Dynastam instantem, ambobus procul æquat Thummius armis.

Continuò celer Halvillus, Princepsqué cōruscus

Dux Lud. contra Adversi cavea apparent. Adversi cavea apparent: hastasqué reductis

Ioan. Georg. ab Hatvil. Protendunt longè dextris, & spicula vibrant.

Irrita vis teli Teccæi: haud irrita virtus

Halvilli geminasqué sues gemino impulit iætu.

Com. Alber. contra Ioan. Henr. Thum, à Neuve burg. Thummius hinc alter, nec non Leustenius altis Connixi incurruunt hastis, Thummique ruinam

Dat sonitu ingenti, præfractaque dissilit arbor

Fulminis in morem, aut tormento ponderis acti.

Conr. Thum. cont. Nicol. à Gölñiz. Vno Gôlnitium gladio prior occupat hostis:

Dux Lud. contra Frider. Humpiss. Humpissus lignoqué Duce, ferroqué calenti

Vincit: & ex acie spoliumqué decusqué reportat.

Com. Alber. contra Inde subit, pugnamqué ciet Remchingus, & ipse

Victor :

Victor: Pliningusqué comes: cui Thummius impar
 Viribus: atq; acie ferri congressus iniqua.
 Concurunt tamen, & Mavortia prælia miscent:
 Alternantqué manus, & magnis nixibus instant.
 Tanc oritur flictus galearum, istuqué machærae
 Bellicrepas sonus: ut quando radicibus arbor,
 Nimboſi boreæ furiis evulsa, ruinam
 Traxit: & in numero conspersit fragmine terram.

^a Quid te Richovi: Quem Dux Ludovicus eadem

Aggressus pugna, collatis cominus hastis,
 Præteriit: temis terro simul impete fractis,
 Et totidem gladiis? quid te Daxperge? quid alto
 Vertice conspicuos comites, fortemqué Ribiscum,
 Vuitteniumqué acrem, & nota virtute Badanum,
 Grumbachiumqué, & quæ comitatur cætera pubes?
 Invadunt Martem frameis, atq; ære sonoro.
 Dat gemitum thorax, percussaque cassis anhelo
 Verbere. Nam ternas valido molimine terni
 Victores fregere sudes, acerqué Ribiscus,
 Atq; animis ingens Daxpergus, & inclitus ære
 Fulmineo Biberacius: æquo Marte potiti.

^b Ordine succedunt, tritaqué feruntur arena,
 Vrbachiusqué Endusqué Nehusius, atq; Repurgus
 Diruta quos ornant quassæ fragmenta catææ.
 Quisq; sudem rupit, durum quoq; Gnefius ensem:
 Sed pedes Heslenius terna deceptus ab hasta:
 Oppugnati omnes Ludovici fortibus armis
 Quis numerum ferri, plagasqué & fragmina dicto
 Æquarit mortale sonans? fremit æquore toto
 Fraxineus Mavors, sudibusqué exultat adactis.

Iamqué Palatinum in pugnam vocat agmen Enyo.
 Emicat hic: lignumqué rotat: claususqué minaci
 Casside, ferratusqué sonat Gustavus: & ora leonis

tra Carol. à Ripurg. Contr. Thum contra Boppen. à Vuizleben. Com. Albert. contra Georg. Gufavum, Palatinum Rheni.

tra Ioan. Vlric. à Remchingen.
 a Dux Ludo. contra Henr. à Rieschau.

Com. Alber. contra Carol. à Daxperg.

Dux Ludov. contra Caspar à Vyttin.

Com. Alber. contra Henric. Riesch.

Contr. Thum, contra Vuolffg. à Grumbach.

Dux Lud. contra Eccard. à Baden.
 Com. Alber. contra Bernb. à Biberrach.

^b Dux Ludovice contra Ioā. Vwilh. ab Vrbach.

Com. Alber. contra Alex. ab End.
 Conrad. Thum, contra Frid. Geis a Mansbach.

Dux Ludov. contra Vwil. Frider. à Luxemburg.

Com. Alb. contra Ioan. Conrad. ab Vrbach.

Conrad. Thum, contra Rudolph. ab Hessen.

Com. Alber. contra Ioā. Dieterich Neuhausen.

Dux Ludov. contra

Fulminei ostentat: mansueto pectori Princeps;
 Dulce rubens, viridiqué genas spectabilis ævo.
 Nunc, ait, ô nunquam Iudo tentata lacertis
 Hasta meis, nunc tempus adest: da rumperat emet;
 Loricamq; manu valida quassare trementem:
 Quatuor ut sparsa fragmenta legantur arena,
 Sic ait: & pugnæ maiora ad præmia fertur.
 Ita Palatinum sonitu dant tympana carnem:
 Et celerare jubent, humerosq; ferire coruscos,
 Et galeam teretem quatere, & pertundere ferro.
 Obviat huic Comes Albertus, cui lancea sortem
 Denegat: at juvenis Princeps servente lacerto
 In comitem torquet pinum: quæ viribus acta,
 Dissilit: hinc aliam dextra rapit ille calenti:
 Diffractamqué itidem collo, dispergit in auras:
 Tertia collectata quidem, sed fraxinus errat.
 Namq; velut muro, solidaque à caute repulsa est.
 Tum ferrum nudat, vaginaqué exipitensem;
 Et plagas reddens, dederat quas fortior hostis:
 Terqué quaterqué gravij juncturas cassidis istu:
 Pulsat: & in medio disrumpit agone macharam

Dux Ludovicus contra Ioan. Vurm-
 ffer à Vuau.

Corr. Thum contra Vuith. Quad.
 Com. Alber. contra Ernest. à Ro-
 schemborg.

Corr. Thum, con-
 tra Georg. à
 Ranzau.

- Dux Ludovicus ibi redit in certamina pugnæ:
 Nondum succumbens oner in nondumqué labore
 Fessus: & invicto rursum mucrone coruscat,
 Offert huic nitido lucentia pectora ferro,
 Valius: hic ligno, ille agili felicior ære
 Vidi etiam Tummi dextræ contendere. Quadrum
 Laude pari: vidi Rechobergo patre nitentem,
 Ire Leostenium contrâ: paribusqué sarissis:
 Sed non & paribus circa certare macharis.
 Nam sua Leustenio terupta est lamina ferri:
 Bis Rechobergiaco: reliquæ vis irrita dextræ.
 Tu quoq; Ranzoviaæ nitor ô pulcerime gentis:
 Ranzoviaæ gentis, fama super æthera notæ:
 Collato pede Thummiacas virtute catæas
 Viciisti: & validi fregisti robora ligni.

Dl.

Dī, quantus vixit, quām forti pectore & armis,
 Magnus Ioannes, Holstæ gloria tefræ,
 Ranzoviumqué decus: Dani lux inclyta Regis:
 Qui terram meritis, fama complevit Olympum?
 Progeniem servet, tantaqué à stirpe nepotes:
 Inquē patrum ducat vestigia C H R I S T V S avita.

Iam subeunt alii, & media intervalla patentis
 Corripiunt circi, porrectis cominus hastis
 Svedus, Lempurgusqué alacer, Baroq;, Philippus:
 Prospera sed linquit sors Baroemqué, Philippum,
 Et Suedæ celebrem Acacium cognomine gentis:
 Lempurgumq; & Byrsnerum, sociumqué laboris
 Sebacium, & clara venientem à stemmate Rustum
 Fortuna tamen, & major victricibus armis.
 Quatuor hīc uni strata congressus arena
 Sebacio, rupit gladios: tres pertudit hastas:
 Fervepti nixus dextra: galeamqué cavavit
 Leustenius: magnaq; virūm de strage triumphat.

Postquam omnes dubii certamen ad acre Minervæ
 Venerunt: subitò partitis ordine telis
 Stant utrinq; acies: dextra fulgentis arenæ
 Viginti, & quinai pedites, totidemqué sinistra:
 Omnes hastati. Cùm protinus incita multo
 Verbere, dant pugnæ crepitantia tympana signum,
 Concurrunt sudibus: sudibus suta ærea pulsant:
 Diffinguntqué ornos, aut integra robora terræ
 Projiciunt: nudantqué enses, & tempora circum
 Per teretes galeas, alternis istibus errant.
 Non aliud fragor est, quām quando bipennibus actis
 Certatim agricolæ, celsis è montibus ornos
 Instant dejicere: & manibus nituntur anhelis.
 Commotæ nutant frondes: tremit arbore vertex:
 Alternisque sonat percussa securibus ilex.
 Ipse acie princeps densa Ludovicus, & armis
 Stat medius, jamq; hos ornum, jam vertit ad illos.

Com. Alber. con-
 tra Phil. Jacobum
 dominū in Raar.
 Dux Ludov. con-
 tra Daniel. à
 Lemburgi
 Conr. Thum con-
 tra Henr. Byrsner
 Com. Albert. con-
 tra Phil. Jacob. à
 Seebach.
 Dux Ludov. con-
 tra Panerat. à
 Ruost.

Aggregatū con-
 tamē: peditum,

Ore ciens: patriaque inclusus casside vultum
Nunc pedes ense vago, nunc prenso robore ligat.

Carcereb. incensu, praliū dirimuntur. Ceu spectatus agit. Cum tandem sulfure fœtus
Ardescit carcer, nigroque volumine fumus.

Obscurat lucem: veluti cum Neccarus vdas.
Exhalat nebulas: cœlumque videntibus asper.

Atra favilla volat, conjunctaque corpora flammis
Dissipat. It victor rapido Vulcanus ovatu:

Diffugiunt pugiles, dextrisque valentibus armis
Projiciunt simul: & spatia in sua quisque recessant.

Schonbuchium mugire putes nemus, alite vento:
Impulsum: tantum festiva per atria murmur.

Existit: variusque lepor risusque tacentum.
Mergere luciferos, vicina nocte parabat,

Hesperio jam pronus equos in gurgite Phœbus.
Cessat fessa armis pubes, posicisque repentum

Armorum scutis, repetunt coarvia testis
Magnificis: vinoque sitim, curasque repellent.

Premiorū & pal-
morum distribu-
tio à Cana. Hinc saturi dapibus, choreas ex more frequentant:

Judicis ut capiant, quæ sit sententia, quænam
Declareret victorem isto certamine pugnæ.

Hic primum Ludovice tibi fortissime, manus
Teccigenum Dux magne datur: quod plurima dextra,
Robora fregit: hostilibus incita permis.

Altera Leustenio merito data palma: quod enses
Viginti hoc densi difflasset in sequore circi.

Tertia venerunt Alberto præmia Thummo:
Qui confertam aiem superasset alacribus aulis,

Qualis Olympiaco quondam certamine Pollux
Elæis ibat subvinctus tempora palmis:

Aut qualis Nemeæ rediens è pulvere Castor,
Incedebat ovans animis, & comatus oliva.

Tales isti etiam festæ in penetralibus aule
Tollebant animos, lauro Daphnæ de cincti.

Et quisquam digno percenseat omnia versu?

Act

Aut meritis possit verbis te quate triumphos?

Quarta dies medium coeli transiv erat axem:
Et jam tempus & quo spatio sa per equora ferris,
Lucentis campis & pensem decumere ad orbem.
Tunc varios sumu at habitat, aeg. ora rotundis
Oscillis tecti, decorant splendore votados:
At campo ianis illi, Tocci principis horto,
Læta triumphales succordia prospicit arcus:
Tollit & ingens ad fidera ducta columnas:
Machinae ab erranti populo depervia fornix
Ostia: tum cirem struitur & fortia quaterna,
Afferibus munita suis, & sept' vire editi:
Desuper, arrecto velocem pectora cursum,
Cernimus æripedes; ad primi luthina Solis,
Dirigere: & mutatis quæsire binicibus auras.
Cernimus & patriæ passim his signis gentis,
Cornua vivacis carvi, galeazque dectorum.
Venantis lumen, gemina Squamosaque piscis
Terga, & quæ patro; iuxta Leo promicatore:
Bojorum gentile deus, Remiq' bicornis.

Quarta dies mu-
ptiarum.

Ludus equestris,
& decursus ad
orbiculum.

Arctus trian-
phales.

Civica jam careat, consessum obfederat omatum
Spectatrix turba: & portis ex omnibus assunt
Matres atq; viri, pueri innuptæ que puellæ.
Ipsa quoq; huc rutilis conjux adducta quadrigis
Vrsula: tam pulchri pulcherrima causa paratus:
Glotum cincta chore: geminaque sotore, piaque
Matre, & virginis compleat prætoria cœtu:
E&cupida exertat bipatentibus ora fenestræ

Turba pellatoris
& spectariorum.

Iam tuba dat sonitum stridentem ex ære recurvo:
Verberaque ingeminat cœmi pulsat' aheni.
Iam caveam ingressos, larvato musica vultu,
Præcedit magnos equites, equitumq; Magistros.
Iam viridi cantor lumbos succinctus amictu,
Et fide conspicuus varios ciet ore sonores:
Hic plectro indulget nervisque: huic tibia cantus

Ingressus Domus
Ludovici, præfes-
tatoris: ad equi-
stre certamen:

Dat bifores : alius cavat cornua flatibus implet :
Ille alternanti percurrit pollice chordas.

Tunc sequitur Princeps vultu Ludovicus aperto
Omnibus in vacui venturis æquora campi
Certaturus equo, solusque tot agmina contra,
Cornipedem cursu, pensum flexurus ad orbem:
Habitus Ducis,
Mantenedorū:
Palliolum viride, ex auri subtegmine fulvi
Contextum, induxit humeris, umbrataque gestat
Tempora Parrhasio, Hermetis de more, galero:
Arabiæque manu præfert insignia virgæ.
Habitus, & orna-
tus equi.
Ter circum caveam fertur latiæ equoris omnem:
Ostro ipse, ac sonipes ostro, totamque per auram,
Purpura sidoneis fucata renidet ahenis.
Crista super frontem alipedis: parilique decoris
Floricomæ in cauda fulgescit lamina cristaæ,
Et phaleræ virides & sella tapete virescit,

Ingressus Georgii
Gustavi Palatini
Rheni ad idem
certamen.
Ecce tubæ veniunt velis pedentibus atræ
Et flavæ: diversicolor, qui tympana pulsat,
Assecla cornicinum. Globus astrifer ante cœlestes
Volvitur: & totum designat tramite mundum,
Cæruleique rotat stellas in imagine cœli.
Inde satellitum, celeres Ducas, ordine terni
Excipiunt, miscentque nigrantia velleræ flavis.
Ponè invictus equo ducit generosa Georgus
Agmina: Gustavum natum, æripidesque curules:
Omnes oscillis tectos, Phrygiaque tiara:
Omnes carbasia velatos cyclade corpus.
Stant gemmæ digitis, stant longa monilia collo:
Aure leves baccæ, redimicula pectore pendent:
Et crocea immissa spirat coma flexilis aura.
Quales in tabula virtutes pinxit Apelles:
Tales illi ibant, niveoque colore nitebant.

Georg. Gustavus
IVSTITIA: Nam se justitiam Gustavus finixerat, orbis
comitum Lex, Reffricem. parili librantem singula lance.
Lex illi sociæ: ingenti lex codice fulta.

Hic

His addit se se Pax aurea & ipsa sororem:
 Candenti sublimis equo, virtusque repugnans
 Versibus his, rerum Moderatrix: & sua magno
 Nomina daas animo, & lati nutricula mundi,
 Alma Ceres, spicis & flore ornata capillos.

Dumq; isti caveam circum, de more, feruntur:
 Interea à binis certamen ad acre vocatus,
 Promicat, & media insistens Ludovicus arena,
 Hinc lœva frenos, hinc dextra corripit hastam:
 Instimulat tubicen cornu, æripedique curuli
 Accendit mentes. Exemplò arrectus in auras
 It sonipes, rapidoque volans per inane meatu,
 Concita vix summo vestigia pulvere signat:
 Ipse hastæ Princeps medium celer implicat orbem.
 Exoritur plausus caeæ totius: & omnes
 Ingeminant primi clamoribus omina cursus.

Tunc sequitur, posito qui sollicitaverat auro:
 Sed nihil astequitur, penso delusus ab orbe.
 Iamque duos illo certamine vicerat, auri
 Pignore depositis simul argentoque potitus.
 Alter enim deno in circum centus le vocarat,
 Alter Renanis Ludovicum exciverat octo.

Corripit hinc spatium, titulis genterosus avitis;
 Gustavus: ponitque Duci felicibus orsis
 Viginti & quinos, regale numisma, Philippos:
 Ocyus it sonipes, motus clangore tubarum:
 Et pretium, & geminis aufert decursibus orbem:

Huic Lex succedit, rapidoque volante veredo,
 Promicat. It Scythica non segnior Ille sagittæ:
 Tergaque jactantur flavi per eburnea crines.
 Sed Lex occubuit, socia cum pace: nec ullum
 Germanæ lucrum è cursu retulere sorores.
 Ipsaq; spicata Ceres se munere victimam
 Cernit. & amissis omnes abierte coronis:
 Quas quinquaginta attulerant ad ludicra circi.

Pax, Temperan-
 tia, Fortitudo,
 Ceres.

Præludium Ducit
 Ludov. cum Ge-
 orgio Marschalle
 & Sebastiano
 Schafelschi.

IVSTITIA &
 sinos vitteriam.

Lex, Pax, Tem-
 peranza, Fortitu-
 do, Ceres, in hoc
 erramina vin-
 cuntur amissi gry-
 ganatus.

Eja munifica virtutes dote superbæ,
 Quām gratus fuit hoc adventus pulvere vester:
 Vos, si deinde libet, vestros iterate recursus.
 Nam cum pace bona pax dimittetur: & æquam
 Sentiet hic legem, quæ temperat omnia, virtus:
 Et Cererem victimam Fortis recreabit Iacchus.

Ingressus Lapporum ad idem certamen. Iam verò & Fauni veniunt, villoso virorum
 Corpora, & hirsutis incincti pellibus artus:
 Quas circum intexti velabant undique musci.
 Ipſi humeris gestant vulſas radicibus ornos:
 Ingentesque armas hirsuto pectore tollunt.
 Talis, Hyperboreo septem subjecta Trioni,
 Gens effrena virum Riphæo tunditur Euro:
 Et pecudum fulvis vellantur corpora setis:
 Hic ubi Sol nigras haud unquam discutit umbras:
 Semper hyems, semper spirantes frigora Cori.

Satyrus vixit, auferti 25. flor. Cyclops & Faunus vixi, amittunt quisque denos flor. Viginti Satyrus, quinisque ad ludrica promissio
 Renanis, certat: premiumque citatior aufert.
 At Cyclops, Faunusque illo certamine victi
 Solverunt denos, domitori munus Vlyssi.

Ingressus Frider. comitis Vrtemb. &c. ad idem certamen. His super ingreditur, monſtris comitantibus Indis
 Horridus in jaculis, & pelle Libystidis ursæ:
 Qui Carfulenum, à Medo ſibi nomen Hydaspe,
 Finixerat: Alsaticis princeps conterminus oris:
 Et Peligardæi Fridericus gloria Montis:
 Præcedunt gemini longo cervice camelii,
 Vultu Sylvani, cauda tritones aquosi,
 Cætera diri homines: viridis quoſ cingit amictus.
 Tum duo thyrsigeri, niveo vellamine tecti
 Cœruleoqué: artus arcta stringente lacerna.

Musica admixta. Ternos cantores ballista intenta per ora
 Coptilat: atque alacri junctas jubet edere voces:
 Mirandum viſu, ſubtento Musica nervo.
 Inde Elephas ficta figit promuſcide gressum:
 Æthiopemque gerit tergo: flammantibus auram

Qui

Qui spargit jaculis, totoq; agit æquore glandes:
 Cui socius tubicen caveam clangoribus opplet.
 Haud mora viginti, pretium victoribus offert
 Saxonas Ensiferos Rex Carfulenus: & Euro
 Ocyus alipèdem torquet: sed ab ore recedit
 Devius, & vacua pendentem linquit in aura.
 Insequitur spotis: quiem Martius undiq; clangor
 Tecciaciq; urgent sonitus, & amar. Hacessit
 Tibia: jamq; auræ suspensum distulit orbem:
 Atq; oscillato pretium fert victor ab Indo.

Post hos armigeri veniunt, hastata juventus,
 Sex nigro tecti Tyriæ velamine lanæ,
 Torquibus insignes pueri: terniq; sequuntur:
 Ex humeris quos palla pedes talaris ad imos
 Candida vestibat: phalerisq; micantibus albet
 Cœrulus immistus color, atq; interplicat aurum.
 Ponè triumphalis succedit in æqua currus:
 Tractus equis, scythica nive candidioribus. Hli
 Insidet albenti Fridericus Marchio palla
 Ernestus fulgetis: crines tegit ora galeri
 Cœrula: Romuleæ procurrunt tegmina plantæ.
 Ut circumduci spatium tenuere: suusq;
 Postulat ordo viros, cursu contendere equorum:

Primus ibi in medium, cui nomina facta Quiritis
 Publius imposita: & Römanæ Sextius urbis
 Incola: procurrit vectus veloce vredo.
 Ipse decem ponit, precium laudabile pugnæ,
 Renanos: positosq; minor certamine perdit:
 Perdit & hīc totidem Latiali Claudius ære:
 A Duce Germano superati Marte Quirites.

Iamq; triumphali exiluit PATIENTIA currus
 Marchiades Ernestus, equo sublatus & armis
 Vigintiq; offert in cursum & quinq; Philippos.
 Ut tuba terrificis implet stridoribus auras,
 Ipse coloratis residens ad frena tapetis

Carfuleni nomine
 comes Fridericus
 vincitur à Duce
 Ludovico: amisi-
 sisse. Saxonice,
 Thal.

Ingressus March,
 Badensis, Ernesti
 Friderici, ad idem
 certamen.

Curris trium-
 phalis.

P. Sextius, Ad
 Claudius, C. Pra-
 torius, rogati, vin-
 citur à Duce Lu-
 dovico amissus:
 flor.

Marchio Ernest.
 Frid. ab eodē vin-
 citur, nomine Pa-
 tientia, amissus,
 Leachimicu.

Provolut; & victa tandem cervice recedit.

Veritas succumbit in eodem certamine: amittitur, Ah odiosa lues, quis te furor impulit aulas
et coronatos.

Ingredi, & in medio nomen tibi querere circo;

Insuper & pretio certum sperare triumphum?

Stulta quid insanis: caput execrabilis mundo?

Quin tu Zyganios, & limina nota magorum

Hariolosque pete, & positum scrutantia coeli

Pectora. Namq; illic aliquam te figere sedem

Optarim: quo rara tui semuncia venit.

Sed frustra monui. Quid enim, quod victa recedis?

Atq; octo amittis, regale numisma, coronas?

Spes in eode curfa viatrix, reportat se florenus. Viderat hæc, illic steterat quæ proxima, veri
Damna: suoqué animum Spes firmo corde receptat:

Et secum: Non erga omnes cedemus ab isto

Edomiti circo. Nam si patientia vietas

Præbuit ægra manus, & sorti cessit iniquæ:

Fecit quod fieri cognomen postulat ipsum.

Et si succubuit, mundo execrabilis verum:

Ac multum solvit: mercedem hanc noverit æquam

Omnibus, hoc audent qui verum dicere seculo.

At me spes recreat: mea me spes sustinet unum:

Magnificumque facit. Quid enim de divite palma

Spes dubitet? spes una suo solamine fulcit:

Spes foyet afflictum: & rebus sustentat in artis:

Spes melius fore, semper ait: spes numen Olympi

Alpicit: & spretis concendit in æthera terris.

Dixit & alipedem laxis immittet habenis:

Orbiculumque aufert: vulgi plaudente corona.

Tum quinquaginta, certamine major equestris.

Renanos tollit, victricis præmia palmæ.

Desiderium, villo Duce Ludov au- fert duodecim flor. Hoc DESIDERIVM conspecto forte triplid,
Quem spes ducebat: jam dudum flagrat amore
Fulgentis nummi: & precium desiderat æris.

Ergo

Ergo bissenis venit ad certamina campi
 Renanis : stimulatqué citis calcaribus armos :
 Cornipedemqué domat. Pulsam quatit ungula tetrica ;
 Et rapit orbiculum ferventibus hasta lacertis :
 Sic iterum princeps festivi pulvere circi,
 A Desiderio victus pugnace, recessit

Proximus Æthiopum venit hue equitatus, & atris
 Omnes oscillis tecti ora latentia condunt :
 Armatique hastis, vexillo albente decoris.
 Tempora coeruleæ velant atrata tiaræ,
 Et mitræ albentes, Eoæ stamina sylvæ,
 A tergo pendent. Musæ tres antè feruntur
 Conventu vario, & suavisono modulatu :
 Barbara quas equitum sequitur manus alta novenūm :
 Tales Xerxes ducebant agmina bello
 Æthiopes : pardo accincti, fulvoquæ leone,
 Et longos arcus, & tela tricuspidæ ferro :
 Aut capreæ cornu præfixum hostile gerentes :
 Illita pars minio, pars corporis illita gypso.

Primus Amoclimo (Huttenus sed nomine vero)
 Insignis manicis, insignis acinace Medo
 Procurrit: pretiumq; decem vir Martius aureos
 Cursori opponit: sed cursu victus equestri
 Oppositum amittit precium. Dux Florio, facto
 Nomine, Velbergus vero: succedit arenæ :
 Viginti portans & quatuor ora Philippi.
 Illi fors melior: Nam cursibus incita dextra
 Abripit orbiculum: palmaq; triumphat equestri:

Nec minor hoc ipso enituit in pulvere virtus
 Gabozi Æthiopis: viginti & quinque micantis;
 Ad cursum, pugnæ pretio, Renensibus aureis.
 Namq; bis a vexit conti mucronibus orbem :
 Et retulit precium: dederat quæ pocula victus.

Ordine deinceps currunt reliqui, positisq; lacestant
 Pignoribus sponsum, cognomina barbara gentis,

*Ingressus novens
 Æthiopum, ad
 idem certamen.*

*Georg. Ludov. ab
 Hutten, nomine
 Amoclinonis, vi-
 ctus, amittit de-
 cem aureos.*

*Conr. à Velberg,
 Florionis nomine
 vicit, aufert 24
 Philippicos.*

*Gabozi, in eodem
 certamine vicit;
 aufert 25. aureos;*

Pusando, Cyrus Pusando, Cyrillus & æquanimis Saraphenus
Saraphenus, Flo- Florestusq; ater: post quem Cyprianus, & Aldæ
restus, Cyprianus, Orator Regis: vidi decurisibus omnes.
Cancellarius Al-
da: amictus 60. Namq; infelici pugna, sponsoq; minores,
florenis, vincun- Sexaginta omnes florenis pone relictis,
tur à Duce Lu- Discessere retrò: spaciunq; dedere celeti:
dovico. Ruricolæ hinc veniunt quos rusticus ornat amictus:
Ingressus agrico- Rugosæ tunicæ nigro de vellere Calbæ,
larum ad idem Altæ perones, & lævi stamine bracce:
certamen. Nexasq; poplitibus flavo genualia limbo.
 Villosus capiti petasus: circumflua galli
 Quem cauda insignit pulcrè, ligulæq; rubentes:
 At lateri astricto micat aurigarius ensis.
 Ipsi strigosæ sessores tergora manni,
 Quisq; sua cum glota premit. Nam Phyllida portat
 In tergo Corydonis equus: sed mannus Amyntæ
 Thesytlin & sonipes Amarillida gestat Alexis:
 Agrestes roseo fulgentes ore puellas:
 Et succi plena: tegit altos mitra capillos:
 Et vestis nullo commendat pectora cultu.
 Non hic quæsiti appetet mala gratia fuci:
 Non vultum ficto pingit cerussa colore:
 Non Arabum hic redolent merces, & quicquid Orontes
 Huc mittit: non conciliat sua purpura formam
 Virginibus. Spirant hic almi munera ruris,
 Pallentes violæ, & flores bene olentis anethi,
 Et calthæ, & caltis intextæ suavibus herbæ.
 Prævius his utrem buccis turgentibus inflat
 Aſcaules, variatq; sonos: & murmur agreste
 Ventilat: illæ omnes inter modulantur hiantes.
 Tunc ubi per ventum spatia ad bipatentia circi:
 Agrestem ducunt, turba plaudente choræam.
 At precio posito, & cursu certare parati,
 In medium veniunt: vesti meliore veredo:
 Scultetus Corydon, regniq; magister Amyntas:
Tuq;

Tuqué patris desiderium Corydonis Alexi.
 Viginti Ensiferos Corydonis pera ferebat :
 Fœta coronatos socii promiebat Amyntæ
 Pera decem : Iuvenis denos ponebat Alexis
 Florenos. Nec quisquam illo certamine victus
 Discessit: retulitque omnem gens rusticam palmam.
 Vsq; adeò obscuros virtus animabat agrestes,
 Illustrem contra dominum. patriæque parentem.

Postremi accedunt dirum mortalibus omen,
 Tres varii monachi : detonso vertice rasi :
 Vestibus accincti glaucis, & stamine cano,
 Ac ferrugineo. Hi manibus tum fortè gerebant
 Serta corollarum, prisci instrumenta Papisini,
 Arboreasque cruces. It suavibus amula lymphis :
 Præceditque agmen : ritus imitata sacrorum : -
 Spectantumque gregem pura circumulit unda.
 Spargens rore levi, & ramo felicis olivæ.
 Hos comitatur equo, longaque in ueste sacerdos :
 Binaqué Thessalico saga non metuenda veneno.

Quatuor hinc abeunt victi : premumq; relinquunt
 Quadraginta novem, regale nomisma Philippos.
 Vnus ritè decem tamen abstulit inde coronas :
 Vnus de totq; jamque ultimus, agmine vitor.

Postquam hunc circensem finiverat area ludum :
 Armatos fecere choros : certaque vagandi
 Textas lege fugas, in confusosque recursus.
 Insonuere tubæ : partitis inde catervis,
 In varios docto discurrunt ordine gyros.
 Nunc pars in tergum versis referuntur habenis :
 Nunc levos sinuant adversa in cornua gyros :
 Nunc iterum flexis lunatos cornibus orbes
 Efficiunt : nunc conferto velut agmine facto
 Texunt alterno glomerata volumina cursu.
 Ceu quando pontum ventis discordibus actum
 Fert Boreas Austerque refert : molemque profundi

Treragricola, vi-
 etoriam deportat,
 lucrat sexaginta
 florenos.

Ingressus Mono-
 chorū ad idem
 certamen.

Victi Monachi,
 cum suo sacerdote
 dr sagis, amittunt
 49. Philippicos.

Ludus Troia.

Nun huc alterio, nunc illuc flamine gestant,
 Sic Phrygius quondam Trojam ludebat Iulus,
 Littore Trinacrio: & pugnæ simulacra ciebat:
 Nun hos nunc illos cursus, aliosque recursus
 Impediens: textasqué fugas, & prælia ludo.
 Ordine tunc omnes caveq; vacua æquora circum,
 Frenatis in equis procedunt: terque reversi
 Deseruere locum: & ludo cepere quietem.

*Flamivomius bus-
dus, a cana.* Tunc ubi regificos consumito munere cœnæ
 Instituere choros, solitis penetralibus aulæ:
 Et serus vesper jam terram involverat umbra:
 Sævus ibi flammis accinctus Mulciber atris
 Exercet ludos: campoqué potitus aperto,
 Horribiles edit volitanti glande fragores.
 Arx erat in magni fabricata crepedine circi:
 Quadrato constructa situ: quam quatuor arctant
 Ædiculæ teretes, extremaquæ mœnia jungunt.
 In medio turris cœlo fastigia tollit,
 Sulfureis armata globis, facibusqué coruscis:
 Perqué leves auras passim volitante favilla:
 Mirandum visu simul audituqué tremendum.
 Intus viginti jaculorum millia fervent.
 Hic postquam vires, & flamas concipit ignis:
 Exemplò piceus nigræ caligine vortex
 Voluitur, & pingui contorquet nubila fumo.

Sonitus tubarum Insonuere tubæ passim, clamorqué virorum
 Et curvi strepitus litui, raucoqué tumultu
 Cornua: cum toto lucent incendia campo:
 Et circum pulvis, circaquæ undante vapore
 Æstuat: & crebros exhalat in aëre flatus.
 Haud alias fragor est: quam cum per nubila cœli
 Fit sonus: & densi funduntur ab ætheri nimbi.

*Mortaria globos
eiacularia.* Parte alia flammatæ vorunt mortaria, diros
 Ætnæa cum luce globos, atraqué favilla.
 Illi per vacuam volitantes ætheris auram,

Sublati

Sublati ardescunt altè magnoque fragore
 Eructant flamas, subitoqué calore relapsi
 In terram, partes ignem jaculantur in omnes.
 Fit sonitus: fugere feræ, fugere volucres:
 Atq; omnes trepidant Nicrina in valle juvencæ:
 Mulciber hinc alius, plenam frigentibus undis,
 Ignivoma cum luce globus conjectat in orcam,
 Et retrò cedit: rapidus furit ignis aquarum,
 Atq; inter se pugnant humentia siccis,
 Et calida obsistunt gelidis. Globus ipse tremendum
 Stridet: & è tepida prospectans sibilat unda.

*Globi igniti ar-
dentes in aqua.*

Nec cessant glandes: perquæ æquora longa feruntur
 Igniti volucres: similes serpentibus Afris.

Glandes ignita.

Interea lentos turris confidet in ignes,
 Flammivomis evicta globis: cùm dirior horror
 Ingruit: & rutilis incanduit aura favillis.
 Qualis ubi ignifera fessus respirat ab Ætna
 Enceladus, mutatq; latus: procul horridus antris
 Mons tonat: exundant apices: fluctusq; Pelorus
 Contegit: & seva tellurem proximus umbra
 Sepit Eryx: nemorumq; obscurat imagine pontum.
 Iamqué vapore levi, passim tota æquora fumant:
 Omnisqué in cœli convexo evanuit ignis.
 Illi continuant cæptas ex more choræas
 Expectantqué suas à pugnæ judice palmas.

Haud mora: fœmineus sua dat cursoribus ordo
 Præmia: & emerita victorem fronde coronat.
 Primus ibi ingreditur donis Fridericus oliva
 Victrici evinctus, palmaqué triumphat equestri:
 Mompeligardæus princeps, nova gloria rerum:
 Mirum propter opus, mentisque reperta sagacis.
 Altera fert sponsus: certamine solus in illo,
 Qui reliquos cursu pugnantes vicerat omnes.
 Tertia Marchiadæ meritò data dona Iacobo:
 Quo nemo melior frenis, nemoqué volantem

*Premierum &
coronarum distri-
butio à Canæ,*

Aptior alipedem gyrare in pulvere campi.

Iamqué dies aderat regalibus ultima ludis:
 Cùm gladiatorum validis manus inclyta dextris:
 Nuda humeros, medium procedit in æquor: & hostes
 Martigenas, magnis in pugnam provoçat ausis.
 Primus ibi leges, & regia verbalanista
 Poñit: & à vetitis jubet abstinuisse: simulqué
 Emicat: & varios exercet in aëre saltus,
 Tunc capiunt arma, & Mavortia verbera miscent;
 Non hīc pulsantur galeata tempora frontis.
 Non clypeo densum pectus: non ærea suta
 Defendunt pugilis latus: omnia membra reducta
 Verberibus patuere suis: dant vixera vulnus:
 Deq; cruentato distillat vulnere sanguis.
 Ecce autem, dum fulvum unus gladiator ad ensim
 Promicat exultans, ostentatqué arduus artem:
 Innumerisque levem diverberat ixtibus auram:

Agricola gladiatori-

tor.

Forte venit media quidam de plebe colonus
 Aurigæ armatus cultro, sagulique rubentis
 Vellere Calbiaco, ruralia pectora cinctus,
 Scorteæ cui super induæ stat penula: turgens
 Extanti pero: suram tegit undique pero:
 Ipsa viro callosa manus, frons arida rugis.
 Isqué ubi jam media nudus consistit arena:
 Nulli non visus stivam tractare bicornem
 Aptior, aut virga lento stimulare juvencos.

Virtus istius gla-

diatoris rusticæ.

Exemplò vestem ponit: simul arripit ensim:
 Concutiensq; atris vibrantia tela lacertis,
 Irruit. & pugilis consignat sanguine frontem:
 Ille fremens animis, redit in certamen: it unā
 Obvius agrestis rursusqué trementia vibrans
 Tela manu: rursum distingit vulnere corpus.
 Qualis erat quondam extremo certamine fessus
 Demylides Glaucus, jam victor Olympia circum,
 Rurali infligens adversa in pectora plagas

Pausan. lib. 6.
Grac.

Robore

Robore, neglecta, quam non bene noverat, arte;
 Talis & iste fuit, sed non rudis arte, colonus.
 Nam nemo hunc potuit duro compescere ferro:
 Nemo acri superare manu: nemo indere vulnus:
 Multaque dextra virum vires effudit in uno:
 Cum solus remanet nullo ipse domabilis ictu.
 At merito Princeps hominem decoravit agrestem
 Munere: Martiaci statuentem signa tropaei:
 Omnis prosequitur quem lata precatibus aula.
 Dumque colonus ovat, spolioque potitur honesto:
 Hic labor, haec requiem transacti pugna diei.
 Attulit: & positis pars utraq; substitit armis.'

Tandem etiam socco pax est concessa Latino,
 Julius in scenam venit, redivivus ab orco,
 Cæsar: & emensus mirandum Teutonis orbem,
 Suspicit has terras: Germanas suspicit urbes.
 Cui Ciceron comes, istius mirator & ipse
 Teutoniæ. Nam Germanis bellator in armis
 Occurrit longè Harminius, solidaque coruscat
 Lorica: solido contextus corpora ferro.
 Ille ubi flammivomos tormentis emovit ignes:
 Liventisq; globos plumbi dispergit in auras:
 Attoniti armorum tanta novitate, Quirites
 Ætherium vidisse Iovem, coeloque tonantem
 Descendisse rati, specie mortalis, adorant
 Pro Iove Germanum: qui non mortalibus armis
 Dimicet, aut strepitu framearum terreat hostem:
 Sed tonitru, & rapidis excusso nubibus orbem
 Fulmine consternat. Sed tandem discit uterq;
 Humanæ esse reperita manus; fornace Perilli
 Germani conflata: simul qui pulvris usus,
 Quæ vis: quo siliæ possint ignescere motu.

Mox ubi Cæsareis armamentaria dantur,
 Lustranturque oculis: venit Hessus in atria vates.
 Castalios vinctus lauro Parnassi de crines.

*Julius Redivivus,
 Latina Comedia
 N. ad. Frischb.*

Carmina hic appottans Germano scripta Poëtæ
 Marce tibi recitat Cicero: imprestumqué libellum
 Arte typographica: tibi docto pollice monstrat:
 Atq; hoc Germanæ inventum docet esse Minervæ.
 Tum trahit in fabricam, stupefactum munere tanto
 Gentis: & ostendit subjecta volumina prælo.
 Interea Cæsar populo, quæ viderit arma,
 Quæ scloppeta intus, ballistarumq; novarum
 Tormenta, & quales hastas, docto ore recenset.
 Cùm procul Allobrogen, videt adventare, quas illum
 Qui gestat tergo, & peregrinæ murmura linguae
 Muffat & ignotis loquitur cum Cæsare verbis:
 Tullius in scenam, Catto ductore, reversus
 Miratur fabricam, miratur præla, typosqué
 Et capsas, agilesqué manus, hominumqué reperta:
 Et non Barbaricas divini Teutonis artes.
 Congressis tandem cum Cæsare, multa loquente
 De clypeis, de tormentis muralibus: altum
 Incoat, & sacras Cicero deprædicat artes
 Germanæ gentis. llibros & pulpita Phœbi.
 Atq; rotatilibus procusa volumina prælis.

Romulus.

Quæ dum Romanus meritò stupet omnia Cæsar;
 Ecce Caminorum magno purgator hiatu
 Attollit clamorem: Italoqué obniurmurat ore.
 Diffugiunt illi, longo Plutona minacem
 Sarmento veniente rati: quo plectat utruinque,
 Longius absentem, stygiasqué reducat ad undas.
 Multum ibi Romuleæ commertia prisca loquelæ
 In tantum mutata dolet: multumqué nigranti
 Succensens homini Cicero, execratur: & ira
 Infremit ac stomacho laxas immittit habenas.
 Dum tandem placido rursum pacatus ab Hesslo,
 Mitescet: struetæqué petit convivia mensæ
 Exoritur pâssim risus: totoqué theatro
 Existit plausus. Ceu quando Roscius olim.

Romulea

Romuleo scriptas ageret sermone togatas.
 Quicquid enim Cicero larvato dixerat ore:
 Dixerat ore suo: quicquid narrarat Iulus,
 Hæc scripto mimus depromserat omnia libro.

Et jam finis erat ludorum, actique laboris:
 Quando dies epulata novem gens omnis, & aula
 Factus honor: revocatq; domum saturæ agmina tempur.
 Ultima præbebat jam luce repotia festa,
 Dux sponsus: gratisque agitabat prandia mensis:
 Cum cithara redit in medium rubicundus Iopas:
 Intenditq; lyram: & vocem simul applicat orsis:
 Promissæque viris pertexit carmina telæ.

Namq; canebat, uti Henrico dux Sequanus arma
 Carolus intulerit: Comitem belloque nefando
 Ceperit: antè feri sectatum Principis aulam.
 Ut Basilæa gravi bello defenderit urbem
 Mompeligardæam, viatosque represserit hostes:
 Ut comes Henricus, crudeli à compede liber,
 Se Moguntiacis sacrum devoverit aris:
 Ut sobole fatis Eberhardi ad sidera rapta,
 Duxerit in thalami penetrale Simonis Elisi
 Vuecceri natam: quæ pulcra prole parentem
 Ipsum fecit Vdalrico post Principe Teccæ.
 Ut sibi Salmenæam viduus conjunxerit Evam:
 Quæ generum fecit te Dux Henrice potentis
 Brunsvici, Maria tibi se sociante Iacoba:
 Et te Cattorum ductor Gulielme, locata
 In thalamum Mechtilde tuum, stirps magna nepotum.
 Atq; eadem hæc Comitem genitrix enixa Georgum:
 Mille per aduersæ tractum discrimina sortis:
 Donec Landgravia, thalami consorte potitus,
 Barbara, in antiquo sedem sibi limite fixit.
 Hic ubi vitiferos spectat Richovillia colles:
 Et quæ Belgarum Dubis cum murmure montem
 Alluit: & flexo Vesontica ad arva meatu

Henri. Vbisci Adamati F. ex Elisabetha Bavaria Duce: Com. Vuirstemb. sponsi Lud. proavis primus ex patre & auct.

Elisabeth, Filia Simonis Vuucceri Comitis Bipontin & Bidiscani, uxor Henrici: proavia Ludovici sponsa.

Henricus Comes, ficer Henr. Ducus Brunsvic. & Guiselmi, Landgraf. Hassorum.

Georg. Henrici F. ex Eva Salmenæ Comite: pater Frieder. Comitis Vuirstembergici, &c. ex Barbara, Philippi Hessianum Landgrafi filia.

Antiquam ad montis radices, circinat urbem,
Inde genus ductum Friderico, & Regia sedes:
Quem nunc Ascania clarum de gente Sybilla
Condecorat fidus: radiisque corusca duobus
Mater, avum gemino fecit fœcunda nepote.

Vhic. Dux Viri- His adjungit avum Ludovici, armisq; togæq;
tembergicus, Hen- Heroa exilium: cui post lugubria primi
rici ex Elisabetha Funera Eberhardi Ducis improvisaque nuper
Bipontina Filius: Fata Ducis patrui, Rex Æmilianus avitum,
pater Christobori: avus Ludov. spō- Contulit imperium: tituloq; & honoribus auxit
fr: natus an: 1487. Tecciaci Ducis, undenos tum fortiter annos
g. Feb. mortuus Egresso: utquæ suo pro Cæsare gesserit arma
anno 1550. 6. Nov. Prima Ulricus, & Helveti subverterit arcem
Præsidis, ac vastam nudârit milite turrim.

Bellum Palatinū: Tum canit, ut sociis Rubertum bella parantem,
gestum, an. 1504. Atq; Palatino vastantem milite Bojos,
de quo Bartol. in Contuderit: positis Mulbrunne ad mœnia castris:
dib. Austriae. Vl- Utquæ suo allatas, Friderico à Principe, clades
ricus Adamatus, Principi ayo Ulrico (qui iussu Cæsaris olim
avus Ducis Vlri- ei, bellum gesti In Moguntiacas sua moverat arma cohortes)
contra Fridericū Ultus, pro grandi repetiverit oppida multa:
Palat. huius Ru- Et belli jure ablatas possederit urbes:
pertit patrum: ex mandato Frider. Romano faciente ratam post Cæsare prædam.
3. an. 1460. Men- Utquæ Haidenhæmiam primus subjicerit arcem,
se Maio, quod illi Alberto vendente ursbes, & mœnia Bojo.

zii milibus num- Addit Erythropolin, cinctam obsidionibus urbem.
mum Renenium. Et pacis leges, & cassum sanguine bellum.
Sabina uxor Vl- Addit & è Boja ductam regione Sabinam:
ricis: Filia Alber- Consortem thalamo: Chupigunda matre creatam
ti, Duça Bavar. ex Chunigunda, Austria: & Bavari genitoris sanguine claram.
Austriae: Fri- Hinc canit exilium. Sed non sine fletibus udis
derici tertii filia: Singultuqué canit: ceu cum modulamine tristi
nepuis Alberti, ex Anna Brunsui Daulias ales Itym luget. Nam quinq; decemq;
genfis. Absuerat patriis exul regionibus annos:
Donec eum regno Princeps amitus avito

Restituit,

Restituit, Cattis bellum molitus ab oris:
 Vuirtembergiaca natus Mechtilde Philippus.
 Subjicit his sacerorum Vlrici, spectabile lumen,
 Albertum: qui victo armis de fratre triumphum
 Christophoro, & victis de Teutonos urbibus egit:
 Hunc celebrat: quantis Renum superaverit armis:
 Danubii totæ vomerent cùm prælia ripæ:
 Gensqué Palatinis premeretur Boicas signis.

Vtquē Duce casto non aversata cubili,
 Cæsare nata patre Austriaco, Chunigunda: maritum
 Ipsum prætulerit Mahometi: Asiaqué potenti
 Bavanicum pluris pià virgō duxerit agrum.
 Ille quidem C H R I S T O Mahometes jura fidemq;
 Pollicitus, tantæ si pøsset amore potiri
 Conjugioqué nurus: sed quis sua fœdera jungat
 Cum Mahometicola, aut credat sua pignora Turco?
 C H R I S T O aliter visum: quoniam tibi debita soli
 Dux Alberte fuit Chunigunda, tuoqué cubili:
 Omnes ut tecum vitæ traduceret annos:
 Tequé patrem faceret generosa prole Sabina:
 Tecciacos olim quæ augeret in orbe nepotes.

a His Brandemburgo Fridericum stirpe beatum
 Marchiadem sociat: cui pòst Silesia frementi
 Classecā, Pannonia annexuit Austria lauros.
 Ille Borussiacis posuit sua eastræ pruinis:
 Et fera Sarmatici sub casside frigora Ponti
 Pertulit: ille Palatini funesta Roberti
 Impediit copta: & furiosis restitit ausis,
 Terribilis Rheno, debellatorqué Bohemi.

b Tum Sophiam canit uxorem, Genitrice Bohema
 Sauromatuniqué è rege satam: Casimirus ut illam
 Conjuget suscepit Austria genera rit Elisæ:
 Vtq; patrem, genitrix nato fœcunda Georgo,
 Ipsa creârit avum, proavumqué nepote Georgo:
 Æmylie peperit quem, Saxone clara parente.

Chunigunda, uxor
 Alberti Bavariæ:
 filia Frider. tertius
 Imp. ex Leonora
 Portugallie Regi-
 na, secunda sponsa
 Ludovici pro-
 viæ.

a Frider. Marchio
 Brædemburgicus:
 Alberti Achillis
 filius ex Anna
 Duce Saxonia:
 tertius Ludovici
 sponsi proavus.

b Sophia, Polon.
 Regis Casim. filia:
 neptis Vladisl. In-
 gelloniæ: uxor Fri-
 derici: tertia pro-
 avia Ludovici
 sponsa.

Georg. Marchio
 Brædemburgicus:
 Frider. & Sophia
 Filius: sacer Do-
 ci Christop. avus
 Ludovici sponsa
 Maternus: mor-
 tuus anno 1546
 Cal. Ian. 31

Inde refert ipsum Sophia genitrice creatum?
 Ut Ladislai Mayortia castra fecutus,
 Hungaricis Geticos è finibus egerit hostes:
 Ut magni Regis sibi conciliârit amorem:
 Et patriam, spoliis sedem ditârit opimis.
 Ut Latii cultus simulacraque facta Deorum
 Verterit: & veri sacrârit munia cultus:
 Alter Iosias, alter dominator Iudæ
 Hisicias, verusque sui Zerubabal ævi.

*Carol. Dux Mon-
sterburgensis: Fi-
lius Henrici: nepos
Georg. Boebratii
foter Geog. Bran-
demburg. quar-
tus Ludov. sponsi
proavus.* Tum sacerum illius memorat, te Carole ductor,
*Anna uxor Ca-
toli: filia Ioannis,
Duci Glogoviens-
sis & Saganensis:* Monterobergiaci sanguis generose parentis:
*Deniq; ut Anna parens Hædigem enixa, locârit
Marchiadæ uxorem, lecti sociamque Georgo:
Cui pietatis honos, & religionis avitæ,
Imprimis curæ. Nam vera Georgius olim
Rex Boebraciæ veræ documenta salutis
Hauserat: atq; eadem menti instillare nepotum
Sollicitus totis huc propendebat habenis.*
*Georg. March. &
socrus Duci Chri-
stop. avia Ludo-
vici sponsi Ma-
terna.* Adjicit Hedvigi studiosam numinis isti
*Praesignem Sophiam: Bavari quæ filia Iani
Venerat in thalami fœdus genitale Bohemi:
Pars Vuenceslai: magnum pietatis asylon
Hanc memorat divi doctrinam martyris Hussi
Instillasse animo: nutricem vocis amatæ:
Et CHRISTI sanctos opibus foviisse ministros.*
*Sophia filia Ioan.
Duci Bavaria:
uxor Vuenceslas
Cesari: strenua
Husitarum pro-
pugnatrix.* Postremam fidibus Mariam resonantibus Annam
*Concinit: & quantum veteres heroidas æquet
Ingenio: ac morum vera integritate fidequé
Simplice: qualisque suo natas natosque marito*

Ediderit:

Ediderit: quantus Heroo sanguine cretos
 Quæsierit generos: quot tanta à stirpe nepotes.
 Ut prima Hedvigis Ludovico juncta sit uxor
 Landgravio: Ernesto præsignis Elisa marito
 Addita Henembergo: & Gulielmo nexa Sabina
 Hassiaco obtigerit: quartam ut sibi fœdere casto
 Copulet Æmiliam virtus Simeræa Richardus:
 Vxor Anhaltino ducta Eleonora marito:
 Dorothee Maria Henrico societur Othoni:
 Ut sua Lignitium colat Anna illustris Ianum:
 Ut Sophia obseruet Fridericum Saxona conjux.

Sic ô sic, inquit, sibi credula corda piorum
 Et timidas superum mentes ditabit Iova:
 Ille hominum Sator, ille Pater, D E V S ille Deorum:
 Rex regum, ductorqué ducum. Nam copia prolis
 Ex illo manat: tanquam de fonte perenni
 Quæ levis unda salit: proles numerosa favoris
 Argumentum ingens: quo totum amplectitur orbem
 Ille opifex rerum: ô te terqué quaterqué beatum:
 Cui sua tam pulcris pharetra est oppleta sagittis.

Sed quepi te memorem, quó ve in te carmine fungar,
CHRISTOPHORE, illustris Princeps: quē tota loquūtur
 Climata regnum: quem totus prædicat orbis?
 In te sedem habuit pietas, primaria virtus:
 In te vera fides, obfeso pectore vixit.
 Et quisquam orator, verbis exponere possit:
 Qua virtute D E V M, qua mitis nomina **C H R I S T I**
 Majestate animi: qua religione paternam
 Servaris fidei doctrinam, & cœlica verba:
 Quo corruptelas odio, & nova inonstra fugāris?
 Hæc virtus una ante alios est principe digna,
 Nosse salutis iter: cœlumqué intrare: suisqué
 Civibus ætherias temerè non claudere portas.
 Et quisquam faciles animos sat laudibus ornet?
 Quis mentem, miserisque piam, veniæque paratam?

Hedvigæ: Caroll
 Monstberger, sū
 F. mater Ludo v.
 sponsi.
 Filie Dux Ch. i.
 stoph. quibus elo-
 cata Principibus:

Psalms. 137:1

Entomion Illust.
 Dux Christop.

Quæq; tot excubias virtus pro civibus egit?
 Terrificant alii populos, mortemque loquuntur:
 Tu pacem, & placide fovisti tempora vitæ:
 Ut patrii cives tuta ditione fruantur.
 O quantò est princeps omni preciosior auro:
 Quem populi pius urget amor: quem cura clientum
 Afficit? una D E O exequat clementia reges:
 Conciliatqué hominum mentes, & pectora vincit.
 Nec magis excubiae, nec militis arma, nec enses,
 Munitævé arces: quām civicus ille tuetur
 Plebis amor, populique favor, & gratia simplex.
 Qui terret, rursum ipse timet. Sat nota Tyranni
 Verba: Siracosia quem formidaverat urbis
 Incola: ubi auratis pendens laquearibus ensis,
 Colla super, multo implevit terrore Damoclem.
 At bonus æternum jam Constantinus in ævum,
 Theodosiøq; ambo vivunt, & Honorius: ore
 Ingenioq; Duces præclari, ad præmia natí:
 Quiq; sui memores alias fecere mierendo.

Nectu dissimilis tanto Lúdovice parenti,
 Sceptra tenes: patriis ut qui virtutibus æquum
 Æmulitus hoc, peragis vitæ haud ignobilis ævum.
 Nam tua cura, DEVM cœlesti agnoscere cultu:
 Et vitæ servare modum, finemq; tueri:
 Iustitiamq; sequi: & sanctas defendere leges:
 Et colere ingenuas, non temnere turpiter, artes:
 Ingenioq; alias superare, haud sanguine niti:
 Nec tua futilibüs consumere tempora nugis:
 Sed patriæ prodeesse tuæ: prodeesse propinquis:
 Nec tibi, sed toti genitum te credere mundo.
 Perge ita: sic referes cœlesti digna labore
 Præmia: teq; pio memorabunt ore nepotes.

Atq; en ut CHRISTVS præsenti pignore firmet
 In te animum juncta tali tibi conjugè princeps:
 Omnes quæ vitæ reliquos tecum exigat annos.

*Encomion Illu-
stissimi Ducis.
Ludovici.*

Illa

*Encomien Illastr.
Ducis Vrsula.*

Illa patris, primo vitæ consuevit ab ævo.
Iussa verenda sequi: & celsam componere mentem
Ad magnum virtutis opus, dignosqué labores.
Non illi genitrix somnos indulxit inertes,
Desidias vœ molles, & marcida luxu
Ocia: sed stimulos virtutum, & semina laudis
Indidit, ac teneros pietate exercuit annos.
Ipsa parens præcepta dedit, monuitqué suopte
Exemplo facienda sequi: tu respice saltem,
Qui *vates*: quantum egregio decus emicet ore.
Reipice virtutesqué pias, castæqué pudorem
Conjugis, & puri generosa sacraria cordis.
O sponsæ, ô princeps, ô proles magna parentum
Connubio lætare tuo: sponsamqué benigno
Amplexare animo. Non hanc privata dederunt
Limina: non viles illam genuere parentes.
Fama Palatinæ non est incognita gentis:
Neclatet insignis Svecorum gloria Regum.
Iamq; adeò, jam tempus erat, celebrare penates
Sponsa tuos, veteresq; adavos, Regesq; Ducesq;
Et qui Cæsarias quondam gessere secures,
His fidibus celebrare meis: sed longius æquo
Vuirtembergiaci me distinuere penates.

Quod si sponsa piam tu prole beaveris aulam:
Hac ego cum cithara, medium in penetrale revertar
Adq; novas pleno modulabor gutture cunas:
Tum referam, eréptum Danorum è compede regem:
Gustavum: Suecoqué throno, sceptrisqué potitum
Erici: referam, sternentem Danica ferro
Corpora, Gustavum: caput insuperabile bello.
Tunc nervis aptabo meis, tua nomina Cæsar
Ruperit: & tanto natos genitore nepotes.
Tunc omnes memorabo tuas, Diva Vrsula laudes,
Ornatamq; isthic, prælustri semine, matrem
Telyra pulsa canet: te carmina nostra sonabunt.

*Promissæ, de Genealogia & rebus
gestis, Palatinorø
Rheni: & Regum
Suecia.*

Inter eahos ambo traducite moliter anbos.
 Tuq; ô Vuirtemberga potens, & frugis abundans,
 Dives opum, Bacchique ferax, prejosa metallis:
 Aurea quām pleno diffundit cīpiā cornu:
 Funde preces superis, & mecum supplice vultu,
 Pacem ora C H R I S T V M, tranquillæq; ouia Vita:
 P A X ades auratis frontē redimita capillis:
 Et refer antiquam dilapsū temporis suum
 Excedat terris rigido Bellona flagello
 Aspera: pax nostras æternum protegat oas
 Et nunc omnis ovet porrecto Tecticia vultu
 Concelebrentq; choros, & festis passibus adspicunt
 Et varium Nymphæ faciles glomerentur
 Consonet omne nemus psausu, tremiturq;
 Ipse pater coeli nunc prōspicit axe sereno;
 Atq; illo eisulget, quo temperat omnia vultu
 Salve festa dies: thalami salvere pudici,
 Annus ubi exactis totum compleverit orbem
 Mensibus! ante pedes, atq; ora mīlībusq; patentis
 Parvulus in magna ludat L V D O V I C V L V S aula
 Dixit: & è tenui subito disparuit aura:
 Cùm subito motæ sonuerunt verbere pennæ:
 Et cœlo Raphaëlus adestr: intransquæ cubile
 Omnia perpetua genitalia scedere sancit.

EPISTOLA

E P I T A L A M I O N T I S-
DEM NYPTIIS,
scriptum à.

NICODEMO FRISCHLINO
Poeta L. &c.

Dum pātrīus Princeps, vidui post fata cubilis,
Vincula conjugii prosperoris init: (trit:
Huc agite, o quōtquot sacra Vuirtembergia nu-
Seū dives, seu sis pauper, & æris inops:
Huc agite; & nafdo sparsi florente cāpillos,
Dicitē lēssa cāmina digna lyra,
Tuquē labens a vertice cōeli;
Ad nova conjugii scēderat C H R I S T E veni.
Sed mitis, placidusque vēni: nunc exue vēstem
Lugubrem: nitidas hūnē bēnē pecte comas.
Qualem te pēmībent dī vīni oracula verbi,
Venire ad Canā tēmporā festa tori.
Tu sponsō sociām junxisti primus Adamo:
Tēdūce Tobiae Sarā reperta suo est.
Tuquē regis thālātios: per tē felicia lecti
Pignora de cāsto conjugē mater habet.
Eja age: Phœbeas quēm scis contemnete Musas,
Suave mihi aspira carmen amore sacro:
Quale sub auroram, dulces imitata loquelas,
Daulias artifici concinit ore melos.
Quatuor addiderat jam totū mensibus annum,
Qui regit ætherios, temporis autor, équos.
Ex quo Dæthees pollinxerat ossa maritæ
Dux pius, inquē sua contumulārat humo.
Nec dum tristī animo veteres aboleverat ignes,
Ereptæ fato conjugis usque memor:
Cum dux Vinaria egressus Fridericus ab urbe,
Principe Lignitio concomitante, venit.

Anna, tori consors, coniuncta hinc, Sopha rives illuc extensis
 Vtraq; Christophoro Principe Patre satia Dmni, & quod
 Ibat & Alsacis ad nostra Georgius qrvz, & in eam
 Conjuge cum Svecia, pignoribusque novis
 Ille Palatina genitrosus origina Princeps, nol nullum meum
 Cujus inest anima candor, & alma fides vnpa
 Omnes, ut viduo exhibeant solamina fratris
 Et tristem medita, quid dicet ante levans
 Haud mora sit variis peraguntur tempora. Indist
 Qui vel equo magnus, vel pede maiore eat
 Inde sui fronte decorata vitoriis oliva:
 Instituitque novos hospita turbachoroi. Causa
 Germanæ imprimis fratrem stipat sorores, cuncta
 Signaque lætitiae prodere multa suæ
 Tum festis dapibus curæ, vinoque remotaligè
 Tum pulsa in tepidos sollicitudo Notos
 Fortè sub Auroram, densis emersis absidbris,
 Lucifer Eos cum moveret altus equos.
 Consurgit primus, viduumq; cubile relinquentis,
 Se matutinus Dux Laidovicus agit.
 Ædibus hinc mediis, cari conclave parentis
 Intrat, & has fido fundit ab ore precess
 Alme DEVS, quo Patre genus mortale peragratis
 Tranquillum hoc ira, spe melioris iter
 Respice nos, & si nostro quid amore metemur,
 Da Pater hospitibus jura benigna meis
 Nec ubi fortè tui lèdamus numinis iram.
 Inq; tui simus semper amore patos
 Hanc etiam defende dñmum, defende penates,
 Hospitiunqué tui numinis esse sine
 Tum quæ visa tibi nostris aptissima lectis,
 Ut subeat vidui foedera castatori
 Illam exoptato jungas mihi tempore huptam
 Si studiosa tui, si pietatis amans
 Finierat

Finierat: cùm cana Fides & credula semper
 Spes, cùm Dilecta terrena soror venit.
 Sed tum cana Fides speciem simulabat Elise,
 Henneberg et amoplus imitata nurumis
 Nam pullam longo duciebat syrmate vestem,
 Albaqué velabat triste calyptra caput.
 Hanc juxta incedit: scutis dejecta decoro
 Spes bona, techna tam nefcia, fraudis impetu
 Picturata abit croceo sub regmine veste,
 A collo ad tarsos; candida crura tegunt.
 Hec tum se in faciem huique transformata est:
 Quam Dux Ludovicius jusserat esse stram.
 Fitq; venusta soror Ludovici Principis Anna,
 Os rubra, cervicem ducta, flavæ comas
 Tum lateri agglamerat Fidei Dilectio dexteræ:
 Sequé tuam uxoriém Dux Friderice facit.
 Omnia jam Sophię similis, vocemque disertam
 Et roseam faciem, laetolasque manus
 Palla huic, & pictum croceo velamen acantho
 Corpus obit, nitidas aurea vitta comas.
 Surgit, ubi hastatit Princeps, & poplite flexo
 Obviat, & docta porrigit arte manum:
 Tum simul aratis omnes considere sellis
 Iussæ: mox verbis talibus orsa Fides:
 Quid teneræ perdis ver istud amabile vitæ,
 In vidua solus, Dux Ludovice, domo?
 Perpetuane dehinc mœrens carpere juventa
 Nec casti noris pignora cara tori?
 Id cinerem, & manes credis curare sepulta?
 Conjugis: ut semper busta priora gentas?
 Quin tu junge toros iterum: pigeatqué dolenti
 Tot ibi jam vacuos præterisse dies.
 Iunge torum, & thalamæ ne sit jactura prioris,
 Intret in amplexus sponsa novella tuos.

Sic, ubi Thariades dñeſſet funera Saræ,
Ceturam sanctus ducere jutſſit amor.
Sic post Aſubꝝ tristissima ſata Calebūs,
Arſit in Ephrātæ candida colla ſua.
Uerquæ olim mēdīo; jaſarus nevita Ponto,
Qui modò turbatis vela regebat aquis.
Cùm maris effugit rabiem, ventosq; furientes
Iamq; ſuo tetigit munere fundas humuin:
Immemor ærumnæ, toleratoruſiq; laborum,
Dulcia ſecura gaudia mente capiſt.
Iucundoſq; agitat cara cum coniuge rīſis,
Signaq; lætitiae dat manifesta ſux.
Sic te, poſt viduū tristissima dama cubillis,
Carpere porrecta gaudia fronte dacer.
Quid juvat iſſiduo frennum laxare dolori?
Et largo tristeſ imbre rigare genas?
Quæ ſemel occubuit, nulla eſt revocabiliſ arte:
Panditur ad nullas janua furva preces.
Ergo aliam tibi quere parem, ſotiamq; laberunt
Nobile quæ vitæ ſit diadema tuæ.
Hac cum tu reliquos ævi feliciter annos
Consumes: hæc ſpes altera ptoſis erit.
Nondū ſnierat: cùm ſic Dilectio vocem
Interrumpendo, o inclyte frater, ait:
Parce precor lachrymis: moeſtum deponē dolorem.
Nil proſunt lachrymæ: nil juvat iſte dolor.
Cur viduum peragis hac vita reimpius intere?
Hoc ævum ſancto cur ſine amore teras?
Dulcius in terris nihil eſt quod vivat, honesta
Conjuge, quam ſedci mutua cura tenet.
Sive etenim vultu ſplendet formunſ ſereno:
Sive pruinoſis intonat Auster aquis:
Sortis adeit utriuſq; comes, pars optima, conjuſ
Proquæ ſui non eſt lenita ſalutē viui;

Vtq;

Vtq; alii fugiant: hæc semper vincit amicos;
 Gaudet & ad partem primam venire suam.
 Hæc consolando multum in cunctis tribus auctoribus fert:
 Atq; sit ut mentis pars bona salvo facit.
 Hæc, lecto ut recubes, venis fugientibus regeret.
 Ultima sors anima dñm tibi restat, adest.
 Quid multiq; fuisse risus, seu seria tractes?
 Et lusus tecum, seria que uxor agit.
 Quare age conjugi yinclane subtrahere collum:
 Asperet radis aura secunda novis.
 Hæc soror: hæc caro dulcissima verba sororis.
 Confirmat nutu Spes operosa pio.
 Cùm frater Princeps, amans plenissimus æqui,
 Infit: & in tales exerit ora modos:
 Germanæ illustres, castissimæ cordæ, sorores:
 Que me fata vocant, hæc defet una sequi.
 Non opis humana res est, connubia jungit.
 Conjugii primus conditoris ipse D E V S.
 Impulit illas sepius amicorumque: nec uxor
 Iam procul externis inyenienda locis.
 Vidi ego, vidi unam cum nox hesterna choræas
 Tuulet, post sumptus instituisse dapes.
 Hæc Saræ formam, mores Judithis habendo,
 Visa mihi ante alias Principe digna viro,
 Non illam prius, non religiosa voluntas.
 Deficit: & multa mens operata D E O.
 Tum placidior esset, & vivida pectore virtus:
 Quæ vires etiam corpus habere facit.
 Clarius hic ~~P~~er amicat illi marmiore vertex:
 Collaque sunt ipsa candidiora nive.
 Qualem vere nox prebeat per prata colorem,
 Candida purpureis lilia mista rosis.
 Talis inest rosa fulgens in virgine vultus,
 Qualis Appellæis non fuit intabulis.

Quid genus? In hac via querant de stirpe parentum.
 Quos virtus iustitia nomen habere sinit.
 Si qua DEVM metuit; fido subiecta mariter.
 Præcipue hæc genitam nobilitatis habet.
 Hæc adeo Attalicas dotes, hæc munera vindicat.
 Lydius auratis quæ vehit Heribus quis.
 Si tamen & proavos quæram, gentemque virorum
 Hic etiam laudem quæ memoremque habet.
 Majores illi sacra de stirpe Palati.
 Gloria quos humans evehit alta suis.
 Ecquis enim traxi sceptrum regale Robetti.
 Nesciat; imperii qui tulit his usus.
 Quem sua facta virum præcis heroibus æquauit,
 Amplaque victoriæ parta trophyæ manu.
 Quis laudes atavi ignoret: victoria dives.
 Cui verum Stephani nomen habet dedit.
 Vivit adhuc ab avi Ludovici gloria: Amato.
 Qui Comiti Huldricho Thessem altererat.
 Nomen Alexandri nullo delectum.
 Quantisper proavus progenerabit.
 Quid loquar insignem vera pietate Robertum.
 Quo virgo hæc claro Principe gaudet avunculus.
 Nemo illi melior: nemo studiosius agnitus.
 Romulidum, Carolo sceptra tenente, fuit.
 Hinc satus eximia clarus virtute Georgius.
 Clarus Ioannes: hospes in aere meus.
 Dux pius & sapiens: qualem vix probata erat.
 Aurea: Dux animi plenus ubique boni.
 Quem varie decorat præcello in pectora dotes.
 Ingenium felix, judiciumque sagax.
 Et nitor eloquii, & docte facundia lingue:
 Sive Latina velit, Gallica si eloqui.
 Tum virtus anime longè sublimior ipso:
 Notaque, sed nostro tempore rara, fides.

Cetera

Cetera passus opereis memoranda carmine,
 Nam virtus ligata est hæc gravio ne tuba.
 Quid verò matrem? matrem exemplar honestas:
 Regia cui pietatis stirps origo ventus,
 Nam paternæ, Sæpiusq; Gustavus in ornata
 Rex pius, & sapientia clarissima orbe fuit.
 Hic ubi Mechtilde patridus sub fidere vertex
 Orbis, Hyperboræis altis extat aquis,
 Terra ferax frugum, nec quisque & divinis auris
 Sed bellis studiisq; pietatis placitæ nō posse.
 Hinc Anna est: matri cognomini Anna: potenter
 Rege sata, & mentis rotibus aucta bona.
 Vix illa quæquam pietatis amantior, illa
 Vix quæquam libris tempora plura dedit.
 Non illam fugient veterum præfigia Vatum:
 Non Lucifer, & Bandipagina quicquid habet:
 Non, quæcumque frato cecinit modulans ma plectra
 Psaltes, Non numeri rictusnotata tener.
 O quoties duris misericordia pectus aperit,
 Exposita patrem supplice voca D. E. V. M.
 Talem credibile est Anna virilis, parentem
 Sive tuam Samuels, sive Phanueli satam.
 Ecquid adhuc dubitamus, suavissima corda, sorores,
 Hunc sacerdotum, hancqué mihi conciliare socrum?
 Et Mechtilda fuit yeteri de gente Palati:
 Mater Barbati religiosa Ducis.
 Nec Dux Æmylia Richardus habere maritam
 Noluit: hac Rheni maritus & ipse domo.
 Quin adg̃o nuper de stirpo Henricus eadem
 Dorothæen duxit, iuræ deditq; tori.
 Et soror Æmilie est nobis & Dorothæa:
 Vtraq; Rhenano consociata toro.
 Vix hæc ediderat: cum sanctis eredula verbis,
 Has rosco voce regant ore FIDE S.

Novi, inquit, ad me; quam tu carissime dicas my
 Et cui jam dicas: tu mihi sola places.
 Ursula sola places. (Nam solum prædere nomen
 Restat, ab hac tanta quæ tibi nata domo est.)
 Ursula virginis flos illibate pudoris.
 Fallor? an hoc nomen nominis omen habet?
 Certè prima toro fuit Ursula juncta jugalit:
 Ursula nunc eidem pars secunda toro.
 Atq; en, ut faveat præfens tibi fortis annus.
 Nescio, fertilitas ista quod omen habet.
 Nam tum cùm primi perigiles foedera leisti.
 In cursu simili frugifer annus erat.
 Tunc vixit vénere boni: tunc confita postus.
 Opplevit hæcis fructibus otium penitus.
 Aurea tunc pressos pedibus dedit adiqua.
 Protulit & flavos messis opima cornua.
 Nunc itexum, falces posti appendente calone.
 Distendit spicis horrea plena.
 Pampinea squalus altis induxit tollibus umbras.
 Iam cernes cupis servere multa inuidia.
 Iam pede collectas calcabit castis discutias.
 Dolia dum nobis deficiantque lacus.
 Quod si deuina tuis veniens conatibus obstat,
 Longinquis namquam commoda bruma vias.
 Differ, dum gelidæ transacto frigore lucis.
 Nec thalamo tempus quam ver, est apertus ullum.
 Vere teperatere: Vere nitescit ager.
 Omnia tunc floreat: tuus formosissimus annus.
 Tunc suus est pratis arboribusque decor.
 Et formosus amor formoso tempore dignus:
 Et sua festivis competit hora jocis.
 Dixerat: una omnes Germanam voce sequuntur:
 Inprimis casto pectore risit Hymen.

Blandus

Blandus Hymen, primo thalamos nos passus iuertes,

Conjunxit sanctis pectora bina toris:

Primus restinxit serpilia, vincula letri:

Interruptu*s* diu, lege tacente D E I:

Quando feræ gentes, peccatum de more vagatae,

Turbassent casti foderæ conjugii:

Ergo dies, alterque dies ubi transiit: omnes

Excedunt aulæ, reproperantque domum,

Inter ea hybernae labantur tempora brumæ,

Et vetere elapsi, mox novus annus init.

Continuò missi sponfam à genitore petitum.

Vt ventum: oratum, pollicitum atq; datum.

Iamqué dies certiori nocturna illa sereno:

Qua subeat socius qm Dux virgo torum.

Dicamus bosq; ephæ venit Dux Sponsus ad aras:

Quisquis ades, lingua vir mulierque favæ.

Cernitis auræ, ostrear Dux Sponsus ad aras:

Vinctaque post festo Spofia venusta comas.

Reddamus premita D E O, reddamus honores:

Et prece divinam sollicitemus opem.

Auxilium quæcumque D E I cœlestè precatur,

Non venit è templis irrita turbæ domum.

C H R I S T E, enid apibus festis, prolemq; ministra;

Laudat grante Ducum turba novella pedes.

Annuë: sic tua sit felix Ecclesia C H R I S T E:

Sicutua perpetuæ vox super orbe sonet:

At vos Conjugiæ vinclo propiore ligati:

Tu Ludovice parens, Ursula tuq; parens pugnare;

Vivite felices ambo, dum tarda senectus:

Inducat rugas, inficiatque comas.

aueris

CARMEN NUPTIALE, DE
IISDEM NUPTIIS, SCRIPTVM A M. TA-
cobo Frischlino Balingensi: Scholæ Vileib-
lingensis Moderator.

SIC redit auricomus quondam post nubila Phoebus
Quoniam terræ pluvia commaduere diu p[ro]les
Sic, postquam ferae requierunt frigora brumæ,
Hybernamq[ue] preparat suitor aura soluna

Nec fera perpetuæ surit inclemensia coelis.
Nec pelagi tempestas veberat Eurus aquas.

Ver redit: & verno redeunt dum tempore flores:

Iam nova de viridi cortice gemma cum tumeat.

Nunc & opaca suis operibus frondibus arbor:

Prodit & in summuad seminata herba solum.

Nunc tepidum volucres concentibus aera mulegit.

Ludit & in pratis, lixiriat quoq[ue] petas.

Nunc blandi soles: ignotaq[ue] prodit hirundo teles.

Et luteum celsa sub trabe figit opus.

Nunc salicum tunicas labris modulatibus inflat.

Rusticus & longos decipit ore dies.

Nos quoq[ue] lætari decept, & nova prædere yoco.

Carminal: dum scodus DVX geniale fert.

Salve festa dies: binos optata pecus amposa.

Salve Teccato lux ter amena folia.

Dicite magnanimo cuncti pia carmina sponse.

Dicite jo Patres: dicite jo pueri.

Tempus enim luctus, desuetum peccore tristi,

Præteriit: & nunc latior hora venit.

Est modus in rebus: neq[ue] nos squalestre laeta.

Condecet & lacrimis debet adesse modus.

Sic pius Abramus, Cetura conjugæ dudæ.

Pensavit vidui tristia damnatorum.

Sic Abavus Ludovicæ tuus, post funeris abines.

Conjugis, est aliam nactus in orbe parem,

Margaris

Margaris huic uxor, Cliven sis filia Adolphus.
 Prima: sed hanc postquam mors inopina tulit:
 Heinrici vi duus Bonorum sanguine Elisam.
 Progenitam, thalamum iusti inire suum.
 Hinc satus Ebrardus, Ducus inclita fama secundi,
 Et domus Heinricus et quipuis est proavis.
 Sed quando habet etiam stravissent funera ruptam
 Famam, regiam premerent certia fata domum:
 Ille sibi Allobrigem coniux fecerat sacra.
 Margarin: Aminado de Genitore satam,
 Quæ binos itidem sepetiverat ante matitos:
 Te primum, & Saculi Roxi VDQVICE soli:
 Te Dapifer Rhemi, Princeps Ludovicus secundum:
 Tertius in factis subiuste Comes.
 Haud secus abdita persinus stibile, prima
 Conjugi, quæ vere Dorothæ a fuit.
 Nunc Vuitenbergæ Domino DEVS annuit aula:
 Conjugis alobius participemque facit.
 Scilicet hoc meruit pietas principo auctore:
 Et pristinæ religionis amor.
 Nam quis Ludvicum, quem Vuitenbergæ creavit,
 Nesciat insignem religionem Ducem?
 Et qua mente DEVS imitat, qua munera CHRISTED
 Virtute atq; fide, quæ pietate colat.
 Hæc virtus una, antedictas præstantior omnes.
 Æterna verum posse salutis iter.
 Nec minor est sponsæ pietas, morumq; pudica
 Integritas, vita perpetuæque tenor.
 Haud illam nobis viles peperente parentes:
 Edita sed prisæ proveni illa doma.
 Est Antiqua dominus, sanctaque vetusta peitorum.
 Clara Palatinæ homini genus habet.
 Ex hac sponsa venit cognominis. VRSVLA prima:
 Vxori: raptam quæ sua condit hauius.

Huic Pater insighti pietate fideisque Georgius
 Ioannes: studiis deditus usq; bonis.
 Nam leges & jura fori civilia doctus,
 Scit normam juris iustitiaeque viam.
 Interpres fuit is legum non ultrinus osm.
 Vrbs ubi nunc celebri nomine Spira facet.
 Namque fori praeses fuit Imperialis: idemque,
 Quod Minos patriis, quod Rhadamanthus agit.
 Consiliis acq; alte potens, & summa lingua
 Præsidium juris, iustitiaeque deus.
 Salve præclarum specimen virtutis avito
 O Patriæ salve gloria summa mea.
 Salve tota dies: albo signanda lapillo:
 Salve Tecciaci sponsa venusta Ducas.
 Non te poeniteat fortunatissima Nympha,
 Huic te quod nuptiam contigi est esse Duc.
 Nam hie et antiquosis stemmate clara parentum?
 Et genus a celso nobilitate trahas:
 Non virtute sua, non sanguine sponsus avito
 Hic tibi, non patris cedit imaginibus.
 Quæ tibi si vellem nunc omnia proferre, Christus
 Iliaco majus codice sarget opus.
 Aspice tu saltem, lætentur ut omnia passim,
 Dum festos intras o pia virgo, te, os.
 Aspice turmatim Viziblinga civis ab urbe
 Ut ruat, & sponsæ det pia vota tibi.
 Aspice Grüninga veniant quæ ab urbe cohortes,
 Atq; Leonberga nunc quæ ab urbe rulant.
 Aspice Canstadio collectam rare phalangem.
 Nam simul egressi sunt ibi mille viri.
 Mille etiam Stuccardeis è mœnibus adsunt,
 Ducturi ad nostros te, pia virgo, Lares.
 Omnes ingeminant plausum, votisque precantur
 Felicem hunc nostris civibus esse diem.

Annuat

Annuat ut CHRISTVS sc̄pt̄o, thalamumq; secundet.

Et det s̄ecundū pignora multa toris
Huc ades, exclamat, pater optime, Spiritus alme,

Et fili votis, huc aderis, p̄iis
Da nūncte facilem DEVS Optime Maxime patrem,

Aspiraque novis, quo potes ore, toris:

Semper ut illa vetus Teccæ gloria gentis,

Et Vuittembergæ floreat arcis honos.

Floreat arcis honos, vigeant pietasq; fidesq;

Et maneat veræ religionis amor.

Vive diu Ludovice, tua cum conjugè conjux;

Sitq; tuus felix, & sine labe torus.

sc̄pt̄o.
sc̄pt̄o.

Ut malv; b̄is q̄dlnq; V̄ dies LVstra Verat Iste:

V̄scula cum Teccæ Princeps sponsa fuit.



ANNA

P A N E G Y R I C I T R E S S

DE LAVDIBVS D.D. MAXAEMYLIANI II. ET RVDOLPHI II. MAXAEMLIANI F. Romanorum Impp. semper Augustor: PP. FF.
ac Germaniæ, Hungariæ, Bohemiæ, &c. Regum:
Archidacum Austriæ, Ducum Burgundiax,
Comitum Tyrolis, &c.

HABES IN HIS LIBRIS, DECEM AVSTRIA-
*corum Cæsarum historiam tanta brevitate, tantoq; studio
comprehensam ut maiori vix posse.*

P A N E G Y R I C V S P R I M V S.

DE LAVDIBVS MAXAEMLIANI
II. ROM. IMPER. AVGUSTI P. F. &C.
ab Anno Christi 1527. usq; ad exi-
tum Caroli V.

*Edit. Anno Christi
1577.*

Pvisa Fides terris, quæ quondam regna colebas.
Aurea, nunc raro prospectas numine gentes:
Huc vittata, comam, & ferali cincta cupresso
Tempora: qualis eras Trajano Cæsare rapto:
Mitibus exequiis: ades & mea dirige cæpta,
Conatusqué juva, vosqué ò gratissima Divis
Numina, Pierides manibus date lilia plenis.
Purpureos spargam flores, animamque parentis
His saltem accumulem donis, & funera plangam.
Este procul, quorum mens est adamantina, & omnia
Asperior scopulo. Rex est, qui fletur & orbis
Arbiter: Austriacis Rex Aemylianus in oris
Maximus: haud ulli veterum virtute secundus.
Sive fide, seu quis pace est expertus & armis.
Et quis non doleat? quis non pia pectora questu
Rumpat inexpleto? plorat viduata marito

Cæsar

Cæsare prælustris Marie: manibusq; capillos
Implicat, & sanctum conspergit pulvere vultum.
 Ipse etiam celeres genitoris filius annos.
 Cæsar, & immates credit properasse sorores.
 Macte pio fletu Cæsar, gemituqué Rudolphe
 Macte pio: dabimus, quæ fas, solanina dignis
 Luctibus, æternasqué ultrò sacrabimus umbris
 Inferias. Patrium tu Eoa messe sepulcrum.
 Sparge: & ab extremis venientia cinñama terris
 Inde rogo. Tyrioqué amici lacrymabile corpus
 Murice: ut Arabios exhalet fumus odores:
 Vt Germana suum gestent piæ collæ parentem:
 Vt resonent planctu regna omnia: totus ut agmen
 Funereum junctis exercitus ambiat armis.
 Conde etiam tumulum vivode mariore, & omnes
 Artificum curas vultum signare fatigā.
 Muriēta nos nullis posthac arsura feremus
 Ignibus, æterno decorantes carmine patrem.
 Quamvis ipse suo manet immortalis honore,
 Ne claudis majoris eget: quem gentis origo,
 Quem patrium decus æternat, quem propria virtus
 Et pia cæpta beant, verisque coloribus ornant.
 Non illi obscuræ plebeio à sanguine gentis
 Linea: non proavis orbatum stemma: sed ingens,
Sed prælustre genus; quod totum sceptra per orbem
Sparsit, & imperii summas tractavit habenas.
 Nam Ferdinandus erat genitor genitore Philippo
 Editus, Aemyliique nepos, hoc nomine primi
 Cæsaris: & frater Germani Cæsaris idem
 Idem sublato super æthera Cæsare Cæsar:
 Archiducum soboles: rerum quo frena tenente
 Bellorum abjectis, tranquillo tempore. signis:
 Laurigeras Mavors Germana pér arva secures
 Pacatis gessit manibus: potuitque micantem
 Loricam mutare toga. Soror ipsa remotis

Ferdinandus Ima-
perator Max-
mylian Cæsar's
pater.

Armorum sutis, placidas vēctare curules
 Cæsarīs? & trabeam manibus præferre supinis
 Tūm non erubuit : nec quenquam fama fefellit
 Iustiticiæ. Germana pium, Germana benignum
 Ora habuit Regem : nec tali Cæsare quisquam
 Turbavit pacem, tranquillæqué ocia vitæ.
 Cumq; prius totum domuisse Carolus orbem
 Victor, & in populos vertissest tela rebelles :
 Nunc Italos fines, nunc Gallica rura potenti
 Marte petens, nunc Teutoniam vītricibus armis
 Invadens: quā Rhenus agros, quā perluit Ister:
 Huic DEVS imperium sine vi, sine sanguine fusō
 Annuit : & placidæ concessit tempora pacis.
Non minor est virtus armis qua sita, tucr
Legibus : infesto quā m res acquirere bello.
 Quid mores memorem divino Cæsare dignos?
 Exemplumquē boni Regis? quis mitior illo
 Princeps, aut sancti fuit observantior æqui?
 Quis melior judex pacisquē sequester, ubi ortæ
 Spectabant litem aut bellum lacrimabile turbæ?
 Non ille ignarus legum, jurisquē Latini:
 Non rudiſ Ausoniæ, non artis amabilis expers?
 Sed doctus princeps, & summus amator honesti.
 Vxor erat veterum pronata è sanguine Regum
 Hungariæ qui Sauromatas junxeré Boëmis:
 gina, Vxor Ferdinandi, Maxamy- Pannoniamquē omnem tutati fortibus armis,
 liani mater. Regnorum gestere trium decus atq; coronam.
 Nam Ladislaus genitrice creatus Elisa,
 Progenie Augusti, (Latias qui flexit habenas
 Imperii, & duros sua sub juga subdidit Hunnos)
 Atq; idem proles Alberti posthumia Regis :
 (Cæsareos itidem socera de Cæsare fasces
 Qui cepit) lecti partem sibi fecit Elisam,
 Sarmatico quondam Casimiro rege creatam.
 Hinc satus Hungaricis Vladislaus in oris,
 Rex armis opibusqué potens : qui conjugè Francæ

Annam progenuit, claram virtutibus Annam,
 Vxorem Fernande tuam. sic sanguine ab uno
 Se scindit genus amborum. Nam sextus ab Anna
 Stirpis avus patriæ, genti communis utrique:
 Atq; idem sextus patrum Fernande tuorum,
 Quæ verò conferri illi, si præmia formæ
 Aspicias, Nympha possit? quæ Gratia possit?
 Quæ Tanaquil, si sensa animi solertia culti
 Respectes? quæ Penelope? quæ Claudia possit?
 Quæ gravis incumbens casto Lucretia ferro,
 Ingenuum possit Reginæ æquare pudorem?
 Quin etiam hospitibus communis portus, & egræ
 Confugium turbæ fuit: & miserata dolores
 Oppressorum, inopes verbisquæ opibusq; levavit.
 Monstrat adhuc largæ monumentum nobile dextræ
 Clara Vienæ: gregi structum sapienter egeno:
 Annæ opus, hospitibus miseris ægrisqué parata
 Limina, Tarpejis non inferiora columnis.
 Fortunati ambo, divus cum conjugediva
 Cæsar, & hinc nati, quiquæ enascentur ab illis.
 Qualis hic Æmylius, tantis natalibus ortum
 Qui trahit: Imperiiq; hujus moderamina gescit:
 Omnia Fernando similis mentemque fidemq;
 Inquæ pari Pacis studio, pare juris amore,
 Iusticiæquæ pio cultu, & præstantibus aulis.
 Hoc nascente pater Budam Pestymquæ recepit,
 Pannonias urbes, & finibus expulit hostem
 Threicium, inquæ fugam convertit Iazygis arma
 Vaiyodæ, & regni accepit Diadema Bohemi:
 Sceptraquæ Pannoniæ, rapidum trabeatus ad Istrum.
 Victrici obtinuit dextra. Simul orbe remoto,
 A triferi quæ lympha Tagi regale Toletum
 Alluit, Hispanum Regina Isabella Philippum
 Ediderat: pulcra faciens te prole parentem
 Carole: quæ patriis olim succederethæres

Hofftium publicæ
eius Vienæ.

Ann. natal. Ma-
nemyliani 1572.

Philippus His-
pania Rex natus.

Imperiis, placidaqué urbis ditione teneret.

Tunc auro intumuit Tagus, & grave flumen Iberus.

Lenior effluxit: vitreisqué Atlantica Tethys

Luxuriabat aquis: tum floribus omnia yernis

Induta & roseis stabant evincta coronis:

Flumina tum mellis, niv ei tum flumina lacticis

Erupere solo: tum flavis Ister arenis,

Candida purpureis mutavit ovilia lanis.

Tum fulvum sacris volvit natalibus aurum

Rhenus, & Eois complevit littora gemmis.

Venit & excelso Themis æthere: venit Olympo

Austræa, ardantis deserta sede Leonis:

Vtraq; Diva potens, cœlesti semine creta:

Vtraq; magnorum custos invicta parentum,

Et Regum nutrix: Quarum prior arya Tolepi,

Occiduumqué subit orbis latus, altera Eeos

Archiducum fines petit ocyor hæc uti Magnum

Æmylium uberibus sibi nutriat, illa Philippum

Accedunt Themidi comites navalis Enyo,

Et vindex Nemesis, Virtusqué & amicta trophae,

Cana Fides, niveisque volans Victoria pennis.

Nec suus Astræa defit comitatus amænæ

Virgineus: quam porè hilari Concordia vultu

Insequitur, spicamqué tenens Pax aurea fertur,

Gratiaqué & felix Pietas, & mellea Pitho.

Protinus officii partitæ munera, cunas

Circumstant, manibusq; movent, puerisq; soporem,

Conciliant: escasqué parant, atq; ubera præbent:

Pars manibus gestant: Pars undis corpora tingunt.

Vota facit Pietas, componit Gratia vultum,

Os tenerum pueri Pitho balbumqué figurat,

Affaturqué, docetqué loqui: Pax limine pellit

Terrores: placidamqué indit per membra quietem.

Iusticiae inspirat ferventem Astræa calorem.

Iamqué ubi paulatim patriis adolesceret otis

Æmylius

Æmylius princeps: en patruus arbiter orbis
 Hesperis infert terris, natoq; Philippo
 Consociat, primis amor ut constaret ab annis
 Mutuus, & charos connectat gratia fratres.
 Non hic desidias molles, non marcida luxu
 Ocia, non somnos Virtus peritifit inertes:
 Sed durare manus, & fortia membra laborem
 Perferre edocuit: morumqué eviqué magistrum
 Addidit imbellis, certo qui fœdere legum
 Et premere, & laxas sciret dare doctus habenas:
 Ingenuasqué animis indat puerilibus artes:
 Et cruda teneras exerceat indole vires.
 Sic Samius præcepta Numæ, sic mitis in antro
 Tradere Phyllirides animoso jussus Achilli.
 Omnibus hoc stadio prior Æmilianus inibat
 Certamen, studioqué omnes superabat, & acri
 Indole: nec libræ cedebat mollior ætas:
 Quicquid Smyrna dedit, sublimes quiçquid Athenæ
 Quicquid Roma vetus librorum, & Mantua dives:
 Quicquid Agenoreæ docuerunt limina sedis:
 Viribus id totum ingenii solertibus haust,
 Sic Pithò monstrante viam, clavumqué tenente
 Ambrosia Charite. Hinc pacis moderamine ductus
 Spicula Pelidæ manibus tractata cruentis,
 Et nimium laxas iræ damnabat habenas:
 Æneæ pia facta probans, non effera Turni
 Arma, nec Hetrusci furialia bella tyranni.
 Non rabies illi placuit damnosa Periclis,
 Non leve Cliniadæ, & quovis variabile vento
 Pectus, & infani nunquam vis grata Cleonis:
 Illi gratus erat benefido pectori Cimo,
 Gratus Theramenes, Niceratoqué creatus,
 Miltiadæqué fides, & cauta Themistoclis arma:
 Gratus Aristides patriæ justissimus unus
 Qui quondam fuit, & turbæ non asper egenæ

Studia Pueritia.

Gratus erat Curius : Latio qui littore Pyrrhum
 Depulit : argenti gratus contemtor & auri,
 Fabricius : nulli cui pervia pectora culpæ,
 Non illi rabidus Varro, ductorqne placebat
 Flaminius, cæco qui verteret omnia casu :
 Sed qui consilio rerum momenta sagaci
 Perpendens, lento rapidum luctamine Pœnum
 Compressit Fabius : quiq; hostibus arma Camillus
 Intulit, & signa Ausoniæ captiva reduxit.
 Sic Nemesis juvenem, sic virgo Astræa docebat.
 Scilicet in mores abeunt studia ipsa, suoquæ
 Cultores primis deinceps comitantur ab annis ;
 Et semel imbutuni conservat testa saporem
 Addo habiles artus, & membra laboribus aptè
 Consuefacta suis : præceptaque fortis Enyus,
 Quæqué Thenis docuit : sub dio ducere vitam ;
 Pauperiemqué pati : frigus tolerare Notosqué ;
 Et solis perferre jubar : non cedere qmibz
 Planiciem cursu, valles evincere saltu :
 Ascensu superare jugum, vada cæca patatu :
 Tum varias belli Victoria perdocet artes :
 Qui locus aut fossæ sit idoneus, aut mage vallo :
 Vnde aqua prorumpat quibus opportuna ferantur
 Frumenta è terris: aditus quis durior hosti
 Commodior sociis: quæ faustæ tempora pugnæ
 Optima : quové aciem deceat componere cælo :
 Qua pedites, qua fidi equites statione locandi :
 Qui dextrum cornu teneant, cornuq; sinistrum,
 Aut medium servent aciem : quæ velitis alæ :
 Quis melius quadratum ordo consistat in agmen,
 At Bellona sagax, quo sit discrimine miles,
 Edocuit : quis equum curvo convertero gyro :
 Aut per planiciem celeri transmittere cursu :
 Aptior : aut sudibus melior, volucrivé sagitta :
 Emissové hostem possit contingere plumbo.

At

At ne per vanas credas mea carmina laudes
 Errare, & nimium laxis procurrere habenis:
 En bellis experta daho. nam Gallia testis.
 Landresiumqué fetox, & Sandosiria tellus:
 Quam patrui ductū domuit vītricibus armis
 Pars ingens belli: cūt nondum septimus illum
 Annus ab undecim⁹ caperet. tūm pace sequestra
 Archiducem genitor veteri⁹ pro more creavit
 Limitis Austriaci: & genti dare jura Bohemæ
 Iussit, & Imperii paulatim assuecere habenis.
 Hic velox pietas, velox prudentia & ævo
 Major, adhuc teneris sese ostentabat in angis,
 Nam juvenis folio Fulcrus genitoris eburno
 Noscebat causas gestarum ex ordine rerum:
 Iuraqué dicebat: veterumqué exempla secutus
 Iudicio sancti dirimebat facta senatus.
 Fronte suus fulgebat honos, sua gratia linguae:
 Et nitor etri inerat, mens veræ conscia laudis.
 Tum Regem agnoscunt proceres, patremqué futurum
 Nunc olim patriæ: & taciti suffragia vulgi
 Decernunt illi, quicquid post detulit orbis.

Ecce autem subito tristis consurgit ab axe
 Tempestas pacem turbans, orbisque quietem
 Teutomii: dirisque implet rumoribus urbes,
 Acceditque animos fervente cupidine Mavors.
 Vndiq; collecti coeunt proceresque ducesque:
 Infandumq; omnes contra magna omina bellum:
 Contra fata DEVVM, perverso numine, poscunt.
 Tum patriis Cæsaricircum stipatus Iberis,
 Et gente Ausonia, & Bavaria utrericibus armis:
 Austriadumq; ope succinctus, frameaq; Bohema,
 Pronus in arma ruit, Martemque fatigat Iberum,
 Vrget honor sceptri, & genti tutela paternæ,
 Et priscæ pietatis amor, pacisque cupido.
 Illos servitium sub religione Paparum

Primum Maxa-
 myliani tyrciniū
 in bello Gallico.
 Anno 1544.

Maxamylianus
 Austria Archis-
 dux Bohemia
 proficitur.

Bellum Smalc-
 dicum An. 1546.
 gessum.

Hortatur, vitam pro libertate pacisci;
 Heu quantum inter se bellum, si prælia ferro
 Miscuerint, quantas acies stragemque ciebunt?
 Ne proceres, ne tanta animis afflue scite bella.
 Adveniet justum pugnæ (ne accersit) tempus:
 Cùm ferus Hungaricas Solymanhūs destruet urbes:
 Et Styros vastabit agros, populum quæ Carinthum
 Seruitio premet, & viatis dominabitur Hunnis:
 Multaque Christiadum vincitis post terga lacertis
 Millia servitum patrio deducet ab Istro:
 Tum certare odiis tum ferrum acuisse licebit.
 Nunc sinite, & placidum læti componite foedus!
 Quò ruitis tandem? quid quò Germania juventus
 Tenditis? indomiti jam succubuere coloni.
 Et vietas præbet jam dudura Gallia palmas.
 Nulla hic sedition Pater est, pater optimus: orbis
 Arbiter, Austriae divinus Cæsar ab oris:
 Quem bello peritis: fera ponite, ponite tela:
 Nec patriæ validar in viscera vertite virés.
 Tuqué prior, tu parte genus qui ducis olympos:
 Projice tela manu, ter maxime & inclye Cæsar.
 Non hi te imperio cupiunt detrudere avito:
 Non ferro veniunt divi populare penates:
 Cæsar is, aut raptas à templis yertere prædas:
 Non furor hic animis, non tanta superbia genti:
 Non truce Cæsareum pettitur caput eafe, sed una:
 Relligio: patriæ maneat quæ libera testæ:
 Non in verba Papæ jurare addicta Latinæ:
 Abstineas Pater: & pacem de divibus æquiam?
 Sed quid ego hæc? Raptis concurritus updit, telis:
 Classica jamq; sonant, & Teutonis ora tumultu:
 Omnis conjurat trepido: sicutque juventus
 Germana & latos vastant cultoribus agros.
 Ipse etiam Cæsar diverso Regia tractu
 Mænia deseruit, validisque supervenit armis.

Hesperia

Hesperiæ gentis: ripamque binominis Istri
Obsidet. auncipi dubius Mars errat in orbe.
Tunc verò patruo Maxæmylianuſ, ab ora
Marco maum, & duri metuenda ſede Bohemij
Auxilia adducit, ſociosque ad bella coegit:
Qui caput objicerent, fido pro Cæſare, diris
Hostibus, & quoties ita rerum posceret uſus,
Auderent forgi Regem defendere bello.
Iamque omnis campis exercitus ibat apertis:
Cum ſubitò fortuna vites mutavit, & hosti
Attulit exitium, Germanaque caſtra diremit.
Excessere loco, & patriam rediere ſub Arcton.
Saxones, & Sueviſ armati viribus Hefſi.
Ut junctis patriæ ſervarent mœnia terræ
Agminibus: gravior quæ bello invaserat hostis.
Sic ſine vulheribus, ſine cæde, & ſanguine fuſo
Conſtituit iſte labor. firmataque foedera pacis.
Clementisque iterum pacata eſt Cæſaris ira.
Hic tuus enituit doceor Aemyliane loquendi,
Ora ſuper græffius Pyliuſenii, oraque Regis
Naricii: cum pro tr̄pidis molliflamma vicitis
Verba ministrares, iratum fletere patrem
Et patrium doctus; mira dulcedine vocum:
Aurea civili redimitus tempora queruſ.
Mox ubi convengus Auguſtæ Carolus egit,
Comitiisque patres Germano ex orbe frequentes
Imperio accivit: tibi primas obtulit uni
Dicendi partes, voluitque exordia rerum
Tantaram, Aemilii verbis, atq; ore diſerto,
Confessu in medio procerum, juſto ordine pandi.
Tanta erat eloquii facundia, tanta ſonorū
Copia: ceu quando Zephyri ſpirantibus auris;
Nix resoluta jugis, valles decurrunt imas:
Et magno cumulo vernam fertur aquarum.

Cæſaris interea Hispanis adoleverat oris

*Maximil. vir-
tus in bello Smal-
poldice.*

*Comitia Auga-
ſana An. 1547.
eſtrada,*

Elius: Hesperiasqué arces, Bætimqué Philippus
Auriferiqué fluenta Tagi, Gadesqué regebat.

Quem pater Augustam terris accibat Iberis:
Ut Belgas, Batavosqué illi, Frisosqué colonos
Et Sacramento Flandrorum obstringeret urbes,
Tum Maxæmylium, patre non renuente, penates
Servare Hesperios jubet: & succedere nati
Fascibus: ac patrui regnumqué vicemq; tueri.

*Isabella Caroli V.
Vx̄ mortua.*

Iamq; novem exierant transactis mensibus anni:

Ex quo fida tori consors Isabella supremi:
Hesperia regina plagæ: pia Cæsar's Vxor:
Cesserat ad superos, terrenaqué liquerat arva:
Sola uti maternas servaret filia sedes:
Iam matura viro, jam pleno nubilis ævo,
Multi illam magno è Latio, totaque patebant
Hesperia, reges: proavisqué atavisq; superbi,
Magnanimiq; duces. subit anxia cura parentem:
Quem potius regnisque patrem, natæq; maritum

Prospiceret. toro quærenti nullus in orbe
Dignior occurrit: qui jure ligare jugal?
Progeniem posset: quam Maximus iste paterni
Æmylianus agri, virtutumque æmulus hæres.
Hic legitur, cunctosqué Duceſ quos obtulit orbis
Exuperat ſolus: toti præfatus Ibero:
Et gener Augustis, olim pater ipſe futurus.

Tunc ubi jam fidè parat ire ſatellite longum
Æmylianus iter, digressu penè ſuprēmo,
Vocibus his Cæſar juvenem compellat iturum:

Austriadum columen, Maxæmiliane, penatum,
Vir præstans anjimi, cuius mihi robur in armis,
Pace probata fides, mens nulli obnoxia culpæ.
Non equidem obscurum tibi, Teutonięq; juvente
Eſſe reor, quam dura tuæ provinçia forti
Obtigerit: qui Tyrreni maris ire per undas
Iussus es, & gentem frenare rogatus Iberam

*Oratio Caroli V.
ad Maxæmylia.
num in Hispani-
am abiturum.*

Solus

Solus ubi externos intèr versabere cives,
 Nec Patrui auxilio nec fidi pectore patris
 Cinctus, & ignotis ignotus fortè colonis.
 Quare age, quæ mentem teneat sententia nostram,
 Percipe: & imperii sociam tibi junge fidelem.
 Est mihi, penè æquo pubescens sidere tecum,
 Filia, jamdudum non immaturā mārito.
 Prælustris Marie, mentem formosa, genasqué,
 Quantus honor, quantusq; pudor (fas dicere patri)
 Tu quoq; vidisti quondam puerilibus annis,
 Hesperiæ imbueres animos cùm moribus aulæ.
 Hanc tumidi scéptro, & latè dominantibus armis.
 Optavere viri: thalamumquæ fidemquæ procorum
 Maxima turba pétit. Longum enumerare Latinos,
 Hesperiosqué duces, & Franca per oppida mātres
 Spem generis, sed enim nulli sociare procorum
 Mens mihi: quando viro nostræ conjungere gentis
 Fata DEVVM poscunt: tibi soli hic sanguis, & aulæ.
 Cura meæ, longo promittitur ordine fai.
 Tequé adeò paribus suadent in regna vocari
 Auspiciis: hinc progeniem virtute futuram
 Egregiam, & totum quæ viribus occupet orbem;
 Austriacumquæ ferat cœli super ardua nomen.
 Quod si nostra tibi Maxæmyliane probantur
 Fœdera: præstanti Mariam tibi corpore natam
 Connubio junctam stabili, propriamquæ dicamus;
 Omnes ut tecum thalamis felicibus annos
 Exigat: & pulcra faciat te prole parentem.
 Talibus Augusti dictis fixa Æmylianus
 Obtutu tenet ora: soloqué immobilis hæret,
 Intentos volvens oculos. Nec regia tantum
 Scepta movent juvem, terris gestanda Tagzis
 Quantum in connubio Mariz thalamoq; moratur.
 Tandem latus ait: ter maxime Cæsar & hujus
 Arbitrus Imperii: pater unus & omnibus idem;

Maria Caroli V.
 filia despondetur
 Maxæmyliana.
 Anno 1548.

Roffonso Maxæ
 myliani.

Qui tua iussa colunt: idem mihi patrue Cæsar:
 Nunc vinclo propiore socer. quis talia demens
 Abnuat: aut soceros nolit accedere tales?
 Vnde mihi hæc inopina datur tua gratia Cæsar:
 Qui natam junxisse mihi dignere marito:
 Totqué procis me prætuleris, tot regibus unum?
 O me felicem, me terqué quaterqué beatum,
 Hoc socero, & tanto nata genitore marita.
 Accipio venerorqué libens te regia conjux:
 Tequé Invictæ socer: quanquam nil tale mereri
 De te unquam potui. tu primis instruis annis
 Me puerum: tu me patrio complexus amore
 Consocias regno, majestatisqué potentem
 Efficis, atq; epulis das accubuisse Deorum.
 Ergo humeris debes, animo quodcuñq; libebit,
 Imposuisse meis: mihi iussa capessere fas est.
 Iamqué adeo, superi quod spe meliore secudent
 Ingrediamur iter: terramqué petamus Iberam,
 O socii: & thalami cœlebremus fœdera pacti:
 Quæ non ulla dies, non ulla injuria rumpat
 Non si diluvio misçens effundat in vndas
 Tellurem Nereus, cœlumve in tartara solvat
 Sic ait, & lacrymis lætus discedit obortis.
 Prosequitur Cæsar, verbisqué affatur euntem:
 Vade age care gener, mea sera & sola voluptas,
 Auspicioq; DEVM terram pete salvus Iberam.
 Et natæ & regni serva communis amorem.
 Tuqué o cara mihi ante alias Hispania terras
 Cui mea comitto dulcissima pignora curæ,
 Ingens depositum: sis omni tempore felix:
 Nec tua finitimo Bethis pulsetur ab hoste:
 Nec Tagus aurifluis unquam siccetur arenis:
 Hæc ubi dicta: omnis portis equitatus apertis
 Exit, & Æmylium comites fido agmine cingunt.
 Nuncia fama ruit (quid enim velocius usquam?)
Aro

Atq; iter antevolat turbæ venientis, & urbes
 Hesperiæ latè variis sermonibus opplet:
 Adventare Ducem, Fernando Rege creatum,
 Finis Austriacis, regno qui præfit Ibero,
 Et patrui sceptro, ac solio succedat avito,
 Mœnia dum teneat patrius Germana Philippus.
 Huic etiam natæ thalamos pepigisse parentem:
 Quæ genero in curas veniat partemq; laborum.
 Venerat hic idem Reginæ rumor ad aures:
 Incenditqué animum dictio: & amore mariti
 Incitat Æmylii, tunc Rex pius agmina mittit
 Obvia mille viris: qui tectu in Regia ducant:
 Et læto excipient venientes ore catervas.
 Ipsa sed Æmylium tecto interiore moratur.
 Prælustris Marie: tractoqué per ossa calore,
 Iamdudum gaudet sacram contingere dextram;
 Aureus huic capiti vertex, auroqué capilli
 Inserti: & sacras relabat flammæa vultus:
 Colla monile decens: humerisq; hærentia pulcris
 Suppara cingebant niveos aurata lacertos:
 Balteus & fluxos gemma astringebat amictus.
 Corripuere viam interea cum Principe fido
 Austriaci proceres: & jam prope celsa Toleti
 Mœnia constiterant: cum fulva veste nitentem
 Cincta Tagum, & ramo pacatæ insignis olivæ
 Nexa comam, tales profert Hispania voces:
 Salve Fernandi proles augusta Serenæ,
 Castiliæqué nepos aulæ: fate sanguinie Divum:
 Et geniture Deos, quæ tetram commoda terris
 Appulit aura meis? qñi nostris applicat oris
 Ætherius genitor? non huc sine numine Divum,
 Germani adveniunt. Nam Rege parante Philippo
 Discepsium è patriis Germana ad mœnia terris:
 Auxiliis opus est, & defensoribus istis:
 Qui regur finis bello tueatur & armis.

Hinc Mauri infrenes cingunt, latæqué furentes
 Getuli: hinc Pyreneis è montibus adsunt
 Gentis Aquitanæ populi Celtæqué feroceſ.
 Quid Scytiſas dicam pharetraſ, arcuſq; Gelonos?
 Dis certe auspicioſbus reor & virtute ſecunda
 Huc curſum Auiſtriacas vento tenuiſſe carinas.
 Perge modò, & lætus Regis te ad limina perfer,
 Siſqué tuo felix populo, & tutare penates
 Caſtiliæ. Sic te iuperi tutentur & ipsi.
 Hæc ubi dicta: urbiſ poſta bipatente Philippus
 Continuò erumpit, fidoqué ſatellite ciuctus
 Occurrit, veteremqué agnoſcit more propinquum.
 Iungunt hospicio dextras, & tecta ſubinrant.
 Turba ruit paſſim, mixta cum plebe ſenatus
 Viſendi studio Auiſtriaden: omniſqué potefas
 Confluſit: ad volui genibus, contingere dextram
 Vota dare, hospitioqué viros, opibusqué levare
 Idem omnes amor unus habet. Iam tempora lucis
 Festæ aderant, thalamuniq; parat, fæduſqué jugale
 Germanæ frater Mariæ, Aemylioqué Philippus.
 Iam clamatur Hymen, tædæq; facesqué reluent
 Legitimæ: & ſacras cum virgine tendis ad aras
 Dux Fernandiades: unà incipiuntqué precari
 Omnes: & ſocii firmare jugalia lecti
 Fædera: Cardineo faciente Antiftite ſacrum.
 Tollunrur plauſus juvenum, inixtæqué choræis
 Inſonuere lyrae. media diſcumbitur aſla,
 Caſtilius quondam qua Ferdinandus Eliſiū
 Reginam Aragoniū p'atrio ſibi junxerat oſtro.
 Mox ubi trānſierant genialis tempora tædæ,
 Deserit Hesperiam, Germanaque rura Philippus
 Auguſtamqué petit: patriis ubi Carolus oris
 Dicebat nova jura pater: populumque rebellem
 In ſua victrīci cogebat vincula dextra.
 At Maxemylius thalamo Mariaque potitus,

*Nuptia Maxe-
mylii in Hispania
celebrantur.*

Iura

Iura dabant legesquē viris : quōs Cinga pererrat,
 Quos Sicoris, quos tortus Anas, quos Bætis inundat
 Auriferi quos unda Tagi, quos dives Iberus
 Alluit, in gentes transfundens nomen Iberas.
 Hic pacem asservat legum tutricibus armis,
 Fasq; sequi docet : hic vigilantibus undiq; curia
 Prospicit, & celeri degustat singula sensu :
 Venturasq; cavet clades : hic naviter omni
 Fungitur officio : lenis facilisq; moveri
 Supplicibus, mediaq; pater mollissimus ira.
 Inde amor Hesperio innatus populoq; patrumq;
 Cætibus: inq; suum reverentia plurima Regem.
 Hoc illud, dignari humiles, audire precantum
 Verba : nec armatas nimium sibi sumere vires,
 Sed ferrum mulcere toga, dare jura petenti,
 Parcere supplicibus trepidis : Sic itur in alta
 Pectora : sic homines divisorum æquantur honori.
 Nec minus & primos in cara conjugæ amores
 Cum lege orsus erat thalami, cum fœdere casto :
 Quam sibi conjunctam larga pietate fovebat :
 Cæsare vir felix socero : felicior ille
 Hoc genero, & parium spe non fallace nepotum.
 Nam socialis amor, mitis pax, gratia concors,
 Vnaniimis pietas, nulloq; solubile pacto
 Conjugii vinclum concordes ambo ligabat :
 Haud ita conjunctæ vivunt in amore columbæ :
 Nec sic diligitur dilecto à turture turtur :
 Nec sic æquævo sociatam palmite vitem
 Vlmus alit : quantum Marie complexa fovebat
 Ferdinandien ardenti corde maritum.
 Nec dum transierant duo lapsis mensibus anni :
 Cùm lecti socium gemina Dea prole parentem
 Cara, Toletanæ sub tecto fecerat urbis.
 Idem amor & reliquo duravit tempore vitæ
 Constanſ : nec potuit de mentibus antè revelli.

Concordia coniugis gallici.

*Maxamyliani se-
boleris è Maria filia
Carol. V.*

Quam mors alterutrum praesenti exemit ab aeo.

Laudes Æva Mariae Maxamini. II. Regia uox. Cedat Penelope, cedat Capanæa conjux,

Quæque est exticti manes fœtata mariti,

Æmonis Æmonii : cedat Polynicia consors :

Cedat & Alcestis : vitam quæ conjugis emtam

Morte sua voluit : cedat memorabilis uxor

Mausoli, totum mulier celebrata per orbem.

Omnibus his prior est & amore fidequé jugali

Prælustris Marie : qualis Flaccilla fuisse

Theudosio fertur : qualis Termania patri

Theudosio, Eudosie Arcadio, Cornelia Graccho,

Julia Pompejo, Stiliconi docta Serena :

Talis erat Marie Regi Regina marito,

Edita Cæsaribus, solo quoq; Cæsare digna.

Hæc Saræ formam, mentemque Rahelis habendo,

Iudithæqué animum, roburq; insigne Iabelis,

Pulcheriæ ingenium, moresqué fidemq; Serena:

Omnes exuperat, quas aurea protulit ætas.

Qualis enim quantusqué pio sub pectore regnet

Candor, & ætherio veniens à semine Virtus :

Qui legum cultus : quæ sit probitasq; fidesq;

Quæ vité insignis ratio : sine labe pudici

Testantur mores, & mens sibi conscientia recti.

Rudolph. II. Rom. Imp. Rex Vngar. &c Bohemia, Archidux Austria, &c. Hinc satus, Imperii qui nunc suprema Rudolphus

Sceptræ tenet : patrii Cæsar non degeter oris :

Virtutumque hæres : animique imitator aviti :

Spes magna Hungariæ, supercet si lumina vité :

Teutoniæ prælustre decus : cui compare filo

Nostra Erato meditatur opus memorabile laudum.

Prodiit hinc etiam patriæ pietatis imago

Ernestus divum metuens, & juris & æqui

Insignis custos. hinc Vuenceslaus, avorum

Nomen habens, gentem qui frenavere Bohemam.

Hinc Maxæniylius patri cognominis ipsi

Atque abavo : rebus quibus olim summa potesta

Tradita

Tradita, & Imperii commissæ audacter habenæ.
 Hinc satus, Huniadom referens Virtute Mathiam
 Cujus in Istricolas patuit fortissima bello
 Dextera, grassanti non conscia cedere Turco.
 Hinc etiam natæ præstanti pectore Nymphæ
 Quatuor insignes: quarum quæ maxima natu
 Anna tori conjux regalis, in urbe Toleti
 Hesperias moderatur opes, sociata Philippo
 Eximio Regi, Regi nupta altera Gallo
 Nuper Elisa fuit, clauso qui lumine vitæ
 Occubat, & rapida sublatus morte quiescit.
 Ambæ formosæ, pudibundis moribus ambæ,
 Cælestumquæ pares cultu, legumquæ sacrarum
 Addictæ studio, & turbis non asperæ egenis.
 Has pater & genetrix primævo à lumine vitæ
 Moribus instruxere bonis, castaque juventa
 Formaveræ animo: ut cum quis imagine cæram
 Induit, & pulcas exculpit in ære figurâs:
 Aut tabulam pingit: variisque coloribus ornat.

Carolus interea Belgarum ex orbe Philippum
 Hesperias patria cum plebe remittit ad arces:
 Et generum Hispanis revocat properanter ab oris:
 Ut novus imperio jam tunc assueret hæres:
 Cum Maria nata, quæ bina prole parentem
 Ac sacerum, pia mater avos nunc fecerat ambos.
 Quin etiam natale virum dulcedine regnum
 Ducebat teneroquæ soli conceptus ab ævo
 Permulcebat amor. nec enim mutare subactum
 Ergo ubi Germana tandem tellure Philippus
 Evaluuit terra ingenium convictor Ibera.
 Exiit, Æmylio patriam comitatus ad oram,
 Illustri patruelæ suo: tunc ocyus urbes
 Hesperiae magnæ Regi commendat Ibero
 Æmylius, sociosque viæ legit, & parat aptum
 Auxilium, Mariamque capit, natasque venustas:

*Maxamyliani ex
 Hispania redditu,
 cum Vxore Ma-
 ria & duobus li-
 beris.*

Atq; iter ingreditur, d̄is auspicioqué secunda
 Deseritur jam ripa Tagi, zephyriqué relicto
 Littore, Tyrrhenum sulcatur navibus æquor :
 Tendunt vela Noti : puppis fugit acta per undas
 Ocyor & jaculo, & ventos æquante sagittâ.
 Iamqué occultantur tumidis Balearides undis :
 A dextra tellus Sardoæ linquitur oræ,
 Asperiorqué solo & gleba non ubere Cynus.
 Penè oræ Ligurum vento spirante secundo
 Appulerat, fessimqué fretis extenderat alnum
 Navita : cùm subitò medias opponere turmas,
 Et terræ prohibere aditus, ne littora gangant,
 Aut violare rates, certa est sententiâ Gallo :
 Qui ligurum fines sumtis obsederat armis.
 Sed jam transmissæ steterant in littore puppes,
 Fato dante vias : aderatqué vocatus in undis
 CHRISTVS, & in ventum tumidos disjecerat hostes.
 Protinus Ausoniæ longa tellure relicta,
 Templa Tridentinæ sedis turrita petuntur,
 Hic ubi concilio lecti decreta ferebant
 De patrum votis, & religione priorum.
 Est locus, aérias contingens montibus Alpes :
 Oenthalium dicunt Oeni de valle coloni,
 Quam medium rapidis Oenus interluit undis,
 Norica scjungens Rhætis confinia terris.
 Vrbs ibi, quæ nexo trabibus bipedalibus Oeni
 Ponte arctavit aquas : facti de nomine priscum
 Nomen habet: magnis Rhætorum habitata dynastis :
 Deliciæ Fernande tuæ, dum fata sinebant,
 Parcaq; regales tibi permittebat habenas.
 Carolus has illo retinebat tempore sedes
 Vrbis, & Imperii cōsors Fernandus eādem
 Servabat statione locum : magnaqué Tridenti
 Pro sede excubias cum Cæsare frater agebar.
 Cùm subitò Mariam Æmylius, parvosqué nepotes

Carlo

Carlo addueit avo, Ferdinandóqué parenti:
 Lætitiaqué dœmum complet, priscoqué penates
 Austriadum exhilarat: fiunt regalibus aulis
 Fœminei gregis applausus, Comitumqué Dicumq;
 Tollitur excelsum festivus ad æthera clamor.
 Præcipuè Fernandus avus, spectando nepotes
 Illustremqué nurum, genus alto à Cæsare summum,
 Expleri mentem neque; atq; affixus inhæret,
 Nunc huic, nunc illi caræ dans oscula nepti.
 Tunc ait: O utinam (fas sit mihi tale precari)
 Cara mihi cunjux, Hunnorum Regibus orta,
 Vincendo sua fata isthac ætate superstes
 Degere, & hos posset coram spectare nepotes,
 Teq; nurum: ac lætos Reginæ Regia mater
 Ire sub amplexus: quas spes, quæ gaudia toto
 Pectore conciperet. Sed fors odiosa repugnat,
 Ipsoq; eripuit fatalis tempore partus:
 Cum decima & quinta faceret me prole parentem
 Nunc octo lapsis abiérunt mensibus anni.
 Ex quo mœstus ago tectis regalibus ævum:
 Absentemq; piis desidero vocibus Annam,
 Tu prima hunc animum recreas dulcissima nostrum
 Filia, & antiquæ fers tecum oblia curæ.
 Gratia sit superis: qui teq; meosq; nepotes
 Finibus Austriacis, regnoq; dedere paterno
 Incolumes. Dixit, mensisque locavit acernis:
 Et læto instituit convivia regia tecto.

Oratio Ferdinandi
 di Regis ad nurum
 Mariam Caroli
 Imperatoris filio-
 am.

Ecce autem varia geminum formidine bellum,
 Surgit, & Arctoi partes Aquilonis aguntur
 In Martis rabiem. Gallum Germania firmis
 Cinxerat auxiliis, captivaqué signa reposcit
 Mauritius, soceroqué petit sua vincula demiri
 Landgravio, & patria reducem statione locari.
 Fervet amor belli, totumqué interfurit orbem.
 Fulmineus Mavort: coëunt gens omnis & ætas.

Bellū Germani-
 cum Anno 1558.
 gestum.

Nec tantum exciti Catrorum à finibus adsunt
 Agricolæ, capti damnantes vincla Philippi:
 Nec Misni tantum, & conjunctis Saxones armis.
 Qui paribus poscant Fridericum solvere votis.
 Sed Procul Albercus Gallorum in finibus urbes
 Marchio concierat: Morini quæ littora servant,
 Sequana quæ fœtös liquidis secat amnibus agros:
 Quæ Rhodanum suus auget Arar, junctisque feruntur
 In maria alta vadis. Iam rura Metensia castris
 Cinguntur Rheno jam proximus imminet hostis.
 Parte alia duris sævit fortissimus armis
 Mauritius: Règemque Oenacum Cæsare ponte
 Arcet: & obsecro parat arma inopina Tridento.
 Hos inter strepitus, atq; horrida bella suorum
 Grassanti Mavorte, truces utrinq; procellæ
 Cùm fremerent, patriumque alternis ictibus orbem
 Pulsarent: nihil officii mens fessa remisit
 Cæsaris Ämylii: contraquæ rainantia fata
 Major in adversis micuit. simùl ipse paterque
 Fernandus placidam cœpere exquirere pacem:
Pacificatione Patria-
vientis.
 Et veterem armorum desuescere leniter usum.
 Est urbs, Passavium ripis quæ ceranit Istri
 Proxima : de Batavis nomen quæ ducit & ortum:
 Oenus ubi rapidis gelidi conjungitur undis
 Danubii: inquæ sinum scindit se lympha reductum.
 Huc Fernandus agit collecto milite cœtus,
 Et pacem sancit: positis audacibus armis,
 Ut vires coëcant, & mutua fœdera jungant,
 Nec quisquam populis paret arma aut gentibus ullis,
 Ob fidei cultus & Religionis honorem.
 Teutonios idem Cæsar defendat eodem
 Auxilio, paribusq; dein communiat armis
 Vtrosq;: ut servent æternam templa quietem,
 Seu veteres teneant ritus, Romanaq; jura:
 Sive Augustanæ sectentur pondera summæ:

Ambe

Ambæ ipsi gentes nullo discrimine agantur.
 Arbiter has inter partes fuit Æmylianus
 Maximus: & pacem sedato Marte benignam
 Suasit: ut abluto civilis sanguine bellum
 Immanes patriis tandem acerentur ab oris
 Thraces, & Hungaricas Teuto defenderet urbes.
 Sic, ubi civiles Thrasibulus in Attide motus
 Pacasset: veteres cum libertate priori
 Restituit leges, & longa oblia faxxit
 Præteritæ clavis: populosq; urbessq; Laconum
 Cecropiæ æterno sociavit foedere genti.

Tempore jam ex illo placidos Germania nidos
 Servat, & abjectis pacem colit Austria bellis:
 Nec patriis quisquam civilia bella colonis
 Intulit, Imperii quemcunque admovit habenis
 Alma manus superum: diviq; hoc tempore cultus
 Numinis antiquas paulatim sumere vires
 Incipit, inq; suum redeunt sacra jura vigorem.
 O verè Æmylium, magni prænomine dignum:
 Qui consultatogæ, non bellum ferre solebat
 Conscia: pacato doctus postponere dura
 Castra foro, & rigidas in falcem flectere scias.
 Hoc animi lenis fuit, ingeniiqué benigni
 Magnum argumentum. Quis enim temerarius ardor
 Pro cultu superum, pro religione docenda
 Arma movere animis, & vim facere ense beatis
 Mentibus, ac segetem cum tristi evellere lappa?
 Non his auxiliis: non defensoribus istis,
 Numen eget: verbo mentes & spiritu aguntur.

PANEGYRICVS SECUNDVS.

DE LAUDIBVS MAXAEMYLIANI

II. ROM. IMPER. SEMPER AVGUST. P. F.

ab exitu Caroli V. usq; ad Rudolphum II.

DAm Cæsar totum pacarat Carolus orbem,
 Ipse etiam pacis comes: abjectisque deinceps
 Castrorum signis, precibusq; librisq; vacabat:
 Imperii missis Germano nuper habenis
 Fernando: & nato mox regna paterna reliquit,
 Humanæ exemptus liquidum super æthera torti,
 Ipse sed & genitor solidas decrescere vires
 Ferdinandus, & effæto jam corpore dudum
 Robur hebere suum, nervosqué labare videbat.
 Tum nato Æmylio commendat sceptræ Bohemæ
 Limitis: & regem trabeis fulgentibus ornat:
 Imponitq; comis Diadema, auroque coronam,
 Eoisque gravem gemmis: Regemque salutat
 In magno populo, & magna spectante caterva,
 Dicitur hic lætos cum patre Bohemia plausus
 Albi congreginasse, piasque è pectore voces
 Rupisse: O fate gente DEVVM, qui ledis avita
 Succidis solio felix, sceptrisque paternis
 Auspicio superum & fato meliore potiris:
 Salve Rex terræ, spes ô fidissima, nostræ,
 Expectate solo Pragensi, arvisque Bohemis.
 Hic tibi certa domus: Regem te cuncta salutat
 Gens hominum: montesque ipsi te Magne Bohemæ:
 Lætaque cum syvis ornat juga: sis pius omni
 Tempore: sis posita nobis clementior ira.
 Qualis erat patriis Albertus gentibus olim:
 Sigismundæa Rex & vir dives Elisa:
 Heu nimium fatis nimium properantibus ævo

Mortali

Mortali ereptus. qualis fuit optima proles
 Rex Ladisláus, patriæ pietatis imago:
 Impetum celeri sublatus in æthera fato.
 Sit tibi vita novo, pax & victoria Regi.
 Dixerat: unanimis contollitur undiq; plausus:
 Ceu quando Adriaci per latam littoris oram,
 Nauticus exoritur juvenum, monstrante magistro,
 Clamor: & oppositi contrâ percussa resultant
 Vocibus arva sinus, Marci cum panditur ædes.

Cæsaris interea vires minuente senectâ,
 Dux Moguntinus, templi moderator & urbis,
 Convocat Imperii proceres: quâ mænia Francum,
 Mœnus adit: nomenq; urbi vada pristina linquunt.
 Illic ut Regeni legerent, qui sceptra per orbem
 Teutonium gerat, & quondam super æthera vecto
 Cæsare Fernando, paribus succedathabenis,
 Non hic discordi studia in contraria sensu
 Discellere patres: votis communib; orbis
 Eligitur Cæsar Maxæmylianus, ut olim
 Accipiat patrios Cæsar de Cæsare fasces.
 Dicere longa mora est, quantos Germania plausus
 Sustulerit, quanto surrexerit orbis ovatu.
 Non aliter lœtata fuit Germania quondam:
 Cum res nutantes & lamentabile regnum
 Teutoniæ caperet: veterique in honore locaret
 Habsburgum genitus clara de stirpe Rudolphus.

Viderat hæc dudum sœvis conterrata Turcis
 Hungaria: Et quis, ait, regni moderamen habebit
 Pannoniæ? aut quoniam nostri tibi cura recessit
 Ferdinandus pater? Regem da Cæsar eundem,
 Quem sibi jamdudum cognata Bohemia legit,
 Magnaque Teutoniæ Regem nunc aspicit ora.
 Est urbs, Possonium veteres dixeré Latini,
 Prespurgum nostri: curvatis proxima rípis
 Danubii. hic regni diadema & sella curulis

*Maxæmylianico-
ronatio Hungari-
ca Anno 1563. 8o
Septemb.*

Æmylium expectat, te regé & Cæsare natum.
Quid cessas? quid tutam times? Rex talia fantem,
Audiit, & nato Hungaricam nuruiqué coronam
Imponi Mariæ felici sidere curat.

Tempus erat, quo virgo pares sensim efficit horas,
Et noctes paulatim æquat lux tuta diebus.
Iam Ferdinandus procerum stipante caterva,
Et nato Æmylio, Marlaqué altisqué duobus
Cinctus adest natis, Presburgæ in mœnibus urbis,
Hic patris ante oculos divinaqué conjugis orá,
Omnibus ad pomparam rebus sacrumqué paratis
Accipit Hungaricæ, multis in millibus, oræ
Æmylius sceptrum: páribusq; in regna vocatur
Auspiciis Marie, divini filia Carli.
Læta erat unda Savi, lætissimus Ister, & omnes
Lætitia plausuqué viæ montesqué sonabant.
Tum procerem quidam cœli super ardua tendens,
Hæc, inquit, lux illa fuit: qua Turcica quondam
Armorum rabies subvertit mœnia Pestæ:
Hungariæq; fero vastavit milite terram:
Et nunc assiduis illam circumsonat armis.
Dì faxint, eadem fatis melioribus orta
Lux, anno vertente, Getas & Dacica monstra
Finibus expellat patriis, Huhtiosq; reducat,
Et seros maneat melior fortuna nepotes.
Sic ait: ingeminanc eadem juvenerisque senesq;
Et cum plebe patres clamoretn ad sidera tollant,
Ecce autem furiis animi succensus iniqui
Turca ruit: sævitq; feris Solymannus in armis,
Fortunæ infensus lætæ, rebusq; secundis
Cæsaris Æmylii. Nam vix pater orbis habenas
Liquerat, & terris ad summum excederat axem:
Ipse furens animi, tædisqué ardentibus actus:
Fœderibus ruptis, belli denunciat iras,
Hungarici vastator agri: captumq; nefanda

Anno 1564.

Cæde

Cæde cruentat humum. Progerum tunc agmine lecto,
 Concilium horreadum, mediis in sedibus aulæ,
 Cogit: & armataz quæ sit sententia turbæ.
 Exquirit, bellique jubet tractare laborem,
 Et consulta do feryenti incumbere Marti,
 Convenere patres bellis animisq; verendi,
 Informes barbis, quos hispida sylva comarum
 Inspergit labris, audo propendula mento:
 Ut si quis mullos videat, discriminè secto
 Barbarum, aut setis deformibus ora catorum.
 Gorgonei yultus hominum: caya lumina mortis
 Torva fronte micant, trucibus suspenditur ensis
 Falcatus primorum humeris: densoquæ galerus
 Excelsus limbo canentia tempora velat;
 Colla gruum: à scapulis ad suras pallia pendente
 Et suus ad strictos bracca sinus exprimit artus.

Postquam perrygum Getici in penetralia Regis,
 Subnixus selio sic incipit ore Tyrannus:
 Threicci proceres, genas à Mahometè profectum,
 Quem meritò colimus solum, solique Getarum
 Gens epulata toris, laticum libamus honorem,
 Accipite hęc, dictisque animos advertite vestros.
 Tertius hic abiit penè & vicesimus annus:
 Ex quo Pannoniæ Budam subvertimus oræ
 Vicinasq; domos Pestii vietricibus armis
 Sub Mahometæum E H R I S T O cessante, capistrum
 Traximus: & victis dominamur fortiter Hunnis,
 Quin & Strigoniūm nostris deviqimus harpis,
 Hungariamq; igni populavimus & truce ferro,
 Et Vaciæ sedes, & utramq; evertimus Albam.
 Tempore jam ex illo positis cessamus ab armis,
 Immemores operum, quæ vos tam pigra moratur
 Segnities: frangitq; animos, atq; abstulit iras?
 Quem pavidi horretis? certa est victoria, certam
 Spes facit. enyacq; sunt defensoribus agri:

Oratio Solymani
de bello Christi-
anis inferendo.

Exiguæqué Hunnis vires, si perdere Budam,
 Et Pestum duris olim potuistis in armis:
 Quid Raba, Cassoviaqué arces, portæq; Bregæti,
 Quid leve Possonium contra tot millia possit?
 In manibus nostris sunt Cæsaris omnia, Regis
 Omnia, nec quicquam audebit Germania segnis:
 Quam suds in Belgas, & Gallica mœnia Mavors
 Intestinus agit, discordi concitus ira.
 Ite citi, rapite arma manu, conscribite turmas,
 Et ferro Hungaricos igniqué evertite fines.
 Aut ego Christicolas una delebo ruina
 Omnes: aut Stygias descendam vivus ad undas.
 Sancte mihi Mahomete pater, tua pectora nato
 Suffice nunc, animamq; parem: da perdere CHRISTVM
 Christiadasqué omnes, crucifixi numina Divi
 Qui frustra poscunt, & inani voce fatigant.
 Hæc ait, & patrium testatus pejerat Istrum;
 Non prius ad gelidæ redditum mœnia Thracæ,
 Teutona quam Getico superasset milite rura,
 Ausoniasq; aquila, patriæ sub cornua Lunæ
 Duceret, & Suevas igni subverteret arces.
 Extemplo sævire animi: simul vmais in armis
 Conjurat Thrace: ductores undiq; cogunt
 Auxilia, & latos implent legionibus agros.
 Non tulit Austriades tanto fervore frementem
 Aemylius Cæsar: properatq; occurrit septis
 Illius, & primi vires inhibere furoris.

Comitia Augstæ. Ergo concilium patrio de limite magnum
Anno. 1566. Cogit, & Augustæ latis in mœnibus urbis
 Omnes Imperii proceres, primosq; suorum
 Apparere jubet, totisque incumbere curis.
 Olli conveniunt, cunctisq; ex urbibus adsunt,
 Primi Electores: quorum Moguntia summum
 Misit: & antistes Vbiorum proximus illi:
 Et senior Treviz: Rhenique & Necrais amni

Finisimus

Finitimus princeps, Comes oratorquē Palati
 It sacer Augustus rapido proiectus ab Albi,
 Quingentis equitum lectis comitatus, & Vrbi
 Promtus adeſt patriis quem Brandenburgus ab oris
 Conſequitur: magnique Duces, clarique Dynastæ,
 Teutona quos tellus à Rheno mifit & Iſtro.
 Conſidunt omnes mediæ penetralibus aulæ:
 Ordine quifq; ſuo. tum facta silentia tectis:
 Et folio Aſtriades Cæſar ſic infit ab alto:
 Si in hi, quod noſtris optavi ſaepè diebus
 Imperium CHRISTVS ſinē bello armifq; quietum
 Annueret: veſtro poteram parsim labori
 Teutonii proceres: patriis nec mœnibus omnes
 Imperio accitos hæc intrâ tecta morarer.
 Sed cum Barbaries penitus commota propinquos
 Pannonas invadat: truculentoque agmine gentes
 Vndique Biftonias transfundant littora Ponti:
 Res dura & regni ratio me claffica cogunt
 Occinere, & latè fides custode tueri:
 Cernit is ut Turci iuſultent, celeriq; feratur
 Per medios Solymannus equo: tumidusq; ſecundo
 Matre ruat. non clauſa tegunt jam mœnia cives:
 Quin intra portas, atq; ipſis prælia miſcent
 Vrbibus, & fuſo nūlē undant ſanguine foſſæ.
 Pars hominum vinctis poſt tergum capta lacertia
 Servitum rapitur: miſerè pars fixa sagittis
 Occidit, & tristi patriæ ſola cæde cruentat.
 Diſfugiunt alii, nullisq; tuentibus agros
 Hungaricæ vaſtantur opes: Turcæq; nefandi
 Quæ nequeunt ſecum ferre, aut abducere, perdunt,
 Nec prius abſiſtent, quin omnia Pannonos arva
 Sub Mahometæum redigant ferro, igne capiſtrum,
 Ausus quin etiam voceſ jaſtare ſuperbas,
 Iuravit patriæ Solymannus cornua Lunæ,
 Non uifi calcato reditum Cœſare Thraceſ.

Quare agite, ô patriæ ductores, insculpta terræ

Germanæ proles, rebus succurrите lapsis,

Finibus & nostris commune ascete periculum :

Ne ruat in cladem damni securior ætas :

Contemtusq; mali premat: amicumq; magister

Heu nimium serò docet post exitus iugens.

Dixerat: unanimi vires, atq; arma virosque

Affensi patres promittunt largiter anno :

Imperioqué affunt alacres, ac justa facessunt.

Bellum Turcicum

An. 66. gestum. Continuò armatas cogunt toto orbe cohortes

Carolus, & duris acer Fernandus in armis,

Archiduces: patriæq; cinct magna agmina gentis

Ter mille Austriacos pedites, totidemque Carinthos

Et centum turmas equitum: quos Styria mittit.

Quos Athesis, quos Murrha parit, quos ditior Oenus.

Hi primam ante aciem densa inter tela feruntur.

Dicit ab Italia florentes ære catervas

Fregosius: quæ Tybris aquam, quæ devehit Arsus,

In mare Tyrrhenum Thusoo de littore lymphas.

Ter mille hunc pedites armati, equitesq; sequuntur

Magnanimi. quin & patria de sede volentes

Advenere viri, generis de stirpe vetusti,

Quingenti: quos urget amor concurrere Turcis;

Ipse etiam Cæsar Maxæmyianus in ære

Constitit, & lectos armatq; locatq; maniplos

Divisos acie: simul urbe excedit, & Istrum

Consequitur, totoqué petit latum agmine campum

Possonii: & tacite vires explorat, & hostis

Militiam, & Getico viventes orbe catervas.

Longius hinc tendens Taurini ad moenia densum

Agmen agit peditum: quantum non antè Mycenis

Eductum Phrygio servebat littore Trojæ.

Proxima Cæsareis conjungit Gallica signis

Guisius, & mediis educit magna Salinis

Agmina: Burgundosque equites turmamque pedestrem.

Non

Non h̄c Sarmaticas poscebant gesa sagittas:
 Sed, quæ flammivompos edunt cum pulvere bombos.
 Tormenta, & rapidum sclopeta rotantia plumbum.
 Quin & Lignitius valido Mavorte potentes
 Silesos agitat: quos Odera dives inundat.
 Bis mille hunc equites patriis comitantur ab oris.
 Te quoq; Saxonia digressum vidi ad arma
 Proruere hæc ætas, mediosqué huc ire per enses:
 Nudaqué pro patriis opponere pectora muris,
 Dux Pomerane: Sacra qui nuper Cæsaris aula
 Imperii magnum munus non fœgnis obibas.
 Iungunt se castris Moravi: gemmisqué ruentés
 Lausniti terris peditum dant millia fida
 Bis centumqué viros. It Suevicius ordo sub armis
 Qui ripas Alemanne tuas, qui flumina Nicri
 Accolit: & liquidi potat de fontibus Istri.
 Hos agitat, pulcræqué docet virtutis amorem
 Suedius, & sociis comes illi Hatstattius armis,
 Martia progenius & avitæ haud indiga laudis,
 Æmula majorum & duris exercita rébus.
 Hos super accedit, rigido Rosabergius ære
 Squameus, & magni ductus prævertitur agmen,
 Agminis ipse instar: vir bello clarus & armis.
 Huic parere dati, quos cincta Boëmia sylvis
 Pascit ad Ægranas, & præpetis Albidos undas,
 Octo mille viri, præstantes viribus omnes.
 Sed mihi nec numero fas est, nec nomine cunctos
 Enumerare datum: qui exciti ad prælia fortis
 Ductores capitum: quæ regem quemq; secutæ
 Complerint campos aries: quibus arserit armis
 Teutoniæ pubes. neq; enim plaga gentibus ulla
 Dittior: æterno quanquam Germanica pubes
 Ense cadat, fœtu nunquam tamen ubere defit.
 Postquam omnis legio campis fulgebat apertis:
 Iungit & ipse suas Cæsar tota urbe cohortes

Eductas: quā clara caput super æthera tollit
 Austriadūm sedes Regum, materquē Vienna.
 Mille equites lecti, comitesq; Ducesq; sequuntur,
 Nobilitasqué omnis simul, armigerūmq; caterva,
 Et litui strepitant reboantia tympana bombo.
 Inde Duces alii sclopetis undiq; cincti,
 Et cognites magni, priscaq; à stirpe dynastæ.
 In medio volucris volitat Iovis unguibus uncis
 Sceptrum ensemq; tenens, curvatam in fronte coronam.
 Protinus officii partitur ritè labore.
 Cæsar: sortiturqué vices, operasqué sagaci.
 Dividit ingenio, & cūras ductoribus æquat.
 Prima datur statio Ciliam tibi Carle tueri,
 Carnorumque urbes: oram munire Liburnam
 Nicoleos iusliss. Sigethaque castra Serinus.
 At Ladislao commissa est arcis Luka.
 Tuta fides: Ecco custodia tradita Rabæ.
 Ærato Thurius servabat Marte Polotam.
 Tempus era: calidos quo sensim contrahit ignes
 Sirius: & tepido Titan allabitur astro
 Virginis, extremoque ardet fervore Leonis:
 Cūm loca deseruit Cæsar vicina Viennæ:
 Possoniumq; venit: properantique agmine fertur
 Densa Aldenburgi sub moenia: quā celer undas
 In rapidum Leytes evoluit fortius Istrum.
 Hic equitum levia, & Germani velitis arma
 Præmittit, quatiant campos, viresqué Getarum
 Explorent pugnis, & prima pericula tentent.
 Ipse locum castris legit, & tentoria vallo
 Circumdat nec longa labor munima durus
 Addidit: ipsa loco mirum natura favebat:
 Exiguis tantum fossis atq; aggere cingit.
 Iam gelidas Dravi Turcus superaverat undas
 Ponte novo junctas, Sicluschi sede relicta:
 Et magno fines transiverat agmine Bessos:

Inquæ

Inquæ Liburnorum penitus perruperat oras.
 Arx erat aëria præstructa in rupe Sigethum:
 Natura munita loci: quam stagna lacusqué,
 Et non accesso cingebant amne paludes.
 Huic juncta è lignis hærebant proxima septis
 Vrbs nova contiguis veterem quæ sepibus urbem
 Tangebant: duro stabant ubi incœnia saxe,
 Protinus hæc latè armato loca milite complet.
 Et pons in validam ducebat saxeus arcem.
 Turcus & horrendis premit obsidionibus urbes:
 At Maxæmylius tuto ut munimine valli
 Constitit: expectatqué hostem, belloqué laceffit.
 Nusquam se Geticis offert Solymannus in armis,
 Slavorum in Hungaria qui ceperat arva relicta.
 Sed nec Oroslanus, Budæ qui præerat urbi,
 Et centum æratos ductabat mille maniplos
 Turcorum: sua deseruit loca, proxima Budæ:
 Oppositam tantùm muniverat aggere ripam:
 Castraqué servabat: nec se committere Marti,
 Nec struere audebat aciem, nec credere campo.
 Ignescunt iræ Austriacis: dolor ossibus ardet,
 Inquæ hostem furit absentem: mirantur inertes
 Non æquo dare se campo: non obvia ferre
 Arma viros hosti, sed vallum & castra fovere.
 Non procul à ripa fervente binominis Istri,
 Castellum modico firmatum robore valli
 Vesperium, acclivis pendebat vertice montis.
 Hoc primo capitur dejectis agmine Turcis.
 Tandem progressus magna comitante caterva,
 Ductor Oroslanus premit obsidione Polotam,
 Oppugnatqué arcis muros. sed Cæsar ab Istro
 Subsidium mittit Thurio: armatusqué cohortes
 Expedit: & vallos ac propugnacula jungit.
 Hic subitam nigro glomerari pulvere nubem,
 Prospiciunt Turci, ac tenebras insurgere campis.

Vesperini expu-
gnatio.

Convertere vias retrò, & mox terga dederunt,
Sequé intra tutos retulerunt undique vallos.

Intra arcus amissæ. Parte alia valido præcelsam expugnat Iulam
Impete Pertavius, citius, quā fortia mitti
Auxilia obseffis tam longo in limite possent.
Nec minius interea Slavorum in mœnibus arcem
Oppugnat, duris atrox Solimannus in armis.
Et nunc eversis utriusq; potentibus urbis
Mœnibus, & toto vulpis à culmine tectis
Arcis. erat medius celsæ in penetralibus hostis,
Nec spes ulla fugæ, nec opis jam cernere quicquam
Fas ulli, lethumque viris cuncta arma minantur.
Et nunc ingenti per regia castra tumultu
Nuncius it, subitisque locum terroribus implet:
Instructos acie, cunctisque à partibus arcem
Oppugnare Getas, & duris cingere flammis,
Hic aliquis pugnandi avidus, quem dira cupido
Armorum, & rabies insani Martis agebat:
Quæ finis ständi? quò nos decet usq; morari?
Hostis adeſt: captumq; tenet. Mahometa Sigethum.
Et ferus eversæ Turcus dominatur Iulæ:
Cur non auxilium ferimus? cur prælia Turcis
Non duduſ facimus, pugnâq; lâcessimus hostem?
En fugiunt metuunq; tuum Rex Maxime robur:
Nec quisquam se audet Germano opponere Marti.
Omnibus hic amor est ferroque armisq; cruentas
Conseruisse manus: magnōq; accensa tumultu
Pectora fervescunt: populiq; queruntur, & ipsi
Ductores fera bella trahi. Non vivida Marte
Dextra viris, animusq; alacris, patiensq; pericli,
Non mens firma deest. Duc nos, duc maxime Cæsar,
Armarique jube, inquæ aciem dispone cohortes.
Sic ait: ingemuit Cæsar, sensitque furorem
Militis, & laxas effrenæ plebis habenas.
Tum populum proceresque suos affatur amicos:

O socii,

O socii, quæ sit rerum fortuna videtis,
 Et quo cuncta loco. Ciliam vix parva tuetur
 Ense manus : refugitque hostis, simulataque verit
 Terga, dolum fingens : procul absunt castra Sigethi
 Nec tutò hinc aciem regnis inferri Liburnis,
 Aut vacuam firmis hanc defensoribus oram
 Linquere consultum est : anceps volat alea Martis.
 Omnia cur uni credam certamina pugnæ
 Aut cur præcipitu mergam simul omnia casu ?
 Nam si quis (quæ multa cadunt discrimine tali)
 Si quis in adversum raperet casusvc Deusvc,
 Omnis in exitium ventiat Germania, & alta
 Romani Imperii ruat hoc de culmine virtus.
 Non semper nocuit rebus differre paratis.
 Cetnitis Annibalem ut Fabii mora fregerit olim,
 Et contrà insanus subverterit omnia Varro
 Flaminiusque ferox. si vox Pempēja pondus
 Pharsalicis habuisset agris : præcepisque quietet
 Lentulus : Ausonio non exundasset Enipeus
 Sanguine : nec victor pessundaret omnia Cæsar.
Nil desperandum CHRISTO dñe. & misericordia CHRISTO.
Denuo si nostra manus non defit Olympo
Præsidium nostrisque iurat DEVS ipse labores
 Delphica sacrilegus peteret cum limina Brennus:
 Ira DEI rapidum jaculans è nubibus ignem,
 Disjecitque acies, evertitque omnia ventis.
 Sic ubi Marcomanos contra stetit acer in armis
 Marcus, & ingenti fremuit fera Dacia motu;
 Horrendi sonitus & flammens ingruit imber,
 Evertitque hostes: & diram fulmina gentem
 Aequavere solo, liquefactaque sulphure cuspis
 Canduit, & subitis fluxere vaporibus enses.
 Sic quando Ausonias exul possederat urbes
 Eugenius, forti Gallorum milite cinctus:
 Munissetque locos : Aquilonis inhortuit ala:

Eugeniiqué aciem pressit : revolutaque tela
Vertit in autores, & turbine reppulit hostes.
Durate, & vosmet rebus servate secundis.

Vix hæc ediderat facundo Cæsar ab ore :
Cum iubito adventat vox nuncia Regis ad aures
Tristia cum lætis referens: cecidisse superbum
Turcarum misero sublatum funere Regem;
Ante Sigethani quām cædes dira Serini
Contigerit: captasqué daret victoribus arces
Christiaqum populus, crudorum præda Getarum.
Sic palmam obtinuit ferali morte cruentam.
Turcus, & amissis viginti millibus, amens.
Nil sibi perjurum sensit prædecessore furorem.
Filius Imperio Selymus succedit & armis,
Cæsare cumquæ Italo, Germanorumque potenter
Fœdus init: belloqué ardet properé addere finem:
Iusta soluturus diro suprema parenti.
Tunc octo pepigere annos, & pacc sequestra
Quisq; suas iterum victor remeavit ad oras:
Turcus ob excelsas captas feliciter arces:
Cæsar ob incolumes hostili ex agmine cives:

Quattuor exierant revolutis mensibus anni;
Iam placida Hungaria celebrat Spirenzia Cæsar
Comitia, indicitque forum, patribusqué vocatis
Iura dat, ac falsas jubet emendare monetas.
Tum Cameram, & lites forma meliore forenses
Corrigit, ac multas patriæ fert undique leges.
Hoc magnum virtutis opus, dignumque supremo
Cæsare, collapsum jus instaurare, bonaisque
Iusticia, atq; manu tutari vindice leges.
Qualis erat sapiens Spartana in gente Lycurgus,
Cecropidesque Solon, qualis Iessæ jux heros
In Solymis Solomo: qualis, laus Persica, Cyrus:
Et similes alii, quos fama æterna caduco
Liberat interitu, & magnum super æthera tollit.

Tum

Comitia Spira
celebrata Anno
1570.

Tum pater Aemylius, Nemorum de finibus Annam,
 Natarum fuerat quæ maxima, mittit in oram
 Hesperiam, ut Regi conjux societur Ibero.
 Illinc & Gallo reginam jungit Elisam
 Illustrē natam, Carlo ducente Badano
 Francorum ad fines: quâ rura Metensia lento
 Amne Mosella quatit, piguesq; interfecat agros.
 Namque ut vesano vidit fervore tumultu
 Gallorum terras, & Belgas arma moventes
 Civica, subjectæ sævire in viscera gentis:
 Nil intentatum, nil undique liquit inausum.
 Ut pacis firmaret opus: Martemqué nefandum
 Reprimeret, miserisque hostes averteret oris.
 Hinc tot ad Hesperios firmatum fœdera pacis
 Misit ab urbe viros: hinc tot linguaqué disertos
 Egregiosqué fide, Belgarum misit in oras:
 Qui placido motas componant fœdere gentes.
 Ipse etiam Reges dictis aggressus amicis,
 Vtile consilium bellò dedit, utile paci:
 O quoties animos, atq; effera peccora mulsum
 Commotorum hominum quoties surgentia bellis
 Germina præcidit, primoqué repfessit in ortu?
 Ut cum serpentes celeri medicamine morbos,
 Provida Pœoniæ avertit solertia dextræ:
 Maturoqué fecat ferro: ne longius errent
 Vlceræ possessis altè suffusa medullis.
 Tandem etiam natas Regi conjunxit utriq;:
 Cognatasqué urbes voluit, populosq; propinquos
 Teutoniæ & Francæ, nec non & gentis Iberæ
 Æterna unanimes transire in fœdera pacis.
 Dumqué gerit patriæ curam: rerumqué suarum,
 Pondera metitur: quæ non incommoda vidit?
 Quas non excubias per noctem pervigil egit?
 Huc animum celerem rapiens, nunc ociosus illuc:
 In partesqué agitans varias, perq; omnia versans.

Cc 2

Quis centum armatus Briareus aut mille lacertis
 Tot simul objectis possit configere rebus:
 Tot responsa suis dare: tot per volvere curas?
 Tot reperire animo, manibusq; reperta patrare?
 Quis tot sufficiat visu per currere partes:
 Tot lustrare urbes loca tam longinqua tueri?
 Quis tot prospiciat casus, tot cernat in orbe
 Eventus immenso Argus? centum licet illi
 Brachia: centeno caput Argelumine vincitum.
 Lenior agrestum somnus solet esse virorum:
 Et raro umbrosi fastidit limina tecti.
 At metus, & patriae cura obruit anxia Regem,
 Sollicitamque tenet mentem, laqueataq; circum
 Tecta volat: quocunque ibat comitatur euntem:
 Et currus una cohscendit & ocyor Euro
 Asservat turmas equitum, peditumq; catervas.
 Quid loquar? ut plebem placidis admortit egenam
 Alloquiis: manibusq; preces hominumq; libellos
 Suppliciter scriptos acceperit ipse, fidemque
 Iuraque supplicibus dederit. Non ille retorto
 Aspexit lacrymas & verba rogantia vultu,
 Sed mitis princeps dextra clemente levavit:
 Servavitque fidem pactis: nec polluit unquam
 Saevitia fasces: nec civem fronte superba
 Respuit: haud illo quisquam de Cæsare tristis
 Discessit, nec enim ille sibi quæsivit atroci
 Præsidium ferro, populi niunitus amore.
 Tutius imperium est, quod miti adjungitur ore:
 Quam quod crudeli ferro stabilitur & armis.
 Adde quod & variis linguis pollebat, & ore
 Facundo: poteratque suis responsa clienti
 Reddere cuique sonis: Itala seu voce benignam
 Cæsaris implorasset opem: seu voce Latina,
 Seu Galli lingua, seu Teutonis ore locutus,
 Hispaniore sono. Nec gentis verba Bohemæ

Nescit

Nesciit, aut populi durissima verba Liburni.
 I nunc, atq; animos Enni mirare tricordis:
 Aut Ponti regem, qui vicenásqué duasqué
 (Si qua fides famæ) vocum discrimine seftas,
 Dicitur ore uno potuisse expromere linguas.
 Sed tamen ille asper verbisqué austerus, & ægra
 Fronte minax : noster placido mitissimus ore,
 Et pœnæ parcus : non insultare jacenti
 Afluetus : precibus lenis, non voce tremendus.
 Vidi ego, vulgus iners nullo turbata timore,
 Ad non mortales pretendere brachia calces
 Cæsaris : & duplices terræ submittere palmas.
 Nec maiestatem vidi timuisse : sed ore
 Intrepido sua verba loqui : vidi ipse precantes
 Cæsaris alloquio mitti remeare beatos.
 Haud minus in fontes divinam exercuit iram :
 Iustitiaqué hostes potuit frenare rebelles :
 Et pœnam vitiiis infligere vindice dextra.
 Exemplo tibi sit bello oppugnata feroci
 Gotha Thuringorum, disjectaque mænia Grimmæ,
 Et quam proscripti solverunt sanguine pœnam,
 Flebile supplicium miserorum. hinc discite seri :
 Et memori deinceps evolvite mente nepotes,
 Indomitum nihil esse D E O , firmuniq; nocenti.
 Montibus accumula montes, atq; aggere cinge,
 Et fluviis circùm, turres, impone superbas :
 Nullus erit sceleri murus, munimina nulla.
 Publicus hic excrevit amor , patriæq; parentem
 Plebes Æmylium agnovit, demoque pavore,
 Officium prompta fecit propera labore.
 Nec patrii tantum coluerunt arma coloni
 Cæsaris, & vultus veriti sunt ora sereni.
 Ecce Polonorum proceres sanctusqué senatus,
 Centum Oratores fidos, regnique coronam
 Cum sceptro mittunt, mandatq; insignia Lascus :

Bellum Gothani
Anno 1567.

Maximilianus
Polonia Rex et
letius, Anno
1576.

Sed jam tarda gelu, seclisque effeta senectus

Rudolph. Maxa-
myl. F. Rox Hun-
garie coronatur

Anno 1572.

Regnum occludebat, serisque ad fortia vires :

Et nunc Pannoniae nato mandarat habenas :
Hungariisque sacrum dederat diadema Rudolphi,

Sceptraque, cum trabea gentis graviore Bohemæ.

Quin etiam regni consortem, operumque suorum

Legerat hunc comitem, procerum statuente senatu

Teutonie, ut patrio quondam succederet haeres

Electus solio, Germanis Cæsar in oris.

Sed tamen officio non ulli defuit unquam,

Sustinuitque laboris onus, fractasque senectas.

Exhaustasque dili vires ad publica vertit

Commoda : dum regeret vitales spiritus artus

Felicem jactat sublimis fama Metellum,

Quod Romæ natus, magnorum è stirpe parentum,

Et raras animi valido cum corpore dotes

Servarit : lectique parem, sociamque laborum

Fecundam nactus : quod fasces gesserit ampli

Imperii Consul : quod eodem tempore natos

Viderit, urbanas tres insedisse eurules.

Quod totidem natas riuptum cum fruge locatis

Et seros illinc spectarit in orbe nepotes.

At Maxæmylius non infelior illo :

Cæsare qui natus genitore, & matre potentia

Regina, virtutis opes fortisque benignæ

Munera posedit, mentem bene cultus & artus

Nec minus uxorem divino Cæsare natam

Prolificam invenit : patrisque atq; orbis habenis

Successit : natumque throno conspexit eodem,

Germanis dare jura locis : gentemq; Bohemam

Hungaricasque sacris moderari legibus urbes.

Tum binas natas geniali jure duobus

Regibus, & sacro sociavit foedere lecti.

Attamen exercent aliae pia pectora curæ

Cæsaris: & stimulis animum niordacibus urgent.

Hinc

Hinc plaga Sarmatiæ regnum cum gentibus effert:
 Hinc sua bellaces promittunt fœdera moschi:
 Hinc fremit insanis Amurathes Turcicus armis,
 Pannoniosqué rapit violata pace colonos:
 Invaditqué oras: & celsas eruit arces.
 His rebus Cæsar primis ut consulat orsis,
 Concilium legit, & proceres ad mœnia cogit
 Celsa Ratisponæ: gelidi quâ saxeus Istri
 Pons adstringit aquas, & firthis molibus arctat:
 Convenere patres Germani, atq; agmine longo
 Ductores adsunt, & seria justa facebunt:
 Autoratores præscripta ad mœnia mittunt:
 Hic postquam cœtus magna convenit in aula,
 Expectantqué patres: vulgicum stante corona,
 Infert se medium, solioqué insidit eburno
 Cæsar, & in primis proceres confidere sellis
 Imperat: atq; oculos paulum tellure moratos
 Attollens, tales effundit pectore questus:
 O patria, ô divum sedes Germanica tellus:
 Turcarum gravis ira & inexaturabile pectus
 Cogunt me partes iterum descendere in omnes:
 Quos nec pacis honor, nec fœdus mitigat ullum.
 Non jam Pannonias infesto milite fines
 Invasisse satis: cladem traxisse per omnem
 Relliquias Hunni Carnos & Styriaturam
 Occupat & muris Labaci hic immisit hostis.
 Nec Savus avertit: nec ripis invius Ister
 Deterret: facili contemnunt flumina saltu,
 Et rupes Tari: quas campi more pererrant.
 Pro scelus ecce etiam laceratæ mœnia Rabæ
 Armis infestant, improvisoqué Comorram
 Marte petunt: celsaque audent in rupe Polotam
 Tundere: nec sat tuta suis Tocaja muris,
 Quam ferus infractis Amurathes terruit armis.
 Dalmata quin etiam patitur fera casta Getarum;

Comitia Ratisponæ: An. 8576

Oratio Cæsaris ad Imperii Statum.

Et Laderæ pressis vim Turca penatibus infert.
 Vix se se Illyrii Scythico tutantur ab ense:
 Nec satis armati defendunt obvia cives
 Castræ Liburnorum : ruptis hostilia portis
 Agmina succedunt: nec vim, nec tela retardant.
 Quid memorem infandas coges? quid facta Tyranni
 Effera? tot ferro cives posterga revinctos?
 Tot raptas ad stupra nurus? tot millia nuper
 Finibus è patriis servitum abducta colonis
 Threiciis? ipsis deflenda tot agmina Turcis?
 Nobis ad belli auxilium, finesque tuendos
 Exiguæ vires, quis enim stipendia solvat
 Dispositis passim per proxima mœnia turmis?
 Quis tot defendat tam longis finibus arces?
 Tot crudos patriis abigat regionibus hostes?
 Nemo mihi crederet referenti singula: nemo
 Credet in expertus: quanto hic opus ære, manuqué,
 Et quo tot fines possim custode tueri:
 Quare me vestris manibusq; opibusq; juvate,
 Pro se quisq; viri: & patriæ commune periculum
 Arcete: ac mecum quemvis durate laborem.
 Nam si illos Turci vineant: nihil abfore credunt,
 Quin omnem Hungariam penitus sua sub juga mittant:
 Teutoniamqué omnem vertant: quæ deinde cavere
 Vestrum opus, ô proceres, & primo occurtere morbo.
 Non hoc difficile est: sunt nobis fortia bello
 Pectora: suht animi, & rebus spectata juventus:
 Sunt & opes patræ: sunt arma, nec extera nobis
 Auxilia hic deerunt: sociataqué foedera Moschi
 Magnanimi missis huc oratoribus optant:
 Quorum nos quavis adventum luce moramur.
 Sarmata præterea sceptrum trabeamqué Poloni
 Regni offert: nostrisque suas conjungere vires
 Gaudet, & unanimi Turcis obsistere Marte.
 Quare agite, ô regni proceres communibus armis,

Et

Et sociis manibus patriam defendite vestram,
 Subfidoqué viros, qui diros finibus hostes
 Threicios reprimunt, dextraqué opibusq; levate.
 Dixerat, illi omnes obtutu Cæsaris uno
 Hærebant taciti, & tantis de rebus agentem
 Mirati, largas gaudent promittere dextras
 Vix è concilio discesserat arbiter orbis:
 Protinus inter se proceres consulta petebant:
 Ingentemq; auri molem, magnum æris acesvum
 Subfido Hungariæ decernunt: ut simul omnes
 Imperii patres communibus æra tributis
 Dependant: finesqué fero tueantur ab hoste.
 Inter ea terris properè advenere Polonis
 Magni oratores: veniamqué à Cæsare poscunt:
 Quod regni admōrint solio, sceptrisqué Poloniæ
 Vaivodam: causasqué sui pro tempore facti
 Suppliciter reddunt: ac rura fidemq; remittunt.
 Non tulit hoc ægræ, quamvis potuisset: & auro
 Ditatos ab se Cæsar dimittit: & orbem
 Sarmaticum Imperio nullis obſistere cœptis
 Iussit, & infestis nunquam succurrere Turcis.
 Quippe ratus satis esse operæ, duriqué laboris
 Tutari Hungariam, Carnosqué ac Illyris oram
 Threicios contra: neq; mole opus esse recenti.
 Tunc etiam Moschi Schytico de rure profecti
 Hos super adveniunt: Turcis immanius ipsis
 Concilium, torvi fratres & torva tuentes.
 Quales Aetnæs habitarunt montibus olim
 Cyclopes crudij, & vasta se mole moventes.
 Diri hominum vultus, & lurida frontis imago:
 Ora incana situ, Schytico labra pendula barbis:
 Frigore adusta cutis duro, contractaque rugis:
 Barbarici gestus, agrestis vita, ferini
 Mores, civilis mens consuetudinis expers.
 Videlicet hos Cæsar fœdus commune petentes,

*Legatio Polonica.**Legatio Mosæ.
victa.*

Horruit : inqué ipso damnavit sœdera vultu :
 Nec quisquam voluit socios admittere tales,
 Cæsareavé fide dignari. hos respuit omnis
 Ætas, hos pueri fugere vitique senesqué.
 Nec tamen indignum quicquam se Cæsare Cæsar
 Commisit, dans hospitiū regalia jura :
 Et magnos habuit genti tam tetricæ honores.
 Tandem etiam responsa dedit, Regique remisit
 Donatos opibüs largis, auroq; superbos.
 Ipse autem interea vires decretare sensit

Maximiliani in Corporis, & diram membris subrepere tabem.

Comitii Ratifice- Nam labor, & gravis. curis comitata senectus,

senibus agro- Hauserat è gracili firmum compage vigorem :

zatio. Ægraq; fatalis veniebant semina morbi.

Et facie color omnis abit : succedit ubiq;

Pallor : & exiles corpus tenuatur in artus.

Vt cum purpureos amittit terra colores :

Altaqué formosis viduatur frondibus arbor:

Aut curuo languet succisum gramen aratro.

Nil operæ prosunt, curæq; manusq; medentum.

Nil cumulata juvant magnis altaria donis :

Inqué dies aliquid valido de corpore cedit.

Iamqué dapes, sapidusq; inovet fastidia potus:

Os hebet, & succo lingua est imbellis amaro.

Nec quicquam reliquum, nisi edentes pectora curæ,

Nox abit insomnis : vigilantur tempora lucis.

Nec mora, finitima Regem de sede Rudolphum

Imperat acciri fasces uti Cæsaris illi

Commendet genitor, latique negocia regni

Imponat. venit ille cito velocior Euro:

Et patri improvisus adestr : maciequé supremaz

Conspicit oppressum, & lethalis semine morbi.

Existunt gemitus, lacrymæqué in verba solutæ :

¶ quem

O quem te aspicio? quantum mutatus ab illo
Cæsare, qui nuper patrias ingressus es urbes?
Indoleo, & vita melioris compreco rsum.
Nec plura estatus: verbis quem Cæsar amicis
Solatur; paucisq; monet, mandatque vicissim
Quæ fieri velit, & lacrymis affatur obortis.

En ego, qui toto sublimior orbe ferebar:
Majestate potens regni, & Diademate Cæsar,
Hic jaceo, & cunctas nunc cogor linquere terras.
Nate diu (res si qua diu mortalibus ulla est)
Viximus: & cursum jamdudum implevimus ævi.
Tu, cujus viridi ætati pubentibus annis,
Et generi fatum indulget: quem numina poscunt
Imperi frenis jam nunc succedere nostri:
Ingridere ò patriæ spes, ò fortissime Ductor!
Auspicioqué DEI sceptrum de Cæsare patre
Fili Cæsar habe. siquid tamen usibus ævi
Edocto credis: dictis animum adde paternis.
Principiò patrios cum relligione penates,
Et sacros tutare focos: quos conscia poscunt
Pectora: nec quenquam ferrovè ignivè cruento
Supprime, diversos ob relligionis honores.
Certius imperium est, quod nullo sanguine constat,
Quam quod cede ferâ, & duris extenditur armis.
Donec enim morem præstat tibi patria tellus:
Inq; data solet ire fide: tu semper eandem
Affere: nec pacis patiaris foedera rumpi.
Inprimis Germana tibi sit patria curæ:
Teutoniosqué foue, genus armis acre togaqué;
Vnde tuos ducis primis à stirpibus ortus.
Non illi auxilium, non obsequia ulla negabunt,
Sis felix, facilisq; tuis, alienus ab ira:
Ulricemqué cave Nemesin, nisi justa sit olim,
Non acies, non bella tibi, non prælia amori,

Oratio Cæsariæ
D. Rudolphus E.

Nulla salus belli furriis : Pax optima rerum,
 Quas homini novisle datum. prius omnia certo
 Consilio tenta, quām p̄̄ceps arma capessas
 Effera : & in media sis paulò mitior ira.
 Consulere in medium : afflīctis succurrere ḡebus :
 Parcere subjectis : cede abstinuisse ferinā :
 Largiri pacem seclis : orbique quietem :
 Hæc summa est virtus : hic trames ad æthera ducit.
 Et nunc quando suum reperere mihi ultima finem
 Comitia : ut grates verbis animoqué benignæ
 Teutonizæ peragas : quod tanto munere nobis
 Auxilium p̄̄fstat, nostrasque tuerer oras
 Subsidio cupit, & prompto nihil abnuit ore.
 Hæc ait : ille animo dilecti verba parentis
 Condit : & in magni regalia tecta Palatî
 Omnes accersit proceres, s̄ opitusqué paternos
 Exequitur : gratesqué animo verbisq; disertis
 Convenienter agit : quod toto ex orbe Latini
 Imperii tanto venissent agmine cives :
 Qui promptè auxilium p̄̄fstante, atq; æra tributo
 Pendere communi patriæ, pro finibus, optent.
 At patris interea properat lacrymabile lethum :
 Tunc ille uxorem (namq; hæc à Cæsare nusquam
 Anxia cedebat) dictis affatur amicis :
 Cara mihi conjux, vita mihi carior ipsa :
 Qua cutn tot placidos egi concorditer annos :
 Cara vale, & proli serva communis amorem.
 Me mea fata vocant mortaliè limine vitæ.
 Nam tellus linquenda, domus linquenda, placensqué
 Vxor, & unanimis tot suavia pignora lecti.
 Sed mihi pro terra cœlum, pro conjugे C H R I S T V S,
 Cui soli fidø, soli mea pectora mando :
 Pro tot pignoribus, pro aviqué ataviqué dabuntur,
 Cœlesti ambrosia qui dudum, & nectare vivunt.
 Longius in terris quid me juvet usque morari ?

Per

Per liquidum Cæsar volucri ferar æthera penna:
Inquæ domus superas: ubi sedes fata quietas
Ostendunt: illâc me cœlica vita moratur.

Majestas terrena vale: mihi gloria major
Parta salutiferi prætioso sanguinè C H R I S T I:
Non omnis moriar: non omnis obibo: sed urnam
Pars multa effugiet nostri. sic fatur. at illa:
Si te animæ nostræ mors abripit aspera partem:
Quid moror, hanc illi post æquè cara futura?

Illa dies, inquit, deducet utramque ruinani.
Ibo, ibo quocunque præis: iter omne parata
Carpere deinde tuum. nec me flanimata Chimæra,
Nec si centimanus Gyges consurgat Averno,
Vsquam divellet: ambos rogos obruet idem.
Dixit & ambabus vellit sacra tempora palmis.

Ecce DEVS ramum, Letheo rore madentem
Vique soporatum mortis, super utraq; quassat
Tempora, luctantemq; animam de corpore solvit.
Volvitur in lethum Cæsar: sacrosq; per artus
Livor it: inq; humeris cervix collapsa recumbit.
Ut quando pluviis imbriqué gravata ruenti,
Demittunt lapso caput alta papavera collo
Hic animus caram Reginam deficit æger:
Succumbitq; malis: illam lacrymabile vulgus,
Ægrè sucipiunt famulæ, collapsaque membra
Marmoreo referunt thalamo, stratisq; reponunt.
Aula tepet gemitu, & plangoribus atria passim
Fœmincis resonant: tensisque ad sydera palmis
Grandevi patrem superum in penetralibus orant.
Hic aliis tunsis utrisque ad pectora pugnis?
Septimus hic, inquit, spaciis fatalibus illi
Annus erat: dederatque climax septennia vita
Septima: quid mirum tali periisse senecta?
Subjicit huic alias (quid enim non omnia fingunt?)
Hoc illud, rutilas quod vidimus hiscere nubes

Reffensio accerbis.

*Mors Cæsaris
Maxamylia.*

*Cœf. An. 1575.
Septib. confessus.*

Horrendum: atq; atras passim volitare favillas
 Sanguine puniceo, & nigra fuligine mixtas:
 Et longo anfractu medium se scindere cœlum
 Hoc illud, fratriis quod Cynthia lumine cassa,
 Abscondit totos nigra caligine vultus,
 Paucos ante dies, quam mors properata veniret
 Cæsaris: & pullo corpus velavit amictu.
 Ah miser! sua cuique dies, suus exitus instat
 Et calcanda semel funesti semita lethi.
 Dives né Inachidæ sis natus origine prisca,
 Nil prorsum intererit: nil prorsum, an pauper, & imam
 Plebe satus, vita sub luce moreris: eodem
 Cogimur hic omnes: urna versatur eadem
 Sors hominum, cymbæ nos impositura Charontis:
 Ætheria quotquot mortales vescimur aura,
 Hic regi atq; inopi tellus recluditur æqua,
 Nec gemmis vitæ tempus venale, nec auro,
 Nec pretio, aut Afro bis sanctis murice lanis.
 Quid juvat auratis gdes fulcire columnas,
 Tægariasq; trabes, & picta toremata coelo
 Adstruxisse tholis? cum vis adamantina mortis
 Advenit: & clavus figit tua membra trabalis:
 Cedes magnificæ celsis laquearibus ædis:
 Nec mortis laqueo caput expediisse licebit.

Ecce autem mœstus Regis compleverat aures
 Nuncius, & fatis patrem cessisse, Rodolpho
 Cum fletu & lacrymis memorat: gemit ille doletq;
 Non potuisse vale morienti efferre supremum,
 Aut oculos clausisse manu: fidam tamen alto
 Ore creatricem solatur, & erigit ægram.
 Illa solo fixos vultus aversa tuetur:
 Pectora frangit amor: pietas exhaustit ocellos:
 Verba ori desunt, eadem tam sèpè querent.
 Stant natæ & peplis tergunt humentibus ora:
 Quales exanimum misericordia Phaëthona querelis

Flevêre

Flevere Heliades: & tunsæ pectora palmis,
 Frondibus ac duro riguerunt cortice membra.
 Haud mora reliquias medici, defletaq; jungunt
 Corpora aromatibus tum pullo velat amictu
 Artificum manus, & peplis regalibus artus
 Induit: imponitqué toro: ostenditq; catervæ
 Consپcienda sui feralia Cæsaris ora.
 Iusserat hoc olim, Maxæmylianuſ & ipſe.
 Nominis iſtius qui primus Cæſar, habenas
 Imperii flexit: famuli morientis ut atra
 Fronde caput, vittisq; ligent: positumq; feretro
 Civibus ostendant: mors ut sua quemq;, diesq;
 Admoneat ſummus, fragilis de tempore vitæ.
 At postquam feretro vidit patris ora reponſi
 Filius, ingenti percussus pectora luctu
 Procubuit ſuper: atq; hæret lacrymansq; gemensq;
 Quis te care parens nostris amplexibus arcet?
 Quò ruis hinc? inquit: quæ nunc colis aurea templo?
 Non hæc præcipitis ſperabam funera ſortis:
 Non præmaturum fatali à numine lethum.
 Tu nunc umbra aterq; jaces cinis, heumihi quantum
 Teutona præſidium tellus, quantum Austria perdit?
 Adſis CHRISTE precor, mea ſola atq; unica vitæ
 CHRISTE quies: noſtrumq; fove caput: ulla laboris.
 Si noſtri te cura movet: qui cardine ſummo
 Vertitur, atq; omnis manibus nunc pendet ab iſtis.
 Da mihi virtutem: da provida pectora curis:
 Da decus Imperio: & cineri largiri paterno
 Perpetuam pacem rurſumq; ad lumina vitæ
 Surgere: & ætherio tecum requiescere Olympo.
 Hæc ubi deflevit: tolli haud ignobile corpus
 Imperat: & patrio lectos & agmine jungit
 Mille equites, qui supremum comitentur honorem;
 Intersintqué patris iuſtis: ſolatia luctus
 Exigua ingentis, tanto ſed debita Regi.

Anno 1559
Verfaſa.

Laetus Rudolph
Cæſari.

Sepulchra Maxe- myliani in urbe Bohemorum Praga.
 Praga jacet, veterum sedes amplissima Regum;
 Qui sua per terras gesserunt sceptra Bohemas:
 Inclita gymnasio: quô Mulda interfluit Albi:
 Vrbs triplici distincta loco: munitaque castro.
 Huc omnis cœtus pompa sacerdotum equestri,
 Exequiasque patri, & feralia munera solvit:
 Pars corpus stanno insertum lacrymabile gestant:
 Et mediis templi penetralibus ossa reponunt,
 Illic in placida Cæsar nunc sede quiescit:
 Spiritus ad superos, merito quos fovit honore,
 Successit fama: vivusque per ora vagatur.
 Dive pater patris. tu nunc nova gloria cœlo
 Addita Divorum numerum super æthiere compleas.
 Nos alias hinc ad lacrymas feralia terræ,
 Façta vocant: tibi partus honos, tibi vita quieta:
 Tu superum convexa tenes: cætusque perenni
 Ætherios virtute colis. nos flebile semper
 Tempus habet: raptumq; juvat lugere parentem,
 Et nuncheu, quæ digna tibi solennia, quasvæ
 Largiar exequias. aut te quibus alloquar orsis?
 Salve fiderei Cæsar nova gloria cœli,
 Æternumque vale, divine & maxime Cæsar.
 Salve iterum divine parens, salvete Bohema
 In terra cineres; animæque umbræque supremi
 Salvete æternum patris, æternumque valete.

PANE-

PANEKYRICVS TERTIVS.

DE RVDOLPHO II. MAXAEMY-
LIANI II. F. ROM. IMPER. SEMPER AV-
gusto, P. F. ac Germaniæ, Hungariæ Bohemiæq;
Rege: Archiduce Austriae: Duce
Burgundie, &c.

 E quoque Cæsareo nuper diademate vincitnm,
Dive Rodolphe canam: quanquam tua cogniti-
ta virtus

Nil de se metuit, nostræ non indiga laudis.

Incipiam tamen, & dignas hoc carmine grates
Pro meritis referam: non ut clarissima Solis
Lumina majori accumulem super æthera flamma.

Sed grati ut specimeu pro Cæsare pectoris edam.

Fama DEI supereft: tamen hunc sua facta referri

Delectat, verlusqué juvant, & carmina Vatum,

Cumqué Gygantæi memorantur prælia belli:

Et cœlo expulsæ saperato Dite cohortes:

Ipse suas avido perceptat pectora laudes.

Non quod carminibus reddatur gloria major:

Sed quia vult grata celebrari voce suorum.

Quid verò referam primum? quo fine quiescam?

An Icquar antiqui generosos stemmatis ortus?

Virtutes né canam, laudemqué decusq; Rudolphi

Cæsaris, & quo se tollit super æthera, nomen?

Ingenium nē sagax? Magnum mihi panditur eequor.

Si prælustre genus, primaq; ob origine Reges,

Et proavos videam atq; atavos, patruosq; patresq;

Non alium certè decuit rectoribus orbis

Esse Larem: nullaqué magis se stirpe poteritas

Cæsarea attollit: quām Divi stirpe Rudolphi.

Quis genus Archiducum? quis Pannonia nesciat arva,

Virtutesqué virosqué, & tantæ nomina famæ?

Dd

Haud indigna coli, nec nuper cognita terris
 Austria progenies, toto clarissima mundo.
 Hæc est ex humili magna ad fastigia terum
 Quæ sorte erexit: modicaquæ à gente profecta
 Sanguinis Habsburgi, sublimes contigit axes:
 Solis ab occasu, Solis quæ crevit ad ortus.
 Hæc orbis viætrix, Rhenum subjicit & Istrum,
 Pannoniāmq; omnem domuit fortisq; Carinthos,
 Et Styros vicit duros, Carnosqué rebelles:
 Imposuitqué pedem superatis hostibus orbi.
 Hæc Athes in regno adjecit, Laribusq; paternis
 Hungariæ sceptrum desertæ, orbisqué Bohemi
 Regales fasces, dotalia munera, junxit:
 Dalmatiæquæ agros, & quas Savus alluit urbes.
 Nec stetit ad virides ripas septemplicis Istri:
 Sed Rhenum transgressa, sibi Burgundica rura
 Subdidit, armorum vi nulla: oramqué secuta
 Obtinuit longo Belgarum mœnia tractu:
 Flandriūq; urbes, Batavosq; acresq; Brabantos.
 Et Frisi regnum: quæ Balticus arva subintrat
 Oceanus: ditesquæ tenent sua prata Chumanni:
 Hæc est, extremos quæ dotem accepit Iberos,
 Herculeas acie quondam transgressa columnas:
 Et Mauros bello petiit, pœnumqué ferocem
 Stravit: & Ausonias aquilis viætricibus urbes
 Terruit. Hæc postquam Siculis Balearidas arvis,
 Sardiniamq; omnem, Calabrorumq; adderet oram.
 Et viæto Insubrum statuisset rure trophæum:
 Vincendos alio quæsivit in orbe colonos.
 Oceani fines juxta solemqué cadentem:
 Armoricæ quæ rura virent: ubi verior Atlas
 Axem humeris torquet, stellis ardentibus aptum.
 Hujus pacificis debemus viribus omnes:
 Quod lœta in patriis traducimus ocia terris:
 Quod leges, quod jura valent: quod Teutona floret

Tellus

Tellus : finitimum quòd nescit Iberia Maurum :
 Quòd nondum Venetūm ditiones possidet omnes
 Turca ferox : quod Pannoniæ victoribus urbes
 Threiciis nondum parent : quòd Styria nondum
 Horrendis data præda Getis : nec terminus unquam
 Germanæ ditionis erit : nec cornua Lunæ
 Victrices aquilas Schythico Mavorte domabunt.
 Hæc eadem Regum mater fœcunda Ducumquæ,
 Dive Rudolphe dedit tibi primæ exordia lucis :
 Quà populosa caput tollit sublime Vienna :
 Danubii munita vadis : augusta Deorum
 Terrigenūm sedes , firmis tutissima muris :
 Sæpius incursus Solymanni experta furentis,
 Et Mahometicolæ tormenta minacia Bessi,
 Nam pater Æmylius : Marie tibi div a creatrix,
 Ambo Cæsariis nati, proavisqué nitentes,
 Cæsar & ipse pater : genus alto à sanguine Divini,
 Cæsaribusqué decem, sceptrum ad regale Rudolphi
 Nobilitata domus, spoliisque insignis opinis.
 Hic mihi fas ultra metas excurrere, & ingens
 Nomen, & armatas paucis attingerè laudes
 Archiducum : quo non genus est celebratius ullum
 Iam triplici seculo. Veteris quis facta Rudolphi
 Nesciat : Habsburgæ qui natus origine gentis,
 Imperium Oceano, famam definiit astris ?
 Archiducum primus genitor: qui Cæsaris olim
 Austriacæ fasces supremos intulit oræ ?
 Cujus si celebres cupiam memorare triumphos :
 Certabunt utroque pares à cardine laurus,
 Hæc Rauracorum spoliis plena, illa Tribocum
 Dittior exuvii : illinc Basilæa supinas
 Victori palmas accepta clade tetendit :
 Hinc Argentinæ vidit fera funera præsul,
 Et Galli antistes, magna cum strage suorum
 Finibus Helveticis. neandum moderamina mundi

D d 2

*Rudolphus Comes
in Habsburg.
Landgravius
Alsatia : Primus
Austriacæ dominus
Cæsar.*

Sumserat illa dominus, meritis dotata trophæis.
 Cæsare jam patrio decimusqué & septimus annus,
 Imperioqué orbus fuerat: cùm mœnibus urbis
 Francivadi, septem statuunt de Cæsare patres.
 Pars ibi magna, legunt Angla de gente Richardum,
 Pars aliqua Alphonsum Regem ditionis Iberæ:
 Pars bona Bojemis Othocarum laudat in oris.
 Omnes corrupti tantorum muhere Regum.
 Tandem plus valuit nummorum pondere virtus:
Electio Rudolphi. Et comes Habspurga legitur de gente Rudolphus,
 Cæsar uti lapsum pro viribus erigat orbem.
 Non hic imperium nummis quæsivit & ære:
 Non generis dono, non ambitione petivit
 Cæsareos fasces. Ultrò se purpura Regum
 Obtulit: & primus meruit regnare rogatus.
 Ima solet summis, magni dominator Olympi,
 Mutare: & rursum mentem attenuare superbam,
 Depromens obscura D E V S: parvaqué locatos
 In re, sublimes magna ad fastigia ducit,
 Non adeò claris hatalibus orta juventus,
 Sanguine quæ Poeno Siculum mare tinxit, & acrem
 Antiochum, Pyrrhumq; trucem, Bochumq; cecidit
 Sed bellatorum proles exercita in armis,
 Matris ad arbitrium fustes portare recisos
 Assueta, & stivis glebam versare Sabellis.
 Ergo ubi Cæsareis Rex est admotus habenis,
 Protinus in toto compescuit orbe rebelles
 Imperio, inquæ suos monitus jurare coégit.
 Hinc sibi Brisgaviam subjicit fortibus armis,
 Alsatiæqué urbes, Suevorumqué oppida cepit,
 Marchiadæqué arces Badani, omnetqué dynastas
 Fortè rebellantes infecto Marte subegit.
 Rex Othocarus erat, Bojemis clarus in oris,
 Quem locuples regnum, & vultu fortuna benigno,
 Tot Vartislai patres, atavique Bohemum

Ductores

Ductores tumidi inflabant. Huic Margaris uxor
 Filia Leupoldi Austria dæ fuit : ultimus oræ
 Qui dux illius fuerat moderatus habenas :
 Antè quidem Henrico nuptum data virgo Suëvo :
 Cui geminam ediderat partu sacra fœmina prolem :
 Heu prædam Manfrede tuam. nunc grandior ævo
 Nupserat infaustis Othocaro huic undiq; tædis.
 Namq; auri cæco, terræqué impulsus amore
 Austriae thalami sociârat fœdere Ductor
 Improbus ; & rupto genialis fœdere lecti
 Rursum aliam dicit, patriaqué hanc ejicit aula,
 Atq; omnē Austriaeos sua sub juga pertrahit oram.
 Longa referre mora est, quibus incitus ille ferarum
 Eumenidum furiis, quas fuso sanguine cædes,
 Quas strages dederit : Busride sævior ipso,
 Et Phalaris tauro, Phariisqué immanior armis.
 At fessi tandem cives infanda frementem,
 Imperii ad proceres referunt ; coramqué recenti
 Cæsare Germano accusant de turpibus ausis.
 Ille nihil motus, pergit sævire, novique
 Cæsaris imperium dementi pectori temnit :
 Nec venit accitus, nec facta immania purgat :
 Nec veniam supplex poscit : sed ad arma furenti
 Consilio præcepseruit : obsidibusqué receptis
 Austria dum armato latè loca milite complevit.
 Sed nihil evaluit. Nam Cæsar ubique potenter
 Oppida Marte capit, quasq; Austria continet urbes,
 Quas Styxi, Carniq; tenent, fortesq; Carinthi,
 Omnes Imperio felici subdit & armis.
 Ipsum etiam belli dubium (quis credere possit ?)
 Ante tubam, lituiqué sonos sub pacis iniq; uas
 Compellit leges, genibusqué advolvier almi
 Cæsaris, inflato turgentem pectori, cogit.
 Non tulit hanc speciem Chunigundis, regia conjux,
 Aut pellex potius, fastu præturgida inani,

Instimulatqué virum renovato insurgere bello.
 Paret hic uxori, & turmas conscribit equestris
 Instauratqué aciem vastiqué ex urbibus orbis
 Auxilia accersit. Conjungunt signa propinquai
 Marcomanes, Bavariq; truces, cum Saxone duro,
 Et Suevi potor, fortisqué ad bella Silesi.
 Ipse sed Hungaricis Cæsar collegerat oris
 Arma virosqué ducesqué suis sociaverat Hunnis.
 Stat Moguntinus fido pro Cæsare præsul.
 Antistesqué Vbius, Rhenique Elector, & omnis
 Francorum virtus: nec defit Sueva juventus.

Quin etiam auxilium Rauracis & Alsa ta præstant,
 Et qui Neccatio potant de flumine lympham:
 Quiqué Lyci ripas habitant, Istriqué per oras.

Iamq; ruunt, galeæq; tremunt horrore comarum,
 Sub pedibus tellus gemit: instigantur in hostem
 Æripedes: primusqué virum consurgere pulvis
 Incipit: & spaciis utrinq; æqualiter acti
 Adventant: primique hostem mucrone lacescant
 Chumanni, Hungaricis equitum genus acre sariſſis.
 Concurrunt per inane sudes, & mutua fiunt
 Vulnera: Concurrunt hastæ, celeresqué sagittæ
 Aëra condensant, & ferreus ingruit imber.
 Ceu quando effusa nigrantes grandine nimbi
 Præcipitant: solidaque domos nive verberat Arctos,
 Iam gravis æquabat luctus, & mutua Mavors
 Funera: cædebant pariter, pariterque ruebant:

Cùm Styri excedunt acie, & sola proxima vertunt,

Inclinat fortuna diem, duriqué Bohemi

Instant vi patria, Germanosqué acrius urgent.

Tùm Cæsar delapsus equo, similisque ruenti,

Ad cœlum duplices palmas cum voce tetendit:

Per sanctam, pie CHRISTE, crucem, per vulnera quinq;

Vnde crux fluxit, quo gens humana resurgit,

Anq; feræ damnata neci, per spinæ ferta,

Te

Teprecor, hac memores recolunt quæ luce nepotes.

Adis ô placidus cœptis ingentibus, adis:

Pelle feros hostes, & causam protege justam.

Da nobis palmam: voveo tibi tempa fœcosqué

In cricis æternum, D E V S Optime Maxime, honorem.

Vix hæc ediderat: cùm vertit terga Milodus,

Marcomanum ductor, summoq; in cardine pugnæ

Hærentem liquit: sequitur pars magna Bohemi

Militis, & campis, certorum ignara locorum,

Huc illuc fertur: pars concidit ense Chumannii,

Pars Germanorum victricibus occubat hastis:

Pars bona Danubii rapidis submergitur undis.

Ipse etiam geminos princeps Othocarus in hostes

Incudit: & ruptis lethalia vulnera costis

Accipit octodécim: ac prono sola vertice pulsat.

Plurima Danubius tunc nigris corpora lymphis

Volvit: & Euxinas propè decolor ivit in undas

Cedant Druse tui, cedant Trajane labores:

Cedant Scipiadæ veteres, victoria nulla

Clarior, aut hominum votis optatior unquam

Contigit. Antiochi stragem Romana juventus

Hannibalisque feri cædem, captique Iugurthæ

Vincula non olim majori excepit ovatu.

Postquam jam Marchæ victus cecidisset ad amnem

Rex Othocarus, & insigni Mavorte Rudolphus

Palmam servasset: tum certo fœdere, certa

Cum Veneslao pax lege sacratur: ut ille

Vxorem ducat natam de Cæsare Gutam,

Et diadema liæres Othocari, scepta paterna

Accipiat: cuius germanam Agneta Rudolphus

Ducat: & Austriadæ, maribus de stirpe Bohema

Extinctis, solio succedant ritè Bohemo.

Tunc etiam Albertum, procerum poscente senatu,

Præficit Austriaçis natum: Tyrolensis Elisa

Cui nupta, Austriaç Leopoldi è sanguine cæta.

Othocari Bohemi
Cæda,

Nam pater Agnetem Meinhardus duxerat olim
 Marchiadæ Hermanni natam, Gertrude creatam
 Leopoldi sobole: patria quam cæde fugârat
 Rex Othocarus, & à sceptris amôrat avitis.

- Austria Archiducatus ad Habsburgenses devenit. Anno 1282.* Tum procerum assensu latis in mænibus urbis
 Augustæ, Albertum regali jure potentis
 Pannoniæ creat Archiducem, Styrosq; superbos,
 Carniolamq; omnem tribuit, marcamq; Liburnam,
 Vendorumqué oram præscripto límite signat.
 Sic omni patriæ sedato ritè tumultu,
 Omne quod Oceanum, gelidasq; interjacet Alpes,
 Exiguo annorum spacio pacavit: & armis
 Plurima, plura oris loca majestate subegit.
 Tandem ferventi correptus febre per artus,
 Clara triumphatis possedit sidera terris.
 Fallor? an augurium divini nomiñis implex,
 Dive Rudolphe, atavi de nomine mite Rudolphi
Rhathylphus, à Germanico ratiōne vnde heissen. Nomen habens: patriam nunc ut tutricibus armis
 Consilioqué juvēs, verus super orbe Rathylphus?
 Scilicet imperii dominos, orbisque futuros,
 Hoc tanto decuit rerum de principe nasci.
 Hinc satus Albertus, summos cui laurus honores,
Albert. Rudolphus F. secundus Cesar Austriacus. Nassovio peperit laurus quæsita triumpho.
 Namq; ubi Nassovium cætus damnasset Adolphum
 Teutonius, sceptrumque viro, fascesque supremos
 Demississet: capit arma manu, quæ sumere iuslus
 Iam novus Imperio Cæsar, Semtemplice lectus
Adolphi Cesaris è familia Comitum Nassau electi cades An. 1299. A cætu procerum. Hinc Nemeton sub finibus oræ
 Nassovium valido Mavorte agressus Adolphum,
 Ingenti superat pugna, victumqué trucidat.
 Tum res Imperii tranquilla in sede locavit.
 Opposuitque pedem turbæ sceptrumque rebelli,
 Et motas diro pacavit milite lites.
 Ille Phyretarum comitem vietricibus armis
 Perdomuit, celsaque viri ferro eruit arcis.

Ille

Ille Brigantino posuit quoque littore castra:
 Et Docobergæas Eligonis subruit arces
 Invictus bello, Boreæ vastator, & Austri:
 Terribilis Mogo, debellatorquæ Bohemi:
 Misnica cui sumptis extorsit mœnia telis.
 Obvius haut illi quisquam se impunè tulisset
 Armato: sive infestum pedes iret in hostem,
 Seu spumantis equi foderet calcaribus armos.
 Bissenas pатrio commisit milite pugnas:
 Bis senos retulit felici Marte triumphos.
 Heu tamen insano quid perditur ense suorum:
 Cognatiq[ue] manu, & violenta cæde latronum.
 Quem non atra dies, non Mars submissit acerbo
 Funere: non duri tulit inclemensia morbi.
 Princeps, æterno dignus qui viveret ævo:
 Munificus, largus, scelerumq[ue] acerrimus ulti:
 Iusticiæ vindex: pietatis amator & æqui:
 Rebus in adversis animo imperterritus alto.
 Cujus adhuc seros inter prælustre nepotes
 Existit nomen: quod nec ventura filebunt
 Tempora: nec densa condet sub nubē vetustas.
 Quid loquar Alberto Fridericūm patre creatum
 Cæsare: Cæsareas itidem qui rexit habenas?
 Egregius forma dux & fulgentibus armis.
 Huic sudor per membra frequens, creberq[ue] recurrit
 Halitus: & tepidi radiârunt casside vultus:
 Dum sceptri sibi delatum tutator honorem:
 Æratoqué pedem pergit opponere Marti.
 Nam procerum cætus geminos elegerat uno
 Tempore: qui sceptrum teneant Germana per arva
 Augusti: Ludovicus erat dux Bojus alter,
 Alter hic Austriacis ductor Fridericus ab oris,
 Ambo sobrini, Rudolphique ambo nepotes.
 Illum præfus Aquisgrani Moguntius ornat
 Cæsareo: hunc Vbius Bonnæ intra testa coronat.

D d 5

*Fridericus Al
berti F. terius
Cæsar Austria-
cæs: electus & co-
ronatus: Anne
1314.*

Tunc turbæ existunt : passim furialis Enyo
 Arma movet , varium studia in contraria vulgus
 Scinditur : inq; decem bellum producitur annos.
 Ac veluti magno discordes æthere venti
 Prælia cùm tollunt, animis & viribus æqui :
 Non ipsi inter se, non nubila, non mare cedunt.
 Anceps pugna diu : tandem Fridericus arenâ
 Impare congressus, Bavarо dat terga sequaci:
 Inq; manus hostis venit, & munimina claustrî
 Dira subit: donec Leopoldi pectore fido
 Fratris : & immenso (rara hæc est gratia) nisu
 Exemptus vincis, tranquilla in pace, fidequé
 Illæsa, reliquæ transegit tempora vitæ.

*Albertus s. Alberti F. Alberti N.
 Alberti Pron.
